Digitized by Google

ZIONALE
VITT. EMANUELE
13
3 A
25

Digitized by Google

C.63.f.

Digitized by Google

C.63.f.

COMPENDIVM
OMNIVM OPERVM
SANCTORI DE MELFI
CVM PRAXI CRIMINALI
EIVSDEM.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMPENDIVM
IN LIBROS POENALIVM
Atque
COMMENTARIORVM
Super Statuta Generalia totius Ordinis Seraphici.

A R. P.

SANCTORIO DE MELPHI

EDITOS.

Olim elaboratum per R. P. Thomam à S. Seuerino Prouinciæ Reform. Marchiæ Alumnum, & in Curia Romana per R. P. Procuratoris Gener. à Secretis:

Et in hac Secunda impreſſione denuò reuiſum, atque approbatum à R. P. Michaele Tonero Secretario Generali Curiæ:

Conv.tus S. M.æ de Scala Urbis.

ROMÆ, Sumptibus Fælicis Cæſaretti. 1686.

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO PATRI

PETRO MARINO SORMANO

A' MEDIOLANO

SAC. THEOLOGIÆ LECTORI IVBILATO
Sanctæ Inquiſitionis Conſultori, ex Guardiano Hieroſolymitano, ac totius Ord. Minor. S. FRANCISCI Miniſtro Generali.

Fælix Cęſarettus fęlicitatem.

INſignire libros, è tenebris prælorum edendos in lucem, ſplendoribus illuſtrium virorum mos fuit communibus votis, & publica firmitate laudatus, vel ne, quaſi alta tutela di-

ſtincti tangantur: vel vt ſub clariſſimis auſpicijs feliciorem ſortiantur applauſum, ſeu vt tributaria monimenta æternentur in obſequium. Hæc Seraphici Ordinis compendiata legum commentaria, cui alteri debebantur quam Tibi Reuerendiſſime Pater, qui ad clauum Ordinis nauarchus aſcendiſti, non iniectu proprio, ſed omnium votis, omnium felicitate vocatus? Hæc *Sors manu* arrepta per tuum gentilitium nomen indicatur. Et ſanè viderunt Te in re litteraria Theologum emeritum, in Prouinciæ gradibus dexteritate, & exemplaritate fulgentem, in

Pale-

Digitized by Google

Paleſtinæ arduo ſacrorum loco-
rum gubernio nulli Anteceſſori
ſecundum. Erga quæ ardentiſ-
ſimus amor, & zelus in pericu-
loſa itinera, in immenſos conie-
cit labores, vt Potentatos ſacro
fœdere contra Turcam vnitos, ita
vt Barbaros victricibus compel-
lerent armis, ad reſtituendum
Catholico cultui Sanctum D. N.
Ieſu Chriſti Sepulchrum, inflam-
mares. Ideòque non mirum Te
à Principibus lætanter, & gra-
tiosè acceptatum, ab Aulicis de-
uotè exceptum, à populo glo-
riosè acclamatum; hæc enim,
& maiora tuæ debebantur humi-
litati, cum fugientem ſequatur

Digitized by Google

honos. Tantus in te vitæ probitas, in rebus agendis ſolertia, in actionibus candor, in alloquio comitas, in moribus ſuauitas, vt omnes ad tui amorem, & venerationem allicias. Forti æquitate, prudenti clementia ordinem, à mari vſque ad mare, & vſque ad vltimum terræ numeroſa ſanctitatis, & Operariorum propagine extenſum, moderaris, vt nemo Te Iudicem, quin Patrem, & Patrem quin Iudicem experiatur. Tantus in Te erga ſubditos amor, & beneuolentia, vt annos tuos de ſuis augeri, teq; diutiſſimè incolumem optent præeſſe. Tibi ergo animato Le-

giſla-

giſlatori hæc muta legum col-
lectio, interpretatio, & diſpo-
ſitio debebantur, vnde ſi beni-
gnitate ſuſcipias, vt ſupplex oro,
non niſi quod tuum eſt à mei de-
uoti animi obſequio, & erga Se-
raphicam Religionem amore
dicatum, excipere poteris; igitur
propenſiori oculo reſpicere, &
confouere, ne dedigneris. Vale.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Lectorem.

ACtum agis, inquies mihi forſan beneuole Lector, non inquies ſi beneuolus. A Doctiſs. P. Sanctorio de Melphis ſubtiliſſimè diſputata, ſed diffuſiſſimè habes, quæ paucis hic perſtricta reperies. Si nihil egerim; agendi tamen animus, teque iuuandi non abfuit, immo & vt iuuarem labor non mediocris; age ergo, Dei ad inſtar, deſiderium meum vtilitati tuæ addictum, & laborem, qualiſcunque ſit, & conatum eidem conſecratum, maximè inter continuos in hac Romana Curia labores, contemplare, & accepta. Dixerim confidenter nonnihil egi, nec de carta transtuli in papirum; vt fertur adagio; Intricatiſſimas enim Patris Sanctorij difficultates ex vtroque eius

ope-

Digitized by Google

opere ſuper Conſtitutiones Ordinis Seraphici, & ſuper Pœnalitates, hic habes dilucidatas, & quas ibi fuſius protenſas, hìc in Epitomen redactas, & quæ tandem ab Auctoris obitu, ſiue per Ordinis, ſiue per Sac. Congreg. aut Sedis Apoſtolicæ Decreta, iuxta temporum viciſſitudines neceſſariò ſunt immutata, ſuis in locis habebis adnotata. Vale.

At-

Digitized by Google

ATtentè, ac diligenter vidi, & perlegi ex mandato Reuerendiſsimi P. Hyacinti Libelli S. P. A. Promagiſtri Opuſculum à P. Thoma de Sancto Seuerino, Ord. Noſtri Alumno, ac Procuratoris Generalis apud Reformatos Secretario in Compendium ex Commentarijs operum P. Sanctorij redactum. Quod cum nihil aduerſum, vel fidei Chriſtianæ; boniſque moribus, vel Iuri Pontificio, Apoſtoliciſque Sanctionibus, vel denique Scriptis, aut menti Auctoris eorundem Commentariorum contineat, congruum fore exiſtimo, vt prælo tradatur. In quorum fidem &c. Datum Romæ apud S. Franciſcum Trans Tyberim die 20. Martij Anno Domini 1664.

Fr. Didacus de Lequile.

FR.

Digitized by Google

FR. MICHAEL ANGELVS.
à Sambuca totius Ord. Minorum S. P. Franciſci Miniſter Generalis, & Seruus. Dilecto Nobis plurimum in Chriſto Patri Fratri Thomæ à Sancto Seuerino Prouinciæ Noſtræ Marchiæ Reformatæ, Theologo, ac P. Procuratoris Generalis Reformatorum Secretario. Salutem.

CVm iuxta Apoſtolicas, noſtriq; Ord. Conſtitutiones reuiſum, & approbatum fuerit quoddam Opus à Te collectum, cuius titulus eſt, Compendium Commentariorum in Statuta, & Conſtitutiones Ordinis &c. *tenore præſentium ad ſalutaris obedientiæ meritum facultatem tibi impartimur, quatenus ſeruatis ſeruandis illud Typis mandare queas. Vale noſtri memor in orationibus. Dat. Romæ ex Aracœli die* 17. *Auguſti* 1663.

Fr. Michael Angelus de Sambuca
Miniſter Generalis.

Loco † Sigilli.

Opu-

Digitized by Google

OPuſculum, quod intitulatur *Compendium Sanctori, ac Practica Criminalis Eiuſdem nouis Addictionibus aucta* Infraſcriptus ſedulò denuo percurri, & non modo depræhendi nihil continere, quod à recta fide, aut bonis moribus diſſentiat, verum etiam ſanam, & exquiſitam doctrinam neruosè aſſerere, & copiosè, licet compendiosè docere, vnde prælo digna iudicaui. Datum Romæ ex Conuentu S. Mariæ de Aracœli 30. Martij 1686.

Fr. Michael Tonerus
Secret. Generalis Curiæ.

Im-

Digitized by Google

Imprimatur iterum.

Si Videbitur Reuerendiſſ. Patr. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

I. De Angelis Archiep. Vrb. Viceſg.

Imprimatur iterum.

Fr. Ioſeph Clarionus Sac. Theolog. Mag. ac Reuerendiſs. P.F. Dominici Mariæ Puteobonelli Sac. Ap. Pal. Mag. Socius Ordinis Prædicatorum.

AB-

ABATISSA.

ABBATISSAE officium ex noſtris Conſtitutionibus, ſicut omnium Monaſteriorum Præfectarum durat per annum, aut biennium ſecundum Monaſterij conſuetudinem. Vltra triennium autem nullo modo prorogari poteſt, ſub pœna priuationis officij Superioribus, ſi ſecus fieri permiſerint, quo triennio finito, ad illud, & quodlibet aliud ſuperioritatis officium, niſi poſt integrum alterum triennium, eligi non poteſt *Comment.Conſt.c.* 11 *.ſtatut.*7*.concluſ.*9*.quæſt.*7*.reſp.*8.

2 Hoc triennium debet eſſe Capitulare, non annuale. *Ibid.* verſ. *Si quęras an triennium*. Si de conſuetudine hoc officium eſſet annuale, vel biennale, probabile eſt poſſe reelegi, interpoſita vacatione vnius anni, verùm ex paritate rationis, ſicuti tranſacto triennio vacat per triennium, ita per tantumdem temporis ceſſare debet. *Ibid.* verſ. *Si quæras* 2.

3 Completo triennio ſupradicto, ſi ex aliquo accidenti retardetur electio, poterit regere Monaſterium ſub titulo Præſidentis, vel alterius, ſicuti noſtri Miniſtri regunt Prouincias ſub nomine Commiſſariorum, imò

Digitized by Google

poteſt etiam ad caſum preſentem extendi declaratio *Clem.* 8. de noſtris Capitulis ad ſex alios menſes, quia noſtris priuilegijs gaudent etiam Moniales. *Ibid.*verſ. *Si quaras* 4.

4 Abbatiſſę Soror germana nec Vicaria nec Diſcreta, nec Ianitrix, nec Celleraria eſſe poteſt, neque Scriba. Non autem impeditur, quin poſſit ſuæ Sorori ſuccedere in Prælatura. *Ibid. reſponſ.* 9.

5 Illegitima, vel corrupta, vel maculato ſemine deſcendens poteſt eligi in Abbatiſſam, ſicuti etiam bigama. *Ibid.reſp.*10. Vide *Bigamia num.*2. *& Vidua*.

6 Tenetur ſeruare vitam communem in omnibus, & Sorores omnes in omni vitæ actione ædificare, Choro, & menſę quantum per occupationes licuerit, ſemper intereſſe, communes officinas viſitare, negligentes monere, errata corrigere, & emendare: Parlatoria inuiſere, clauſa ſemper eſſe curare, nec aperiri; niſi quando oportuerit, & cum ſua licentia, viſus prius facultatibus, & ſeruatis ſuperiorum ordinationibus, quod in feſtis diebus; niſi ex graui cauſa, permitteie non debet. Clauſuræ oſtia nunquam aperiri faciat, nec (ſub pœna excommunicationis) ad ea colloqui permittat; & mane, & ſero, ſi ea ſint clauſa, diligenter inſpicere debet, altera claui apud ſe nocte tota cuſtodita,

ta, altera probatiſſimæ Moniali conſignata. Debet ſingularum neceſſitates diligenter intelligere, & illis ex bonis communibus prouidere; Cellas ſemper viſitare, vana, ſuperflua paupertati, & honeſtati contraria auferre, culpabiles punire: Viſitare, & conſolari infirmas, quibus nihil deeſſe ſecundum vires Monaſterij ſinat; grauiter infirmas ad confeſſionem hortari, ne ſua culpa aliqua pereat: Alias Sorores; ſi infirmas ſæpè non viſitauerint, illiſque ſecundum charitatem non inſeruierint, pro modo negligentiæ puniat. *Ibid. ſtatut.* 7. verſ. *Dico decimo.*

7 Abbatiſſæ tenentur omnes Moniales obedire, ac Matri Vicariæ, ſecundum Regulas, & Conſtitutiones Ordinis; inobedientes, eis arbitrio puniantur, quæ Superiorem etiam admoneat, ſi expedire iudicauerit. *Ibid.* verſ. *Dico decimo primo.* Et licet non poſſit aliquid ſub excommunicatione præcipere, cum ſit incapax iuriſdictionis ſpiritualis. *Ibid.* verſ. *Sed quæritur an Præfecta*; Tamen poteſt excommunicationem latam à Prælato publicare: *Ibid.* Sicuti etiam poteſt in virtute ſanctæ obedientiæ præcipere & ad mortale obligare. *Ibid.* verſ. *Reſpondeo ſecundo.*

8 Eligi debet non minor quadraginta annis; & poſtquam octo annos poſt profeſ-

ſionem laudabiliter vixerit; quod ſi ibi *talis* non reperiatur, ex alio eiuſdem Ordinis Monaſterio eligi poterit. Si autem hoc pręſidi electionis incommodum videbitur, in eodem Monaſterio poterit eligi, quæ trigeſimum ætatis, & quintum Religionis ſaltem exceſſerit. *Ibid.*verſ.*Dico nono*. Sufficit autem 40.annos eſſe inceptos. *Ibid.*verſ. *Quæritur primo*. Sine legitima ætate, & vitæ probitate electio eſt nulla, ſuper qua ætate nec Epiſcopus, nec Nuncius diſpenſare poteſt. *Ibid.* verſ. *Quæritur ſecundo*. Nec eſt liberum Monialibus, vel Superiori eligere trigenariam, relicta quadragenaria; nam ſi adeſt quadragenaria poſt octo annos profeſſionis, omninò eſt alijs præferenda, dummodò alias ad gubernium ſit apta: Quod ſi talibus conditionibus prædita in Monaſterio non exiſtat, liberum eſt ex alio eligere, & non antea. Si autem hoc videbitur incommodum, ad trigenariam accendi poteſt *Ibid.* verſ. *Quæritur quarto*.

9 Exiſtente quadragenaria,quæ quinque annos à profeſſione non tranſegerit, & trigenaria, quæ octo, vel ſaltem quinque annos profeſſionis habeat, ad arbitrium Prælati relinquitur, qui maxime attendere debet cæteras qualitates ad gubernium requiſitas. *Ibid.*verſ. *Quæritur quinto*. Sicut etiam ſpectat

ctat

Digitized by Google

ctat ad Superiorem iudicare de incommodo, ob quod non exiſtente quadragenaria poſſit non eligi ex alio Monaſterio. *Ibid.* verſ. *Quæritur ſexto*.

10 Forma electionis Abbatiſſæ in Ordine noſtro conſiſtit: Primò, quod Præſes extra ſepta Monaſterij ad crates, non verò intra, vota ſingularium Monialium audiat, vel recipiat duobus probatis viris ſibi aſſiſtentibus; Quod ſi ingrederetur, eſſet excommunicatus, niſi conſpiratio aliqua, vel præciſa neceſſitas dirigendæ electionis ſuaderet ingreſſum. *ibid.* verſ. *Quæritur ſeptimo*. Secundò, quòd vota ſint ſecreta; ità, vt eligentium nomina nunquam publicentur, aliter electio eſt nulla. *ibid.* verſ. *Reſpondeo ſecundo*. Tertiò, quod non per ſchedulas, ſed verbatenus fiat, non tamen irritatur electio, ſi fiat per ſchedulas. *ibid.* verſ. *Reſpondeo tertio*. Quarto, quod accedat maior pars Monialium, niſi illa, ad quam accedat fuerit inhabilis, quod remittitur arbitrio Superioris; arbitrium autem hoc debet regulari, & fundari ſuper iuridicis iudicijs, quia non eſt in poteſtate Superioris declarare inhabiles, niſi quas iura, & Conſtitutiones inhabilitant. *Conſt. Cap. 11. ſtat. 7. concl. 9. q. 7. verſ. Reſpondeo quarto*. Quinto quod votantes excedant quatuor annos à pro-

Digitized by Google

profeſſione emiſſa, In alijs autem electionibus omnes profeſſæ, quæ tamen conuerſæ non ſint votum habent. *ibid.* verſ. *Reſpondeo quinto*. Sextus quod ſignificetur Epiſcopo dies electionis Abbatiſſæ, vt poſſit ſi velit, intereſſe; qui poteſt animaduertere Regulares, ſi ante tempus ſignificatum, aut dies electionis non ſignificata ad Abbatiſſæ electionem procedant. Non tamen eſt neceſſe ſignificari ipſi horam electionis, ſed ſufficit dicere. Poſt Veſperas, vel celebrata Miſſa, &c. & expectare parum, puta alteram horam, vel quid ſimile. *ibid.* verſ. *Dubitatur tertio*. Epiſcopo autem non eſt attributum ius confirmandi Abbatiſſam. *ibid.* verſ. *Dubitatum fuit*; & licèt per ſe, vel per alium præſidere poſſit in electione Abbatiſſæ Monaſterij Monialium Regularibus ſubiectarum tamen non poteſt exquirere, & recipere vota Monialium, ſed hoc facere debet Superior Regularis, ſciente tamen, & audiente eodem Epiſcopo. Præſidentia enim hæc non inducit ſuperioritatem, & iuriſdictionem in Moniales, & in electionem, ſed tantum importat ordinationem, & directionem, vt electio quietè, & pacatę procedat neuè aliqua violentia, vel defectus in ipſa committatur. *ibid.verſ.Dubitatur quarto*.

11 Si Monialium maior pars non concordat

cordat in electione vnius, poteſt ſuperior vnam, quæ habeat qualitates requiſitas ſiue intra, ſiue extra Monaſterium inſtituere. Qui quidem Superior in ipſa electione habeat votum ſicut prædictæ Moniales. *ibid. verſ: Reſpondeo ſeptimo*. Aduertendum tamen hìc, adeſſe decretum Sacræ Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum latum die 23. Maij 1621. per quod determinatum fuit, non licere Monialium Superioribus, aut ſcrutatoribus dare votum in electione Abbatiſſæ, atque electionem, in vim huiuſmodi voti celebratum, vires aliquas non obtinere. *Paſqualig. in Addit. ad Laurent. de Franc. quæſtione 2. numero 668.*

ABIVRATIO.

1 Abiuratio eſt receſſio, ſeu renunciatio alicuius rei cum iuramento. *Pæn. tom. 2. c. 22. verſ. Dico primo*. Triplex eſt, de leui, de vehementi, de & violenta *ibid. & Conſt. ſtat. 1. §. 2.* iuxta triplicem ſuſpicionem, quam aſſignant ſcribentes de hæreſi, ſcilicet modicam, magnam, & maximam, vel leuem, vehementem, & violentam, & ſecundum gradum ſuſpicionis poteſt ſuſpectus condemnari, vel ad abiurationem de leui, vel de vehementi, vel de violenta tamquam hæreticus puniri. *ibid. in Conſt.* Abiurationis autem

Digitized by Google

tem qualificatio de leui, vel de vehementi accipi debet ex actis, & ſententia abiuratoria quod iudicium non ſpectat ad Religionem, ſed ad Sanctum Officium.

2 Cæterum ſolent Inquiſitores hæreticæ prauitatis imponere abiurationem de leui, quando ſuſpicio oritur ex leuibus coniecturis putà ex verbis, & ex actibus malè quidem ſonantibus, ſed caſu, & non ſæpè, aut frequenter factis, aut prolatis, ex blaſſemijs, ex ſollicitatione in actu confeſſionis. Et his mouetur animus Iudicis ad ſuſpicandum, talem eſſe hęreticum; attamen ſuſpiciones ſunt leues, non quod ſint peccata venialia, ſed leues reſpectu vehementium; Hæ ſunt vrgentiores, & magis concludentes, aliquem eſſe hæreticum vt ſi quis eſſet hæreticorum fautor, defenſor, auxiliator, &c. ſi illos non reuelaret, ſi imagines Sanctorum, dies feſtos flocci penderet, & ieiunia; ſi citatus à Sancto Officio comparere contemneret; his, & ſimilibus inducitur mens Iudicis ad tenendum talem pro hæretico, quia facit ea, quæ hæretici faciunt: & quoniam probatio non eſt euidens, imponitur illi abiuriato vehemens vt ſic vel purificetur, vel ſi in abiuratos errores reincidat, pro relapſo condamnetur ad mortem. *ibid.* verſ. *Dico ſecundo*.

Su-

Digitized by Google

3 Suſpecti quocumque ex his modis, ſiue abiurauerint, ſiue puniti fuerint, ad Ordinem noſtrum recipiendi non ſunt, etiamſi poſt punitionem, & competentem temporis dilationem, bonā famam recuperauerint; ſunt enim infames infamia iuris. Si autem congrua purgatione propriam innocentiā monſtrauerint, recipi poterunt. *Conſt. ibid. cap. 1. ſtat. 1.§.2.* Vide *Nouitius*.

4 Abiurans de leui ad actus legitimos, qui verò de graui abiurauerint ad omnia Ordinis officia remanet inhabilis. *P.c.22.in princip.*

5 Sub abiurationis vocabulo non veniunt pœnitentiæ ſalutares, ſcilicet quæ extra iudicialiter imponuntur, & in ſecreto perficiuntur, & hæc dicuntur leues, & non infamant, ſicut illæ, quæ iudicialiter imponuntur, quæcumque illæ ſint: ob quas fiunt inhabiles perpetuò ad quæcumque Ordinis officia, & gradus Religionis illi, quibus genus aliquod pœnitentiæ impoſitum fuerit pro delictis ad Sanctum Inquiſitionis Officium (ſalutaribus pœnitentijs exceptis) etiam ſi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint, niſi prius obtenta à Papa, vel à Sacra Congregatione hæreticæ prauitatis coram Sanctiſſimo habenda, ſpecialis, & expreſſa rehabilitationis gratia, ſub pœna nullitatis in promotos, & priuationis ſuffragiorum in promotores,

re-

reſeruata à Sanctiſſimo, vel Sacræ Conngregationis reſtitutione. *ibid. de pœnis concl. 3. & verſ. Difficultas eſt.*

6 Licèt abiuratio ſimpliciter ſumpta ſine impoſitione pœnitentiæ non inducat irregularalitatem, aut pœnas de iure communi, tamen non obſtante iure communi, abiurantes de leui, vel de vehementi in Ordine noſtro priuari debent actibus legitimis, & ordinis officijs inhabilitari. *ibid. verſ. Dico quarto, & quinto.*

ABORTVS.

1 Dans venenum ad faciendum abortum animatum punitur pœna triremium, qua punitur dans venenum ad necem; *Et per Conſt. Sixti V. effrænatam* priuantur, inhabilitantur, & brachio ſæculari tradendi ſunt Clerici, abortus ſiue animatos, ſiue inanimatos, & ſterilitatem per venena, & quocumque alio modo procurantes, ſeruata Papæ abſolutione. Quam Conſtitutionem licèt ad terminos iuris communis, & ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini, Gregorius XIII. *in Conſtitutione Sedes Apoſtolica* reduxerit, tamen in iure ciuili pœna mortis punitur procurans abortum animatum. *Pœnal. cap. 14. in fine.*

1 *ABSENS* quando citari debeat. Vide *Citatio. Reus.*

Digitized by Google

2 Abſens Prouincialis. Vide *Prouincialis.*
Abſens Guardianus. Vide *Guardianus*.

ABSOLVERE, & ABSOLVTIO.

1 Abſolui poteſt Nouitius noſtræ Religionis ab omnibus cenſuris, & irregularitatibus, iuxta priuilegium Clementis IV. cuius verba ſunt. *Volentibus veſtro aggregari conſortio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis ſententijs à iure, vel ab homine generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium, ſeruata forma Canonica impartiri ipſoſq; fratres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum, vel profeſſionem emiſſam recoluerint, ſe talibus in ſęculo fuiſſe ſententijs innodatos, ſecundum formam ipſam, Vos Generales, vel Prouinciales Miniſtri, ac Cuſtodes, vel vires veſtras gerentes, abſoluere valeatis, & cum eis in irregularitatibus diſpenſare, ſi talibus fuerint forſan innodati ſententijs, vel in locis interdicti ſuppoſitis diuina præſumpſiſſent officia celebrare. Ita tamen, quod ſi aliqui ex eiſdem huiuſmodi ſententijs propter debita ſint adſtricti, eiſdem ſatisfaciunt, prout tenentur. Volumus nihilominus, quod volentes huiuſmodi veſtro aggregari conſortio, niſi mox poſtquam fuerint abſoluti, Ordinem veſtrum intrauerint, etiamſi ad hoc induciæ à Prælatis concederentur, eo ipſo in priſtinas ſententias, à quibus eos abſolui contige-*

tige-

tigerit, relabantur. Quod priuilegium reſpicit ſæculares, nouitios, & profeſſos, & ſic poſſunt abſolui ante ſuſceptionem habitus in Nouitiatu, & poſt profeſſionem in caſu obliuionis. *Conſt. cap-2. ſtat.* 14. §. 1. Suſpenſio, Interdictum, & Excommunicatio tantùm in hoc Priuilegio nominantur, quia hæc ſolum ſunt cenſuræ. *ibid.* verſ. *Dico ſecundò*.

2 Immò poſſunt abſolui poſt Profeſſionē, etiam ob verecundiam, timorem, vel malitiam occultauerint, ſicuti qui in Iubileo, vel in Cruciata adimpleuit conditiones inibi mandatas, & fecit confeſſionem inualidam, relinquendo aliquod peccatum reſeruatum ex culpa, poteſt, tranſacto Iubileo, abſolui ab illis reſeruatis à quocumque confeſſario, etiamſi talem authoritatem non habeat. *ibidem* §. 3. Si autem profeſſus in cenſuras Papæ reſeruatas poſt profeſſionem inciderit, non poteſt abſolui vigore allati Priuilegij, in vim tamen aliorum Priuilegiorum poteſt *ibid.* §. 3. Poſſunt etiam abſolui nominatim excommunicati, ſatisfacta parte. *ibid.* §. 1. verſ. *Dico tertio* quod multis Auctor probat, & verſ. *Dico quartò*, adducit multos grauiſſimos Doctores aſſerentes poſſe etiam nunc Regulares abſoluere virtute Priuilegiorum ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ Domini, non obſtante reuocatione Priuilegiorum; quæ quot annis fit in publi-

publicatione ipſius ex tuta conſcientia, & ſine errore poſſe in praxim deduci, præcipuè contrà *Marchinum*, quem multis efficaciſſimis rationibus impugnat elidens omnia eius argumenta. *ibid.* §. 1. *verſ. Probabile eſt.* Ab hæreſi verò etiamſi non ſit in relapſu abſoluere non poſſumus ſententialiter de ea damnatos, vel delatos. *ibid.* §. 1. *propè finem* verſ. *Dico ſextò.*

3 Forma canonica abſoluendi à cenſuris, de qua meminit Clemens IV. in allato Priuilegio eſt, vt fiat cum pœnitentiali Pſalmo, & Oratione Dominica, ſed non eſt de eſſentia abſolutionis, ex priuilegio enim Leonis X. non tenemur nos ad iſtas formas, & ſolemnitates huiuſmodi. *ibid.* c. 2. *ſtat.* 14. §. 2.

4 Abſoluendi facultas, quam Clemen. IV. priuilegium confert Cuſtodibus, durat etiam nunc, licèt modò non habeat iuriſdictionem in ſua Cuſtodia, pròut habebant eo tempore. & erant verè Prælati. *ibid.* §. 4. *verſ. Quæritur primo.* Vide *Cuſtos.*

5 Hanc abſoluendi facultatem habent Generales, & Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes, vel eorum vices gerentes, prout ſunt Vicarius, & Commiſſarius Generalis, & omnes illi Commiſſarij Generales, qui conſtituuntur in India, & conſtituentur in Germania, Belgia, Gallia, &c. Commiſſarij, & Vicarij Prouinciales, qui non indigent ſpeciali commiſſio-

miſſione ad abſoluendum, &c. Alijs autem debet delegari in indiuiduo, & non ſufficit generalis conceſſio, quia in hac non veniunt ſpecialia. Abſolutio enim à caſibus Papæ, & Bullæ Cœnæ reſeruatis ſpeciali deputatione indiget. *ibid. ſtat. 14. §. 4. verſ. Quæritur ſecundò.*

6 Abſoluendi facultas ſemel conceſſa generaliter, durat etiam amoto, vel mortuo concedente, ſicut & diſpenſandi, donandi, eligendi Confeſſarium, &c. Nec opus eſt à ſucceſſore confirmationem habere, niſi ſucceſſor ſpecialiter reuocaret gratias ab anteceſſore factas, quod vix accidere poteſt, cum eas neſciat, & ſi ſciret ſine iniuria facere non poſſet, niſi cauſa reuocandi adeſſet. *ibid. verſ. Reſpondeo tertiò. & cap. 5. ſtat. 5.* De communi Iuriſtarum ſententia, vbi additur, quod ad reuocationem neceſſaria eſſe ſcientia reuocantis, ita vt ſi ſuperior neſciens quas gratias ſuus conceſſerit prædeceſſor, dicat: Reuoco omnes facultates indultas à meis anteceſſoribus circa abſolutiones, &c. Is conceſſa priuilegia non tollit, quia nemo poteſt reuocare quod neſcit, & in tantum Papa hoc poteſt, quia cenſetur habere ſcientiam legum in pectore, cum conceſſiones omnes in Archiuijs Apoſtolicis conſeruentur, quod ſi per impoſſibile ſecreta eſſet conceſſio, eadem ratio currit de Papa, ac de alijs ſuperioribus, qui factas

Digitized by Google

ctas à prædeceſſoribus gratias ignorarent. *ibid. ſtat. 7. cap. 5.*

7 Facultas à Prouinciali, vel Generali de abſoluendis nouitijs, &c. delegata alicui fratri talis Prouinciæ, vel Guardiano Nouitiatus ſine reſtrictione ad talem locum, poteſt exerceri in alio Nouitiatu, in alia Prouincia, &c. Itaque conceſſa à Generali, poteſt per totam Religionem exerceri, à Prouinciali per totam Prouinciam, niſi aliunde conſtet limitatio ad certam Prouinciam, vel locum &c. *ibid. cap. 2. ſtat. 14. §. 4. verſ. Quæritur tertiò.*

8 Vt poſſit impendi hæc abſolutio volenti Minorum habitum aſſumere, non debet expectari quouſque habitum induat, vel informationes faciat, ſed ſufficit quod petat habitum, & ſit acceptatus ab illis, ad quos ſpectat, dummodò ſit in ſtatu, vt habitum ſuſcipere ſtatim poſſit *ibid. verſ. Quæres quartò, &* §. 7. ait, quod remittitur in arbitrium prudentis viri ſpatium temporis, intra quod ingredi debet Religionem poſt acceptam abſolutionem; itaut ſi futurus Nouitius paratis omnibus, & accepta abſolutione, mutaret propoſitum, & perſeueraret aliquod tempus in ea retractatione, putà per vnum, aut duos dies, non indiget noua abſolutione cum intrare voluerit, quia parum pro nihilo reputatur. Quod ſi perduraret in retractatione, vel nollet penitus

nus inflixerit, mortem intulerit, &c. & quid ſimile) niſi ſatisfaciat parti, tamen caſu quo pœnitens non ſit ſoluendo, vel quia non habet in bonis, vel quia commodè non poteſt ob diſtantiam, bonorum magnam iacturam famæ periculum, tunc poteſt abſolui, præmiſſa pignoratitia, vel fide iuſſoria, vel iuratoria cautione, vel ſi omninò ſit impotens, & per ingreſſum Religionis nulla ei remanet nouæ acquiſitionis ſpes, abſolui poterit ſine aliqua ex præmiſſis. Quod etiam intelligitur de eo, qui eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus ob iniurias allatas alicui; nam licèt iſte non veniat nomine debitoris, tamen ex qualitate materiæ incapax eſt abſolutionis, ſi permaneat in actuali contumacia, & peccato, ob quod fuit excommunicatus, nec talis eſt ad habitum admittendus. *ibid. ſtatut.* 14. §. 6.

11 Abſolutio hæc à cenſuris volenti ingredi noſtram Religionem præſtari debet regulariter in foro interiori,' quod non ſolum complectitur forum ſacramentale, ſed totum illud, quod opponitur contentioſo, & exteriori. At in aliquo caſu poſſet dari hæc abſolutio etiam in foro externo, & reclamante Ordinario loci, quando ſcilicet fuiſſet quis excommunicatus nominatim in Iuris ſubſidium, quia non fit iniuria Epiſcopo; in abſolutione enim nulla recipit iura, & ſi reciperet, poteſt illum

Digitized by Google

Pontifex ipſis priuare propter maius bonum, transferente ſe excommunicato ad purius Dei obſequium, *ibid.cap.2.ſtat.14.§.1.verſ.Dico ſeptimo.* Vide *Caſus reſeruati. Excommunicatio.* Abſoluere, ab irregularitate. Vide *Diſpenſare.* Abſoluere à pœna. Vide *Pœna.* Abſoluere Apoſtatas. Vide *Apoſtata.*

ACCEPTILATIO.

Eſt verborum conceptio, qua creditur debitori acceptum fert, ſiue eſt imaginaria ſolutio; quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, ſi id velit Titius remittere, poterit ſic fieri, vt patiatur hæc verba debitorem dicere, quod ego tibi promiſi, habes nè acceptum? & Titius reſpondeat, habeo, vel tot denarios acceptos habeo. *Pœn. cap. 3. quæſt.1. in fine.*

ACCVSATIO, ACCVSATOR.

1 Accuſatio, vbi inquiſitio eſſe non poteſt locum non habet, vbi enim pręciſa eſt via ad agendum, ſublata intelligitur Iudici ad inquirendum ex officio, cum officium Iudicis ſuccedat loco actoris. *Pœn.cap.15.q.10.verſ.Dices per ſtatutum præſcribi poteſt.*

2 Iudex poteſt ſtatuere parti terminum ad accuſandum, quo tranſacto accuſare non poſſit, non poteſt tamen præcipere, vt accuſet, licet

licet in multis caſibus teneantur Religioſi denunciare, vt in crimine hæreſis, & in actu viſitationis Conuentus, in caſu, quo vergeret proditio, mors, vel ſcandalum maximum in Conuentu, in ordine &c. *Pænal.quæſt.*5. *difficult.*1. *& cap.*24.*quæſt.*4.*reſp.*3.*&* 4. nihilominus non tenentur, nec cogi poſſunt ad accuſandum, maximè in Ordine noſtro, ſed ſufficit in ſupradictis caſibus denunciare delicta Iudici, relicto ipſi onere probandi, & inquirendi, *ibid. reſponſ.vltima*.

3 Accuſatio in multis differt à denunciatione, & præcipuè quia accuſans tenetur probare, denuncians verò non, *ibid.reſp.vltima*.

4 Accuſationem receptam, & probari inceptam Iudex annullare non poteſt, quando voluerit, ſine conſenſu actoris, vel ſuperioris auctoritate, & tunc minimè; ſi delatio, aut punitio criminis ad euidens Religionis emolumentum vergere dignoſcatur: Intelligitur autem hoc de Iudice delegato, vel nimis inferiori, non autem de Generali, vel Prouinciali, qui ſunt Iudices Ordinarij, mouerique debent ob bonum publicum, ac mediante iuſtitia pacem inter ſubditos procurare. *Pæn. c.*10. *quæſt.* 5. *reſp.*1. Sic eſt qui alium accuſauit, & eius accuſatio recepta fuit à proſequenda accuſatione ſine ſuperioris conſenſu recedere non poteſt, niſi propriam proſequatur iniu-

eriam, ſcilicet quando ceſſatio non inferret damnum Communitati. *ibid.*

5 Accuſator non probans præſumitur calumniari, vnde in noſtra Religione, ſi proceſſus defenſiuus euacuauerit proceſſum offenſiuũ aſſignare debet Iudex accuſatori terminum in eodem proceſſu, ad allegandum, quare non debeat de calumnia condemnari; quod ſi non probauerit, pœna talionis erit puniendus. Et licet de iure communi in aliquibus caſibus eximi poſſint ab hac pœna accuſatores non probantes, tamen in noſtra Religione non excuſantur, cum ibi nullius accuſatio recipienda ſit, niſi prius iuret ſe malo zelo ad accuſandum non moueri, & ad probandum ſe obliget ſub pœna talionis, quod ſi ex inaduertentia, vel ignorantia Iudicis non fiat, debet declarari quemlibet accuſatorem ad pœnam talionis obligari; Et nullus ſub hac pœna talionis accuſare poteſt de crimine, quod per teſtes idoneos probare non poteſt, *ibid. quæſt. 4. difficult.* 1. Nec valent clauſulæ aliquę ſalutares in libello accuſationis appoſitæ, non ſe adſtringendo &c. & ſuper quibus &c. ad effugiendam talionis pœnam; accuſatio enim, inquiſitio, & denunciatio miſceri non debent, *ibid. verſ. ex quo miror.*

6 Immò neque excuſaretur accuſans à pœna talionis, etiam ſi ex malitia teſtium deli-

Digitized by Google

ctum non probauerit,& bona fide accuſauerit; licèt in foro conſcientiæ excuſaretur, non autem in foro fori; niſi teſtes examinandi aufugiſſent, vel ſe abſcondiſſent, ne examinarentur; idque Iudici conſtaret, *ibid.difficul.*2.

7 Excuſaretur autem accuſator à pœna talionis, ſi accuſans de pluribus criminibus, vnum, aut alterum probauerit, niſi expreſsè obligauerit ſe ad probandum omnia: Item ſi ſemiplenè probauerit, quod expoſuit per vnum teſtem omni exceptione maiorem, vel niſi reus plenè ſuam innocentiam probaret, tunc enim minori aliqua, & arbitratoria pœna accuſator eſſet plectendus. Verum tamen eſt, quod talis accuſatio fieri debet ſcienter, appenſatè, & data opera, non præcipitanter &c. Vnde ſi quis non animo calumniandi, ſed putans ſe zelo moueri, deceptus ex fama, vel quopiam alio, accuſat, ſi hoc ſaltem probauerit, à calumniatorum pœna liber euadit, *ibid.diff.*4.

8 Accuſans ſcienter aliàs accuſatum, & correctum non debet audiri, immò puniendus eſt pœna talionis; correctio autem non debet menſurari ex zelo accuſantis, ſed ex arbitrio iudicantis, etiamſi in ſtatuto pœna aliter ordinata reperiatur, quia in hac parte corripiendus eſſet Iudex, non reus iam iudicatus. Excuſatur autẽ accuſator ab hac pœna per quamcumque ignorantiam, etiam craſſam, & ſupi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

nam, quæ ignorantia probatur ex abſentia à Prouincia, ex mora extra Conuentus principales; hoc autem remittitur arbitrio Iudicis, *ibid.q.6: verſ.ſi quis accuſaret.*

9 Sic etiam pœna talionis punitur accuſans aliàs accuſatum de his, quæ tamquam falſa reiecta fuerunt, niſi ad nouas probationes ſe obligauerit in quibus deficiens pœna talionis punitur, vt ſupra, *ibid.verſ.ſi quæras.*

10 Accuſans aliquem de delicto, quod ſcit, ſe non poſſe probare niſi per vnum teſtem tantum, licet excuſetur à pœna talionis, illud ſic probando, tamen peccat, quia finis accuſationis eſt punitio, & emendatio delinquentis, quas obtinere non poteſt, producendo vnũ tantum teſtem, & ſic tenetur reſtituere famam. *Pœnal.cap.24.q.3.verſ.Dices diſponente ſtatuto.* Vide *Calumniator*.

11 Accuſare an, & quando poſſit Regularis alium Regularem apud Epiſcopum. Vide *Epiſcopus.*

12 Vocalis, inſtante Capitulo, cuius fama nimis grauaretur per accuſationem, & per ſemiplenam ſaltem probationem cum diffamatione coniunctam, poteſt excludi à Capitulo; & licet poſſit Præſes Capituli accuſationem non acceptare, vel differre poſt electionem, quando autem procedere voluerit, poterit illum à Capitulo pellere. *Pœn.cap.15.q.10.verſ.*

Tan-

Tandem dico pro complemento. Vide *Electio, Simonia num.* 14. *Vocalis.*

13 Legitimo Accuſatore comparente, non poteſt Iudex accuſationem reſpuere, *ibid.*

14 Accuſatione minor eſt inquiſitio, & inquiſitione exceptio; vndè damnatus per inquiſitionem de aliquo crimine de quo damnatus per accuſationem, efficeretur infamis, euitat infamiam, *Pœnal. cap.* 10. *quæſt.* 2. *diff.* 3. *verſ. Si dicas.*

15 Quamuis de iure communi etiam canonico quoad forum externum quælibet delicta præſcribantur ſpatio 20. annorum; tamen apud nos minori tempore regulariter præſcribuntur, nimirum ſpatio trium annorum; vnde non ſolum non debet audiri accuſator, vel denunciator poſt triennium, verùm etiam tamquam publicæ tranquillitatis, quietis, & pacis perturbator, infamis exiſtit, & pœnas priuationis officiorum ipſo facto incurrit. Dixi *Regulariter*: quia ſi id malitiosè, & callidè non fiat, ſed ſceleris cognitio poſt triennium acceſſerit, poterit quis accuſari, & puniri, etiam elapſo triennio. Sic etiam cum Generalis viſitationem concerant, qui ſexennium in officio durat, poterit deportari in viſitatione, quam faceret Generalis, vel etiam Commiſſarius; ſi tamen in tranſacto ſexennio delictum ignorarit. Item in aliquo enormi delicto

poterit Generalis diſpenſare, vt quis ad accuſandum, & denunciandum admittatur, etiam elapſo ſexennio. Prouincialis autem poſt Capitulum celebratum, non poteſt procedere, pro delictis antea à quocumque commiſſis, niſi de conſilio Deffinitorij, quod conſilium à rationabilibus motiuis prodire debebit; aliàs Deffinitorium peccabit, & puniri poterit. Item audiri poterit poſt Capitulum, & viſitationem, ſi viſitationis tempore apud eundem Commiſſarium proteſtatur, quod ad alium vult recurrere Superiorem, ad aliquorum denuncianda delicta; quam proteſtationem efficere tenetur infra terminum ab eodem Commiſſario, vel Superiore ordinario ſibi datum cum ſpecificatione particulari illius Superioris, ad quem intendit recurrere. *Pœn. cap. 1. propè fin. verſ. Quantũ autem temporis ſuſtinere debeat Iudex.* Vide *Calumniator, Reus, Proceſſus.*

Accuſare aliquem falsò, & ſcienter, & accuſantem reuelare, quando ſint caſus reſeruati, Vide *Caſus reſeruatus, caſu 5.*

ACTVS LEGITIMVS. Vide *Priuatio.*

ADMINISTRATIO.

Apud Canoniſtas reſpicit eccleſiaſtica beneficia, quia adminiſtrare idem eſt ac gubernare, & curæ officium ſubſtinere. *Conſtit. c. 8. ſtat. 67. verſ. Adminiſtratio.*

ADV-

Digitized by Google

ADVLATIO.

Quæ, & quando inducat ſimoniam. Vide *Simonia*.

ADVLTERIVM, Adulter, Adultera.

1 Adulterium, ſicut & cæteræ delicti venerei ſpecies, eſt difficilis probationis, & licet in foro, vbi pœna ſanguinis imponenda veniret, ſecundum communiorem ſententiam non poſſit puniri quis pœna ordinaria tamquam adulter, niſi tales deponant, vidiſſe pudenda ad inuicem innexa, & inſerta, non autem ob violentas probationes; Tamen in foro Regulari, vbi pœna ſanguinis exulauit, ad pœnam ordinariam damnandus eſt Regularis, ſi ad actus proximos deueniſſet, putà ſi nudus cum nuda in eodem lecto reperiatur, ſi oſculans, tangens, accinctus ad proximam actus conſummationem in clauſo cubiculo &c. *Pæn.c.2. quæſt.6.verſ.Dixi maiori, vel minori, & cap.8. quæſt.10.in fine.*

2 Adultera non tenetur declarare filium illegitimum; ad conſeruandam legitimis hæreditatem, ſi ſuæ famæ, aut vitæ timeat. *Pæn. cap.10.quæſt.10.*

Adulterium qua pœna puniatur. Vide *Fornicarius*.

Ob adulterium vxoris an, & quando poſſit vir fieri religioſus. Vide *Nouitius num.3.*

AEDI-

AEDIFICARE.

Aliquid noui, & deſtruere in Conuentibus noſtris. Vide *Guardianus.*

AETAS.

Senilis in vxore, vt cognoſcatur quænam ſit, ſtandum eſt iudicio peritorum, conſideratis complexione, conſtitutione, valetudinis conditione, licèt de ipſa variè ſentiant Doctores, *Conſt. cap.* 2. §. 2. *verſ. Verè enim, &* §. 9.

Aetas recipiendorum ad Ordinem. Vide *Nouitius.*

AFFINIS.

Affinitas contrahitur inter Maritum, & Cognatos, ſiue agnatos vxoris, & è contra, non autem inter cognatos, ſeu agnatos vxoris, & agnatos, ſeu cognatos mariti &c. Quamuis nomine cognationis ſtrictè ſumptę veniant illi qui per fœminas coniunguntur, quia qui per patrem veniunt, agnati vocantur; Communi tamen appellatione cognatorum veniunt omnes, qui iure ſanguinis coniunctionem habent, & ſic etiam agnati. Vnde ſtatutum prohibens ne duo ex eadem cognatione reperiantur in Deffinitorio, locum habet, non ſolum in cognatis, verum etiam in agnatis, non autem

in

Digitized by Google

in affinibus, nec in cognatione ciuili, prout eſt adoptio. *Conſt.cap.8.ſtat.36.q.8.reſp.2.*

ALCHIMIA.

Alchimiam, aliaſque artes, & doctrinas ſuſpectas, & ab Eccleſia damnatas exercentes, docentes, vel ad eas ſpectantes, libros, ſcriptaque retinentes in noſtra Religione, ſunt ipſo facto excommunicati, & legitimè conuicti, voce actiua, & paſſiua perpetuò priuantur, carceribuſque mancipandi ſunt Prouincialis arbitrio, iuxta criminum qualitatem, arbitrium autem Prouincialis progredi poteſt ad pœnas proprietariorum, *Conſt. cap.5. ſtat.* 13. Bene tamen verum eſt, quod aliquando poſſet exerceri ſine culpa mortali, cum nimirum ex curioſitate in domo alterius ſine ſcandalo operationem aliquam breui faceret librum, vel ſcriptum legeret &c. *ibid. & Pæn. cap.4. quæſit.*1. *verſ. circa octauum*, vbi habetur, quod ſi vnam actionem, vel vnicum experimentum faceret, vt lutandi vaſa, ſublimandi, vel fixandi Mercurium &c. idque breui tempore, vel paucarum horarum, vel vnius diei &c. & in libris vetitas artes continentibus, ſi paucas lineas legeret, ſi non vltra vnum folium excurreret; (cuius modi multi Doctores hæreticorum librorum legentes excuſant à cenſuris) ſi breui tempore, verbi gratia, vno die eos retineret,

& ſi

& ſi vlterius, dummodò opportunitatem eos Inquiſitoribus reſtituendi non haberet, ſuæ famæ periculum ſubiret. Omnia enim iſta à mortali culpa excuſant, & conſequenter à pœna. Vide *Artes damnati, Libri prohibiti*.

ALEAE. Vide *Ludus*:

ALIENARE, ALIENATIO.

Fratribus, vel ſæcularibus vendere, aut quouis modo alienare, eſt caſus reſeruatus. Vide *Proprietas, Caſus reſeruati*:

Alienatio rerum eccleſiaſticarum ſub cenſuris, & pœnis vetita eſt, niſi in certis caſibus, & cum quibuſdam ſolemnitatibus, nimirum, vt præcedat ſaltem vnus tractatus inter Prælatum, & eos, quorum intereſt, & conſenſus expreſſus maioris partis Capituli, & ſufficit, ſi Canonici poſt tractatum ſingulariter pręſtent conſenſum in alienationem, etiamſi non ſint coacti in Capitulo, & ſi malè alienauerint, incurrunt pœnas. *Pœnal.cap.7.diff.5.verſ.Reſpondeo ſecundo*.

AMBITVS, AMBITIO.

Ambitio ex ſuo genere non eſt nec veniale, nec mortale, ſed vtrumque euadit ex obiecto, ex modo, ex medijs (ob quæ diffinitur à Diu. Thoma, *vt ſit inordinatus appetitus honoris*.

Conſt.

Digitized by Google

Conſt.cap.8. ſtat.67. concl.3. verſ.ſciendum 3.& Pœn.cap.15.q.4.verſ.Verum ex hoc: & cum ſine meritis currit, eſt mortale, vel cum meritis, ſed per media inordinata, vt ſunt bona, pecunia, obſequia, preces, affectata vehementia &c. & cum in noſtris affectibus æqui Iudices eſſe non poſſimus, vt plurimum maximo periculo exponimur, cum ambitioni committimur, & ſic periculum amando peccamus; & licet in aliquo peculiari caſu poſſemus excuſari à peccato mortali ratione boni finis per media non prohibita intenti, tamen, cum per accidens ſit, quod vnus de millibus non ſit indignè ambitioſus, ſequitur, vt plurimùm, peccatum mortale non deeſſe. Ambitio ſiquidem in malam partem vniuerſaliter accipitur, & venit ab *ambitu*, ideſt circuitu, quem candidati officiorum adhibebant, rogando, & ſupplicando Patres, vt ſibi officium, vel fauorabilem ſententiam conferrent, & captabant populi ſuffragia; & ideò non ſolum per canonicas ſanctiones, ſed etiam per leges ciuiles apud ipſos Ethnicos, qui ſolo iuris naturalis lumine ducebantur, ambitio damnatur.

APOSTASIA, APOSTATA.

Apoſtaſia multiplex. A fide, ab ordine minori, vel maiori, & à Religione, de qua loquimur hic, & contingit cum habitu, vel

ſine,

ſine, vel cum animo redeundi, vel non, licet enim ſola dimiſſio habitus cum voluntate ad illum non redeundi ſit vera Apoſtaſia; tamen intentio dimittendi Religionem cum obſirmato animo ad illã amplius non redeundi, etiamſi retineat habitum, facit veram apoſtaſiam; tamen non ita completam, vt ſi habitum etiam dimitteret; Vnde qui fugeret, vel habitum dimitteret, animo tamen non rebelli à Religione, ſed propter timorem, vel ſuas voluptates, eſſet fugitiuus, non Apoſtata, licet puniendus veniret pœnis canonicis in Apoſtatas fulminatis; tamen per ſtatuta noſtri Ordinis contra tales fugitiuos, & nomen, & pœna Apoſtatarum extenduntur. Apoſtaſia enim diſceſſionem, vel retroceſſionem ſignificat à ſua profeſſione. *Conſt.cap.2.de Apoſtatis ſtat.61.*

2 Apoſtatæ omnes excommunicantur auctoritate Apoſtolica: qua poſſunt noſtri Superiores eos excommunicare, ligare, capere, mancipare, præcipiendo Ordinarijs, vt euitent tales excommunicatos, & ſi fuerint requiſiti à noſtris Superioribus, denuncient. Immò Clem.IV. idem repetit: *addens, & participare*, ait, *in crimine criminoſo, qui apoſtatas noſtros iam excommunicatos retinuerint, & non eiecerint.*

3 Excommunicatio ſtatutaria contra Apoſtatas noſtri Ordinis latius ſe extendit, nimi-

nimirum in eos, qui cum habitu, & ſine illo cum animo contra profeſſionem obfirmato, & ſola voluntate ad tempus fugiendi Conuentus ſepta ſine licentia egreſſi fuerint; eſtque latæ ſententiæ, & à nullo alio abſoluibilis, niſi ab ijs, quibus per noſtras leges commiſſum eſt, & eſt caſus reſeruatus. *Conſt.cap.2.ſtat.61.verſ. Verum*.

4 Quando dimiſſio habitus arguat apoſtaſiã, & inducat excommunicationẽ. Vide *habitus*.

5 Superiores locales tenentur tales Apoſtatas in refectione immediatè ſequenti, & ſingulis ſextis ferijs primi menſis excommunicatos denunciare, licet ſint ipſo facto excommunicati, ſicuti v. g. percutientes Clericũ ſunt ipſo facto excommunicati, denunciantur tamen poſtea per Cedulones. Quæ excommunicatio non requirit declarationem, ſicuti requirunt aliæ excommunicationes ſtatutariæ, quæ nõ incurruntur ante talem declarationẽ. Bene tamen verum eſt, quod ante denunciationem non ſunt vitandi, & ſæculares, ſeu quicumque eorum receptores non tenentur illos vitare, niſi ſciant eſſe denunciatos, vel ſuperior eos moneat. Quinimò etiamſi ſcirent, tamen reciperent Apoſtatas, amicitiæ, conſanguinitatis, & pietatis cauſa, non inciderent in excommunicationem, prout etiam dicunt Doctores de receptoribus hæreticorũ ex eiſdem cauſis, *ibid.ſtat.62*.

Supe-

6 Superior localis, ſi diu differat denunciare Apoſtatas ex contemptu, vel ſine cauſa legitima, peccat mortaliter; ſi tamen id in aliam refectionem differat, non peccat grauiter, neque peccat non denunciando illos ſingulis ſextis ferijs primi menſis, cum hoc non ſit in vſu, *ibid.ſtat.62.diff.4.*

Nomine leuis, vel leuiſſimæ Apoſtaſiæ, de quibus mentionem faciunt Conſtitutiones noſtri Ordinis, non intelliguntur peccata venialia, quaſi diminuitio materiæ grauitatem culpæ excludat; nam omnes iſtæ ſunt peccata mortalia, quæ maiorem excommunicationem inducunt, quæ nonniſi ob mortalem culpam incurritur; ſed dicuntur leues, vel leuiſſimæ reſpectiuè ad alias graues, & grauiores. Dari tamen benè poteſt Apoſtaſia ita leuis, vt mortalis culpa, & excommunicatio excludatur; putà ſi quis exiret ſine licentia tacita, vel expreſſa è Conuentu per aliquot paſſus ex breuiſſimo tempore, & poſtea ſtatim reuertatur &c.

7 Excuſaretur etiam fugitiuus à mortali, ſi valdè grauatus à ſuo Prælato, ad Superiorem confugeret, quia hoc non eſt fugere, ſed ſe defendere. *ibid.ſtatut.62.* Licèt enim in multis ſtatutis declaretur Apoſtata, qui ſine obedientia extra Conuentum ierit, *etiam prætextu ad Superiores accedendi, etiam ſi recta via coram*

Supe-

Superiore ſe ſiſtit. Tamen ſtatuta recurſum, & confugium ad Superiorem non condemnant abſolutè, ſed friuolum,& ſub prætextu ob cauſas ſcilicet leues, & friuolas.

8 Cauſæ autem, ob quas poſſet Religioſus ad ſuum Superiorem confugere abſque nota Apoſtaſiæ ſunt, ſi v. g. iniuſtè detineretur carceratus, vel iniuſtè carcerari timeret,ſi aliquod notabile grauamen ſibi intentari cerneret,putà excommunicari, ſententiari, vel pœnis in auditum opprimi. Item ſi animaduerteret, Ordinarium, vel delegatum ſuum eſſe inimicum, & contra ipſum formare proceſſum,non ſeruato iuris ordine, ex quo poſſet irreparabili ſententia condemnari. Item ſi appellaret à ſententia lata in re graui, & Prælatus ſuam appellationem non admitteret, vel ei non daret commoditatem defendendi ſe,negando ei Procuratorem, vel Aduocatum, non examinando teſtes, quos proferret ad ſui defenſam. Item ſi Superior in ſubditum tormenta intentaret cõtra formam iuris, & alia his ſimilia; *Non enim eſt Apoſtata, qui ſupramodum grauatus ad Superiorem ſine licentia confugit. Pænal. cap. 9. quæſt.2.& Conſt.cap.3. ſtat.22.* Si autem iuſtè detineretur, torqueretur,puniretur,fugere non poſſet ſine nota Apoſtaſiæ, & peccati mortalis. *De Pæn.ibid.*

9 Nullus hoſpes recipi poteſt, niſi obe-

Digitized by Google

dientiales litteras oſtendat, exceptis Patribus grauibus, & notis; ita diſponitur per noſtras Conſtitutiones, & per Sixtum V. in *Conſt. Cum de omnibus eccleſiaſticis ordinibus*. §.7. vbi nullum recipi mandat in Conuentibus niſi licentiam exhibeat, vel notus ſit, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, officiorum inhabilitatis &c. & in alia Conſt. *Ad Romanum ſpectat*, vult intelligi tàm de hoſpitibus proprij Ordinis, & Prouinciæ, quam alterius. Verum cum non ſit in vſu, non obligat ſub mortali. *Conſt.cap.2.ſtat.65.*

Superiores omnes tàm Prouinciales, quàm locales ordinariam poteſtatem habent excommunicandi, carcerandi, capiendi Apoſtatas, etiam aliarum Prouinciarum, & in neceſſitate etiam ſubditi capere poſſunt Apoſtatas, & eſt Indultum Innocentij IV. qui hoc fieri poſſe concedit, etiam inuocato auxilio brachij ſæcularis, ſi opus fuerit: Itaque omnes Fratres ſunt ordinarij ſuper Apoſtatas. Subditi autem hanc facultatem habent tantum in neceſſitate, quæ eſt in ſubſidium Superiorum, non valentium capere Apoſtatas; nam ſi poſſunt Superiores, id ſubditis non eſt licitum. Quæ facultas tàm à Superioribus, quàm à ſubditis poteſt delegari alijs, cum ſit ordinaria. *De Pœn. Apoſt. cap.9.q.11.*

10 Et licèt ſubditi habeant hanc facul-

tatem,

tatem, non tamen coguntur ſub præcepto, quidquid ſit de Conſtitut. Pij IV. *Poſtquam*; quia reuocata fuit à Paulo IV. *Sedis Apoſtolicæ*, & reducta ad terminos Iuris communis; niſi tamen graue damnum pateretur Religio ex talium vagatione, quo caſu tam ſuperiores, quàm ſubditi tenentur ſub mortali eos coercere, *Conſt. c. 2. ſtat. 63. & ſtat. 66.* vbi etiam ſi tale graue damnum non pateretur Religio, præcipitur Superioribus, vt quanto citius poterunt eos capiant, & curent, ne per ſuos Conuentus vagentur; Ad quod tenentur Superiores ſub mortali, dummodò adſit ſpes emendationis, niſi perniciosſus futurus ſit Ordini, niſi ſit incorrigibilis, niſi ex ipſorum perquiſitione, carceratione, &c. maius ſcandalum in ſæcularibus oriatur, & Religio bonum nomen amittat.

11 Ceterum remotis his conditionibus, vltra peccatum mortale, Superiores ipſo facto incurrunt priuationem omnium officiorum, quę tunc obtinebunt, vociſque actiuæ, & paſſiuæ, atque perpetuam inhabilitatem ad illa in poſterum obtinenda Sedi Apoſtolicæ reſeruatam, *per decretum de eiect. & apoſt. edit. anno 1624. 21. Septemb. verſ. Si quis verò*, requiritur tamen declaratio Iudicis: Neque obligantur Superiores qualibet hæbdomada, quolibet menſe, &c. Apoſtatas perquirere,

neque tenentur ſuos fratres mittere per domos, Palatia, Villas, quaſi venationi Apoſtatarum vacandum ſit, ſed ſufficit ſi poſtquam fugerit Religioſus, attendant, ſi de ipſo dicantur in tali, vel tali loco moram trahere, vt eo mittant fratres, qui prudenter, & ſine ſcandalo cognoſcant, ſi ibi reperiatur, & eum reducere procurent, vel bonis verbis, ſi ſpes emendationis adſit, ſin minus vi, & auxilio brachij ſæcularis dummodò ij antea ſcandalizati fuerint de illius vagatione. Quod ſi ſęculares bona fide maneant, & timeatur ſcandalum, ſatius eſt eum dimittere, vt maius malum euitetur, non enim rationi conſonum eſt, velle Summum Pontificem obligare Religionem cum tanto damno: An autem tale decretum praxi non approbatum obliget tenendum eſt cum communi negatiuè, vt alibi dicetur. *ibidem cap. 2. ſtat, 66.*

12 Procedi autem poteſt, immò debet contra tales Apoſtatas de facto, abſque eo, quod audiantur, ad carcerationem, abſolutionem, &c. dummodò non dubitetur de Apoſtaſia; ſi autem dubia ſit apoſtaſiæ imputatio, quia fortaſsè prætendat, obedientiales literas bonas eſſe, non expiraſſe, amiſiſſe ipſas, vel iuſtè recurrere ad Superiorem Generalem pro grauamine ſibi facto in ſua Prouincia, &c. tunc audiendus eſt, & iniri debet

iudi-

iudicium pro defenſionibus ipſius. Quod poteſt etiam facere Guardianus, quia in hac parte eſt Iudex ordinarius, ſicut & Prouincialis, tamen non debet ſe ingerere in his cauſis, præſente Prouinciali, cui ex officio incumbit carceratio, abſolutio, proceſſus, &c. *Pœnal. c. 9. quæſt.* 11.

13 In leuem Apoſtaſiam incidit per noſtra Statuta generalia *cap.* 2. §. 10. *n.* 4. qui ſine ſui Superioris licentia tacita, vel expreſſa è Conuentu egreſſus per diem naturalem tantùm moratus fuerit: Tacita autem licentia eſt, ſi rogatus à ſubdito Superior, vt ſibi licentiam concedat, tacet, vel non neget: Item ſi Fratres petita licentia, & Superiore illam non negante, egrederentur è Conuentu, Prælato vidente, & non contradicente; Non ſufficit enim pro tacita licentia exeundi è Conuentu credere, quòd Prȩlatus illam concederet, niſi accderet caſus, in quo putandum eſſet epicheia, puta ſi infirmus moreretur ſine confeſſione, ſi incendium vicinæ domus vrgeret, &c. Si Princeps, vel Cardinalis veniens in Conuentum vellet, vt aliquis Frater illum comitaretur, &c. & Guardianus non adeſſet, tunc tenendum eſt, quod ſi adeſſet, ſine dubio licentiam exeundi concederet: *Pœnal. cap. 9. quæſt.* 1.

14 His caſibus exceptis, non innaret ſub-

ditum exire è Conuentu putans Guardianum conſenſurum, quia dum adeſt ſtatutum etiam Apoſtolicum Clement. VIII. quod ſingulis vicibus hæc licentia petatur, & conſuetudo eſt, quod Prælati non indulgent, nec indulgere poſſunt generales facultates egrediendi, non poſſumus, nec debemus præſumere tacitam licentiam. Quod ſi alicubi eſſet contraria conſuetudo, ſecundum illam iudicandum foret, quo caſu etiam ſufficeret licentia tacita, ſeu præſumpta, ſiue interpretatiua, ideſt quæ non habetur quidem expreſſa, præſumitur tamen, quod ſi peteretur, concederetur: Nec impedit, ſi ſubditus intelligat, quòd Prælatus ægrè ferat, ſibi talem licentiam poſtulari, ſciat tamen, illam conceſſurum, quæ doctrina non valet caſu, quo certum eſt, Superiorem velle, vt omnes licentiam egrediendi expreſsè petant, nam eſſet temeraria præſumptio, etiam ſi ſubditi ſciant, Superiorem conceſſurum licentiam, ſi petatur, & maximè in noſtra Religione, vbi conſuetudo, ſtatuta Ordinis, & Clementis Octaui repugnant. *ibid. Pœnal. cap. 9. quæſt. 1.*

15 Qui ſine licentia egrediens eadem die artificiali, ad Conuentum reuertitur, leuiſſimum Apoſtaſiæ genus committit, ſi autem rediret in meridie, vel ante Complementum 24. horarum, verbi gratia poſt 20. horas, ſi

poſt

Digitized by Google

poſt vigeſimam ſextam immediatè, licèt leges non reſpiciant iſtis minutias, attamen iuridicè dies naturalis, & artificialis, niſi aliter declaretur, completè ſumi debent: Itaque dicente Statuto *per diem naturalem, vel eadem die reuerſus non fuerit*, dies tenendi ſunt vſque ad vltimum inſtans, iuncta ſignificatione dictionis, *Per*, quæ denotat continuationem, & conſummationem, ſeu perfectionem totius temporis, cui adijcitur: Attamen ſi 20. hora, verbi gratia quis rediret, cenſeretur reuerſus in die naturali, & ſi rediret propè triduum, poſſet puniri pœna ſimili grauis Apoſtaſiæ, vt autem potius ad pietatem, quam ad rigorem inclinetur, debet accipi triduum pro tribus diebus naturalibus completis, reliqui autem exceſſus, vel aggrauandi ſunt arbitrariè à Prælato, vel remittendi: *Pœnal. ibid. cap. 9. quæſt. 1. reſp. 2.*

16 Qui cum licentia exiens extra Conuentum in aliquo loco, etiam ſi Ordinis noſtri fuerit, ſine licentia, aut neceſſitate pernoctauerit (ideſt per totam noctem perſtiterit) leuiorem contrahit apoſtaſiam. Et qui ſine neceſſitate aliò, vel alia via vadit, quam ſibi per facultatem liceat, quiue tempus in facultate præſcriptum excedit, quiue ſine ſocio de loco ad locum proficiſcitur, in apoſtaſiam, vel grauem, vel leuem, iuxta exceſſum, Præ-

Digitized by Google

latorum iudicio, declaratus incurrere. Quæ omnes apoſtaſiæ veniales eſſe non poſſunt, cum inter apoſtaſias plectibiles, & abſoluibiles connumerentur, ſupponunt ergo mortalem culpam. *ibid. cap. 9. quæſt. 3.* Hæc tamen licentia poterit eſſe tacita, vel præſumpta, ac interpretatiua, nec requiritur, vt ſit extrema, vt quia laſſus, claudus erat, pluebat, &c. ſed ſufficit moralis, vt Fratrem aliquem in confeſſionem audiret, Prælato roganti, vt remaneret, aſſentit, ne inhumanus videretur, vt alicui charitatis officio adeſſet, infirmitatis, feſtiuitatis, &c. omniſque ſimilis neceſſitas rationabilis ſufficit, ſicut etiam omne iuſtum impedimentum. Quæ omnia Iudicis arbitrio remittuntur, qui debet iudicare neceſſitatem, non voluntatem, & leuem remanſionem: *Pæn. ibid. cap. 9. quæſt. 3.*

17 *Diuertere aliò, vel alia via*, intelligitur de vagatione notabili, quæ malitiam, leuitatem, vel contemptum arguat, non quæ commoditati conſulat, vnde ſi quis verbi gratia, ex Lucenſi agro ad Inſulam Corſicæ nauigaturus eſſet, poſſet adire Romam, & non adire Liburnum, quia licet propinquior ſit tranſitus à Liburno ad Corſicam, tamen commodior paratur nauigatio ab Vrbe, vbi amicos, & conſanguineos reperiet, qui ſibi naulum ſoluant, & cibos parent, cum mora-

liter

Digitized by Google

liter cenſeatur, Superiorem velle commoditatem ſubditi, niſi aliud declarer. Quantum autem itineris faciat diuerſionem notabilem inducentem apoſtaſiam, prudentum iudicio relinquitur, qui conſiderare debent non diuerſionem abſolutè, ſed relatam itineri. Hinc reſpectu 20. milliariorum, duo, vel tria parum reputantur, reſpectu 100. milliariorum, ſi diſcurrat 10. vel 15. parum etiam reputabitur. At ſi in 20. diuertat 10. vel 8. & in 10. diuertat tria, vel quatuor, reputabitur digreſſio notabilis, & niſi cauſa ſubſit, præſumitur facta ad malum finem, & in ſpretum ſtatuti: *ibidem*.

18 Socius aſſignatur de conſuetudine, & de honeſtate, & niſi adſit rationabilis cauſa, putà vrgentia negocia, charitatis fraternæ, iactura proximi, magna vtilitas, &c. ſine difficultate in noſtra Religione apoſtata iudicabitur, qui ſocium in itinere ſine legitima cauſa relinqueret, putà ſi infirmetur, ſi inuoluntariè impeditus reperiatur, vt ſi tranſacto flumine, ſocius alter tranſmeare non poſſit, & longiorem ineat viam. *Ibid. quæſt.* 9. vbi adducitur ſtatutum *cap.* 3. 4. 6. 14. in quo diſponitur, *vt nulli ſine ſocio iter facere liceat, ſub apoſtaſiæ pœna ipſo facto incurrenda, niſi Generalis ob cauſam neceſſariam ſcripto aliud conceſſerit, quod rariſſimè concedi, & cum maxima*

ximè neceſſitate rogamus. Pro Reformatis etiã. *E ſe non moſtrerà fede autentica, doue, e come l' habbian laſciato, ſiano dalli Guardiani, oue arriuano aſſoluti per apoſtati*. Non eſt tamen peccatum mortale mittere fratrem ſine ſocio, & ſine facultate ſcripta, quando ratio neceſſitatis excuſat: valet enim epicheia, eò vel maximè, cum Generalis in quolibet Conuentu, vel Prouinciã, non ſemper præſto ſit. Item ſi ſocius diſcedat à ſocio in ſilua, campo, deſerto, excuſaretur ſi non oſtenderet fidem illam authenticam, ideſt multorum auctoritate comprobatam. *Pæn. ibid. quæſt. 9. & Conſt. c. 3. ſtat. 20. in fine*, vbi habetur, quod in neceſſitatis articulo excuſatur à mortali tam Superior, quam ſubditus exiens è Conuentu ſine ſocio, maximè vbi ſingulos in certis caſibus emittendi inualuiſset abuſus. Vt taceam de magnis Ciuitatibus, in quibus ſinguli, ac ſolitarij Fratres ad quæſtuationem deſtinantur vt Romæ, Neapoli, Genuæ, &c. fieri compertum eſt. Ceſsante verò neceſſitate, & abuſu nec in excommunicationem Apoſtatarum ipſo facto egrediens ſine ſocio incidit, niſi prius declaretur, & declarari poſset, cum hęc ſit ſupra leuiſſimam apoſtaſiam ſimilitudinariam, cum ſupponatur prius exeundi licentiam à Superiore obtinuiſse. *Conſtit. cap. 3. ſtat. 20. in fine*.

Quod

19 Quod ſi inter ſocios oriatur iurgium, vel ſententiæ diſparitas de itinere, aut diſceſsu volente vno vnam viam inire, altero alteram; aut volente vno, altero nolente tunc temporis diſcedere, propter quod ſeparentur, & ſolitarij per tempus notabile, ambularent, vel ad Conuentum perueniant: in his caſibus minor ſocius ſemper erit in culpa, quia ſequi debet maiorem tamquam ſuum ſuperiorem, & ita de facto practicatur. In dubio autem niſi adeſsent probationes pro veritate, ambo eſsent tamquam Apoſtatæ puniendi: Satisfaceret autem authoritas perſonæ, famæ commendatio &c. vel è conuersò; Si ſocius alter eſset ceruicoſus, parum deuotus, ſolitus delinquere, aut vagari, vel ſuæ opinioni valdè adhærere &c. *Pœn.ibid.cap.9.q.3.*

20 Excedere tempus in obedientialibus litteris præſcriptum, ſi fiat ex cauſa, nulla erit culpa; ſicuti ſi fiat per ſpatium paruum, quod remittitur arbitrio prudentis viri, qui conſiderare debet tempus conceſsum, & ex illo venari modicum exceſsum: ſi enim concedatur vnus dies, exceſsus erit horarum: ſi triduuum, poſset eſse medius dies: ſi menſis, trium, vel quinque dierum: ſi bimeſtre, decem dierum: ſi ſemeſtre, triginta dierum: ſi annus, duorum menſium &c. quæ tamen exempla non debent eſse Canones, ſed appo-

ſita

ſita ſunt, vt habeat Iudex quomodo ſe gerere poſſit. *ibid. Pæn. cap. 9. q. 3.*

21 Sancitur etiam in Conſt. general. n. 15. *Qui vltra hæc etiam habitum dimiſerit, & intra duorum menſium ſpatium reuerſus non fuerit, vel etiam non dimiſſo habitu vltra duos menſes, in apoſtaſia perſeuerauerit, grauiſſimæ apoſtaſiæ reum iudicamus.* Vbi ly *vltra hæc* importat ſuperiora ſtatuta, nimirum *numeri decimi*, vbi habetur. *Qui quartò ſine licentia egreſſus extra Conuentum. moram triduo traxerit, grauiſſimæ apoſtaſię pœnam luat, & num. 11. Si extra Conuentum per octo dies moram traxerit, grauioris apoſtaſiæ reus iudicatur; quarta autem vice apoſtaſiam hanc iterans, ad triremes arbitrio Superioris condemnetur.* Declarari igitur debet *ly vltra*, quod ſupponat apoſtaſiarum genera grauia, & grauiora, quibus iure ſuccedit grauiſſima; non quod in hoc recapitulentur pœnæ, ſed gradus illarum, aliàs confuſio eſſet, & inutilis repetitio; eo vel maximè, cum pœnæ apoſtaſiæ grauiſſimæ, & eius multiplicationes, omnes aliarum pœnas excedant, *ibid. quæſt. 4.*

22 Particula *intra duorum menſium ſpatiũ* includit integros duos menſes, etiam diem termini, & *ly vltra duos menſes* modicum tempus importat, quod remittitur arbitrio Iudicis, tamen etiamſi vnus dies tranſiſſet, eſſemus in rigore ſtatuti, *ibid.*

Apo-

23 Apoſtaſia hæc grauiſſima non poteſt iudicari, niſi ſimul concurrant gradus apoſtaſiæ grauis, & grauioris, ſcilicet quod habitum dimittat,& non reuertatur niſi intra duos menſes; itaque vno ex his deficiente, nimirum ſi egreſsus ſit ſine licentia, ſed cum habitu. Secundò ſi dimiſerit habitum, non tamen duos menſes vagatus fuerit, reus grauiſſimæ apoſtaſiæ non erit. *Ibid.quæſt.*4.

24 Cum decernat ſtatutum de Apoſtatis num. 15. *Tertiò in hanc apoſtaſiam incidens (ſcilicet grauiſſimam) vel extra Ordinem, vt incorrigibilis expellatur, vel ad triremes per decennium condemnetur, quæ (ſi ſuperuixerit, & in ſacris fuerit) ſuſpenſum perpetuò declaramus*. Non intendit ſtatutum talem Apoſtatam expellendum eſſe ſine alia animaduerſione ſed obſeruando quæ per Decretum de eiectis, & apoſt. ordinata ſunt. *Ibid. quæſt.*5. & fuſiùs *verb.Incorrigibilis.*

25 Qui quarto grauem apoſtaſiam commiſerit, puniri debet pœnis grauiſſimæ, ſcilicet qua punitur grauiſſimam apoſtaſiam committens, & alijs, prout in ſtatutis. *Ibid.*

26 Licet pœna triremium imponatur ijs, qui in ſæculo delinquentes merentur mortem, poteſt tamen imponi apoſtaſis, in caſibus expreſſis per noſtras Conſtitutiones, ſicuti etiam & in multis alijs delictis; quæ in ſæculo pœ-

nam

Digitized by Google

nam mortis ſecum non ferunt. *Ibidem reſp.* 3. Vide *Triremes num.*2.

27 Habens facultatem diſcedendi è Conuentu, vel Prouincia, tenetur oſtendere illam Prouinciali, ſi facultas eſt à Generali obtenta, ſi verò à Prouinciali, Guardiano, aliàs poſſet ab immediato Prælato declarari Apoſtata, nec illi credendum eſſet, dicenti ſe facultatem habere, niſi ipſam oſtendat. *Ibidem cap. 9. q. 6. reſp.*1.

28 Generalis poteſt abſoluere ſubditum à tali oſtenſione, dum ſi nollet vt negocium aliquod, ad quod tractandum ſubditus mittitur, ſciatur; attamen (ſi datam facultatem non publicat) non poteſt impedire, quin diſcedens denuncietur Apoſtata, ob leges generales Ordinis. *Ibid.q.6.reſp.*2.

29 Quod ſi Prouincialis in remotis agere contingat, ita vt eius præſentia facilè haberi non poſſit, & negocium vrgeat, ac Superioris localis iudicio dilationem non patiatur, tunc Superiori locali obedientia, vel facultas diſcedendi, habita à Generali, oſtendi debet coram Teſtibus, & Prouincialem de diſceſſu moneri. Quæ quidem abſentia Prouincialis metienda eſt moraliter ex diſtantia, ex tempore, ex regionis conſtitutione, ex qualitate diſcedentis, ſi ſenex, ſi debilis &c. Quod totum hoc remittitur iudicio Prouincialis, non Superioris localis:

Digitized by Google

calis; cui Superiori locali remittitur tantum, videre, an negocium non patiatur dilationem, neque ipſa vrgentia negocij ei remittitur, vt patet in Textu. Quæ vrgentia conijcienda eſt ex natura negocij, putà ſi deſtinetur ad inuiſendos parentes in infirmitate, aut graui neceſſitate conſtitutos, ad conçiliandam inimicitiam, ad inueniendum Principem, vel aliam perſonam, quæ dubitatur an ſit diſceſſura. *Ibid.reſp.3.*

30 Nolente Superiore locali iudicare neceſſitatem pro vt diſponitur in ſtatuto, vel quia ignorat, vel, quia eſt malitioſus, poteſt ille, qui obedientiales litteras obtinuit proteſtari coram Fratribus, & diſcedere, quia dolus, & fraus non debent patrocinari, & offendere Ius tertij. *Ibid.reſp.4.* & ſufficit oſtendere facultatem Guardiano ſine Teſtibus. *Ibid. reſp.5.* Nec eſt neceſsè, vt litteræ monentes Prouincialem de diſceſſu, perueniant ad ipſum; ſed ſufficit, vt ſubditus faciat efficaciter & prudenter, quantum eſt in ſe; vt litteræ mittantur, ſicuti ſolent aliæ mitti, conſignando illas Guardiano, vel tradendo publicis Tabellionibus coram aliquibus, qui diligentiam teſtentur, ſi opus fuerit. *Ibid.q.6.reſp.6.*

31 Quamuis in ſtatuto *de Apoſt. num.* 18. non explicatur, quod facultas diſcedendi Generali obtenta, oſtendeuda eſt ſuperiori locali,

ta-

tamen implicitè continetur; aliàs Guardianus poterit diſcedentem declarare Apoſtatam, niſi ibi adeſſet etiam Prouincialis, quo caſu non tenetur diſcedens oſtendere talem facultatem ſuperiori locali, ſicuti teneretur, ſi facultas eſſet à Prouinciali, tanto magis, quod in prædicto ſtatuto ſubiungitur, vt literæ obedientiales ſignentur à Guardiano cum annotatione diei, qua diſceſſerit, ſi enim ipſi non oſtendantur, certum eſt, quod ſignari non poſſunt. *Ibid.reſp.7.q.17.*

32 Peccat mortaliter tàm Guardianus, quàm ſubditus diſcedens, niſi literæ obedientiales ſignentur à Guardiano, cum adnotatione diei, qua diſceſſerit, & pœnis ſtatutarijs plectendi ſunt, niſi excuſarentur ex inaduertentia, vel ex non vſu. *Ibid.cap.9.q.7.*

33 Eſto quod Superiori locali ſuos ſubditos, etiam extra Conuentus limites mittere non liceat, niſi ſpecialiter illi indultum ſit, ſub pœna mittenti priuationis officij, & leuis apoſtaſiæ miſſo; Et nullus Prouincialis niſi ad viciniorem Prouinciam, & ad triginta milliariorum Italicorum diſtantiâ ſuos fratres mittere poſſit, idque publicè, & grauis neceſſitatis intuitu. Contraueniens Prouincialis, ſuſpendi debet officio, Generalis arbitro, & miſſus, tamquam grauis apoſtata plecti; Tamen vrgente neceſſitate poteſt Guardianus, & Prouin-
cialis

Digitized by Google

cialis, extra limites Conuentus, & vltra triginta milliaria deſtinare fratres abſque alia Superiorum facultate; quod vt conſultius agatur, poſſet peti conſilium Diſcretorum, quoad neceſſitatem; licet hoc non ſit à lege requiſitum. *ibid. q.* 8. *reſp.* 1.

34 Illa autem dicitur cauſa publica,& grauis, quæ concernit Prouinciam, vel Conuentum, vel aliquem fratrem particularem, cuius bonum, ac malum, honor, ac dedecus mediatè in Religionem redundat. In materia iurium, priuilegiorum, bonorum, famæ, infamiæ, perſecutionum. In materia item charitatis vrgentiſſimæ proximi, benefactorum inſignium, Principum, vitæ, & necis, &c. Quod totum remittitur iudicio prudentis Prælati. *ibid. reſp.* 3.

35 In ſtatutis autem Reformatorum non adeſt reſtrictio triginta milliariorum, vnde Reformati non tenentur ad illius obſeruantiam. Nec Reformati arctantur ex neceſſitate graui, & publica, ſed ſufficit, quod adſint aliqua negotia, vt obedientiales litteras concedant, niſi in caſu mittendi ad Vrbem, quia tunc requiritur, vt adſint cauſæ publicæ, & ſpectantes ad Prouinciam. *ibid.q.8. reſp.* 4.

36 Prouincialis negligens monere Generalem, & officiales Curiæ de Apoſtatis, eorumque qualitatibus, priuatur officio, non ſufficit

tamen qualiſcumque negligentia, ſed illa, quæ æquiparatur dolo; quod iuxta conſuetudinem eſt practicandum. *ibid. q.* 10. *reſp.* 1.

37 Qua pœna etiam punitur tam Prouincialis, quam Guardianus ſi Apoſtatas in ſuis Prouincijs, & Conuentibus retinuerint, & ſecundum ſtatuta noſtri Ordinis punitos ſtatim ad proprias Prouincias non dimiſerint, teſtimonialibus literis communitos. Particula verò *ſtatim* non debet accipi *pro nulla dilatione*: poſſent namque Apoſtatæ abſolui per aliquot dies iuxtà neceſſitates, & contingentiam laſſitudinis, infirmitatis, &c. retineri, illo ſemper ſaluo; vt non retineantur ad ſeruitium Conuentus, vel ipſius Apoſtatæ, præciſa obligatione charitatis, hoſpitalitatis, & neceſſitatis. *ibid. reſp.* 2.

38 Poſtquam aduenerit Apoſtata conijci debet in carcerem, ibique per tres dies deſtinari, poſtea eductus in Communitate fratrem genuflexus ſolemniter abſolui, iuxta formam ſtatutorum, reliquas pœnas luere debet in propria Prouincia, vel apud Officiales Curiæ Romanæ, & hæc eſt praxis Ordinis. *ibid. reſp.* 3.

39 Apoſtatæ omnes, poſtquam redierint ad nullum officium, niſi poſt decennium ab apoſtaſia, & vitam laudabiliter duxerit, promoueri poſſunt. *Conſt. c.* 2. *ſtat.* 67. quæ pœna non infligitur pro quacumque apoſtaſia, ſed

tan-

Digitized by

tantum pro grauiori, & grauiſſima. *ibid.dub*:1.

40 Decennium tamen hoc non incipit poſt completam pœnitentiam, ſed à die regreſſus ad Religionem. *ibid. dub.* 2. *laudabiliter, & religiosè viuere*: nihil aliud importat, quam ſeruare regulam, & ſui Ordinis inſtituta. *ibid. dub.* 3.

41 Vbi perſonæ qualitas, & emendationis ſigna ſuadeant, poteſt Capitulum Prouinciale per maiorem partem ſecretorum ſuffragiorum diſpenſare, in generibus pœnarum apoſtaſiæ medietate pœnitentiæ iam peracta. Qualitas autem hæc perſonæ, eſt ſtatus, & conditio illius, vt ſi Pater graduatus, ſi Concionator, aut Lector, ſi nobilis, ſi debilis, ſi notus, & alius conſpicuus apud deuotos, vel Principes. Emendationis verò ſigna erunt; ſi ſpontè, & ex animo facit pœnales actus impoſitos, ſi non murmurat, non oſtendit impatientiæ ſigna, ſi non petit, aut inſtat liberari, ſi peccaſſe eum pœniteat. Notandum etiam eſt hic, quod iunctim adeſſe debent qualitates perſonæ, & emendationis ſigna; quorum alterum ſi deficit, non poterit liberationis indulgentiam obtinere. *Pœn. c. 9. q. 13. reſp.* 1.

42 Capitulum Prouinciale hoc loco ſumitur pro collectione Guardianorum, & aliorum Vocalium; & vota ſecreta eſſe poſſunt per ballotationes, imò etiam ſi non fiat per vota ſe-

creta, non per hoc eſſet nulla diſpenſatio, cum non adſit clauſula irritans, licet deberet puniri Præſidens permittens. *ibid. in fin.*

Appoſtatarum Abſolutio.

APPELLATIO.

1 Appellatio eſt à minori ad maiorem prouocatio; Et omnis modus, per quem ad Iudicis auxilium prouocatur; dicitur appellatio; defenſio, & præſidium innocentiæ, vt releuet à grauamine, non vt defendat à malitia; nec debet eſſe præſidium iniquitatis. Duplex eſt Iudicialis, quæ à lata ſententia, & hæc eſt propria appellatio. Alia eſt extraiudicialis, & dicitur propriè prouocatio, quæ à futuro, vel etiam à præſenti grauamine. Eſt inducta à iure naturæ, diuino, poſitiuo, canonico, & ciuili *Pœn. c. 26.*

2 Regulares appellare poſſunt non quidem à regulari diſciplina, & præceptis Superiorum, vel à pœna legis. *ibidem, & Conſt. c. 8. ſtat. 27. verſ. ad Generalem.* Nec in cauſis viſitationis, & correctionis, ſeu habilitatis, aut inhabilitatis, ſed à ſententijs, & declarationibus ſtatutorum, & etiam in cauſa viſitationis, ſi fieret ordine iudiciario, & formato proceſſu; ſicut etiam in correctionibus, vbi modus notabiliter excederetur, & vniuerſaliter appellari poſſunt in criminalibus à ſententia diffinitiua, vel ab inter-

interlocutoria, quæ per diffinitiuam reparari non poſſet, ſcilicet ab indebita carceratione, à decreto torturæ, excommunicatione etiam comminata, ſuſpenſione, interdicto, à ſententia ſuper minori ætate, ab admiſſione, & negatione articulorum; Quando Iudex ſe competentem, vel incompetentem pronunciat. Ab admiſſione, vel reiectione teſtium, aut probationum: Ab abſolutione inſtantiæ; A delatione iuramenti facta parti per Iudicem: A breuitate temporis indulti, ad probandum, vel defendendum: Ab excluſione ab aliquo officio: A legitimatione perſonarum, putà Procuratoris, filij, &c. A negatione copiæ actorum, vel inſtrumentorum communium. *Pæn. vbi ſup. cap. 26. q. 1. reſp. 4.*

3 Cenſetur quis appellare, etiam ſi verbis conceptis id non faciat, ſed per actus tacitè appellationem declarantes, vt eſſet inter ad ſuperiorem arripere, vel Nuncium ad Superiorem mittere. *ibid. verſ. conſtat igitur*. Et appellatio à diffinitiua ſine ſcripto fieri poteſt, cum incontinenti fit, ab interlocutoria voce etiam admittitur. Dicitur autem incontinenti fieri, ſi Iudex pro Tribunali ſedens, nondum ſe ad actus extraneos diuertit, etiam ſi totum diem in foro pro Tribunali ſederit. Et quando præſentia Iudicis timeatur poteſt etiam interponi appellatio coram teſtibus, vel Nota-

rio, &c. Et in Ordine noſtro poſſet etiam fieri coram noſtris laicis. *Pœn. c. 26. q. 5. verſ. ſi incidenter quæras.*

4 Duplex eſt appellationis legitimæ effectus. Suſpenſiuus alter, alter deuolutiuus, ita, vt ſuſpendat pronunciatum, vt nullum effectum pariat, & deuoluit cauſæ cognitionem, ad Iudicem, ad quem; non tamen in quocumque caſu. Item duplex generatur effectus, quia aliquando ſolum deuoluit cauſam, ſed non, ſuſpendit effectum, prout eſt in excommunicatione iam lata, niſi ſententia eſſet comminatoria, vel ad tempus determinatum prolata, vt ſi intra menſem non ſolueris, excommunico te: quod currit, quod Iudici, à quo facta, fuerit inhibitio per Iudicem ad quem, ſecus non tenetur de iure deſiſtere à proſecutione, ſententiæ interlocutoriæ, & ſic declarandum, eſt axioma illud, *Appellatione pendente, nihil eſt innouandum.* Sic etiam à mandato de reſidendo in viſitatione edito, non datur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum, licet detur quoad effectum deuolutiuum, & in multis alijs caſibus adductis. *ibid. q.* 2. vbi etiam habetur, quod cum dicitur: in cauſis viſitationis, correctionis, habilitatis, & inhabilitatis non detur appellatio; intelligitur de ſuſpenſiua, non de deuolutiua, niſi tamen procedatur (vt diximus ſupra) iudicialiter, & formato proceſſu,

quia

quia tunc daretur etiam appellatio ſuſpenſiua. Item appellari non poteſt ab examinè, ſeu relatione examinatorum quoad Eccleſias prouidendas. Quæ doctrina extendi poſſet ad nos, vbi de iubilatione, vel approbatione Lectorum, & Concionatorum ageretur, quo caſu daretur appellatio quoad effectum deuolutiuum.

5 Quoad ſenſum autem, & ſtilum noſtræ Religionis, interpoſita appellatione, & adhuc lite pendente, Iudex ſub pœna nullitatis actuum, & priuationis officij non debet procedere in cauſa, & ſic omnis appellatio, dummodo friuola non ſit, producit effectum ſuſpenſiuum, & ſi ſemel fuerit admiſſa, etiam deuoluti, etiam ſi illam admiſerit cum clauſula, *Si & in quantum*, quamuis cauſa appellationis ſit dubia. *ibid. verſ. Caterum*: quia quamuis talis cauſa dubia debeat examinari per duos arbitros electos de communi conſenſu Iudicis, & appellantis (quibus non concordantibus, addendus eſt tertius; pariter de communi conſenſu) quæ omnia ſeruari debent in recuſatione Iudicis delegati (*ibid. q. 5. verſ. Si dubia.*) tamen ſemper in tali dubio Iudex rei fauorem inclinare debet, tantò magis, quod cognitio appellationis admittendæ ſpectat ad Iudicem ad quem, non à quo. *ibid. q. 2. verſ. Caterum*. Et licet ordinariè Iudex à quo poſſit procedere etiam interpoſita appellatione ab interlocu-

Digitized by Google

toria, niſi fuerit ſibi inhibitum; hoc tamen non habet locum in interlocutorijs, quæ per diffinitiuam reparari non poſſunt, vt torturæ, carcerationis, & excommunicationis. *ibid. verſ. Cæterum quoad ſenſum*.

6 Hinc eſt, quod ſi Iudex à quo appellationi legitimæ interpoſitæ non deferat, ſed ea ſpreta ad vlteriora procedat, dicitur attentare, & ante omnia reuocanda ſunt, quæ poſt appellationem fecit, & declarari nulla per Iudicem ad quem. Quod ampliatur ad innouata poſt ſententiam, & ante appellationem intra tempus conceſſam ad appellandum. *ibid. quæſt. 2. verſ. Ideo ſtante*.

7 Praxis igitur in noſtra Religione ſeruanda quoad appellationem (quæ interponi debet intra decem dies à latæ ſententiæ cognitione habita, quod ſi intra hoc tempus non appellat, amplius appellare non poteſt) eſt, Iudex à quo ab vlteriori proceſſu deſiſtat, actorum primæ inſtantiæ coram ipſo factorum copiam ad Iudicem ad quem, ſigillo munitam per appellantem ipſum intra ſpatium triginta dierum, conceſſis Apoſtolis, mittat, & mandata ipſius expectet, *vt in praxi criminali noſtræ Religionis*, §. 6. decernitur. Quod ſpatium triginta dierum currit non à die latæ ſententiæ, ſed à die appellationis interpoſitæ, niſi reus notitiam habuerit latæ ſententiæ, & non

appel-

appellauerit, quia tunc à ſententia, & non ab appellatione numerandum eſt. Ignorantia autem præſumitur, quando ad ſententiam citatus non fuerit, & tandem habet ſex menſes, quibus appellans ſua iuris deducere poteſt ijs autem expletis cenſetur appellationis iuri ceſſiſſe, niſi infirmitate, vel aliquo alio impedimento, ſe detentum fuiſſe demonſtret, quominus appellationem proſequi valuerit, quicquid ſit de Iure communi, per quod conceditur biennium ad proſequendam appellationem. *ibid. verſ. eſt igitur.*

8 Non tenetur Iudex vltra dare, ſeu offerre copiam actorum, & Apoſtolos, (ſcilicet obedientiales literas teſtificantes appellationem iam factam) appellanti, ſed expectare debet petitionem appellantis; imò ſi intra triginta dies Apoſtolos non petit, nec copiam actorum, cenſetur renunciaſſe appellationi, & ſuo iuri ceſſiſſe: quod etiam præſumitur, cum aliquid admittit, vt in recuſatum Iudicem conſentiat, cum de appellationis proſecutione non curet, &c. *ibid. verſ. An autem Iudex.*

9 Ordo appellationis eſt apud nos; vt fiat à Superiori locali ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, ad Sacram Congregationem, ad Sedem Apoſtolicam. *Conſt. cap. 3. ſtat. 22. Pœn. cap. 18. quæſt. 4. verſ. Sed ſi à Prælatis.* Qui quidem

ordo

Digitized by Google

ordo peruerti non debet ſub pœna priuationis ſuffragiorum per triennium,& bimeſtris carceris; quod ſi malè, ideſt friuolè, & ſine cauſa legitima appellatio fuerit interpoſita, vltra pœnas priuationis, & carceris, alias pœnas in malè appellantes latas incurrit, de quibus paulò infra. *Pœn. cap. 26. quæſt. 5. in fine.*

10 Et licet de iure ex communi ſententia ad Summum Pontificem recurri poſſit, omiſſo medio, regulariter tamen talis appellatiò permiſſa non eſt, quinimò nobis ab ipſa Sancta Sede inhibita. *Pœn. c. 26. q. 3.*

11 Sed quicquid ſit de hoc, eo ipſo quod quis ad talem vocem prorumperet, *Appello ad Sedem Apoſtolicam*, concedendi eſſent Apoſtoli reuerentiales, *eadem quæſt. 3. & cap. 18. q. 4. verſ. Sed ſi Prælatis*; vbi determinatur, poſſe ad eam recurri immediatè; quod non ita facilè conceditur appellanti ad Sacram Congregationem, ſicuti nec ad Generalem, omiſſo Prouinciali, in caſu, quo grauatus à Guardiano immediatè appellaret; eſſet enim reijcienda talis appellatio,quia eſt contra Apoſtolicas, & Seraphicas Conſtitutiones, quibus ipſemet Generalis ſubeſt. *ead. quæſt.* 3. Quoad Protectorem eſt dubium in iure, & in facto, quia non eſt Superior in Religione, ſed habet limitatam auctoritatem, in quantum ſcilicet totus Ordo peccaret, & ideò (niſi ſpecialem auctoritatem

habeat

Digitized by Google

habeat à Papa)cum non ſit Iudex,non poteſt ad ipſum appellatio interponi: Itaque non videtur relinquendus Iudex ordinarius appellationis, qui eſt Miniſter Generalis, & recurrendum ad eum, de cuius iuriſdictione non conſtat, vel controuertitur. Illud tamen pro firmo tenendum eſt; conſtante in facto,quod Protector recipiat recurſus, & cauſas cognoſcat, tutò poſſunt Religioſi ad ipſum recurrere, non tamen ſine medio,ſed gradatim. *ibid.Pan.c.*18. *quæſt.*4.*verſ. Quæritur an recurſus*.

12 Si autem à Delegato appelletur ad Delegantem interponi debet, ſi à Subdelegato, diſtinguendum eſt. Vel eſt Subdelegatus ad totam cauſam, & tunc de iure Canonico, & Ciuili appellatur ad primum delegantem. Vel eſt ſubdelegatus ad partem cauſæ, & tunc appellatur ad ſubdelegantem proximum - Et ſic ſi Commiſſarius deſtinatus ad vniuerſitatem cauſarum, legat omnes cauſas (vt facere poteſt ſi ſit delegatus à Generali) tunc ad Generalem deferri debet appellatio, ſi ſubdelegat vnam cauſam, tunc appellatio fieri debet ad ipſum Commiſſarium. *ibid. c.* 26. *in fin.*

13 Appellationes autem friuolæ ſunt prima à delicto notorio, & pro tali declarato, niſi appelletur à declaratione. Secunda à propria confeſſione, niſi allegat iuſtam cauſam, putà, quia ex errore, vel tormentis confeſſus

eſt,

eſt, vel quia ſuam confeſſionem declarare intendit, vel aliquid aliud rationabile. Sine autem expreſſione cauſæ, non eſt audiendus. Tertia à contumacia, vel in non reſpondendo Iudici, vel non comparendo, cum fuerit citatus; tunc enim condemnatur, vt contumax, & audiri non debet, niſi prius purgauerit contumaciam, quod procedit, ſiue fuerit contumax ad comparendum, & agitandum proceſſum, ſiue ad ſententiam audiendam. Quarta à ſententia iam acceptata, & ab eo ſubſcripta, vel à Procuratore eius nomine. Quinta ab eadem ſententia, ſi ter prius appellauerat, quia conceſſum eſt ter appellare, non vltra, quod intelligitur ab vno eodemque Iudice; nam ſi plures eſſent ſubordinati Iudices, poſſet ad ſingulos prouocare. Sexta, ſi nulla cauſa appellationis adducatur, quod intelligitur ab interlocutoria, non à diffinitiua; in hac enim non requiritur cauſæ expreſſio. Septima à ſententia Arbitri, licet aliqui Doctores dicant, id intelligi de arbitris liberè, & non ex neceſſitate electis, imò iure Canonico à quibuſcumque arbitris datur appellatio, dum ingens læſio appareat. De his igitur appellationibus non eſt curandum, ſed illis reiectis, debet Iudex ad vlteriora procedere, appoſito Decreto, quod appellationi non defertur tamquam friuolæ; quinimò debet eſſe coactus appellans, vt à tali reie-

ctione

Digitized by Google

ctione appellet, alioquin reiectio, & ſententia tranſirent in rem iudicatam, quia in Iudicem conſenſiſſe videretur. *Pœn.c.26.q.4.*

14 Si Iudex admitteret appellationem, cum clauſula, *Si & in quantum*, prout paſſim fit, non cenſetur eam admittere, niſi in caſu, quo admitti debeat, & non aliter. Verum tamen eſt, quod Iudex appellationem admittens cum hac clauſula, vlterius procedere non poteſt, quia iuriſdictionem à ſe abdicare cenſetur, adeò, vt proceſſus coram ipſo factus, ſit nullus. *ibid.q.4. in fine*.

15 In Ordine noſtro Iudex non admittens legitimam appellationem, priuatur officio, & acta ſunt nulla. De iure canonico, ſi cauſa eſt criminalis, Iudex deponitur; ſi ciuilis, arbitrariè punitur. Iure autem Cæſareo, ſi ciuilis in triginta libris auri; ſi criminalis, arbitrariè. *ibid. c.26. q.5.* Super reuocatione autem ſuæ ſententiæ poteſt procedi eo inaudito, ſecùs ſi agatur ad imponendam pœnam,quia tunc citari debet, & audiri, quinimmo ad tuendum ſuum honorem, & oſtendendum, ſe benè proceſſiſſe, citandus eſſet à Iudice ad quem, qui quando appellatum eſt ab interlocutoria, poteſt ante diffinitiuam pronunciare: Malè interlocutum, & benè appellatum, & de cauſa principali cognoſcere, ſicut poteſt ipſe Ordinarius etiam ſi Iudex ſit delegatus ad cauſam

ap-

Digitized by Google

appellationis: & non ſolum iudicandum eſt de articulo appellationis, & cauſa principali, ſed attentata ſunt reuocanda per Iudicem ad quem, idque poteſt facere Iudex ex officio ſuo ſiuè petitione partis. Itaque ſi actor appellet à ſententia abſolutoria, Iudex appellationis non ſolum poteſt pronunciare malè iudicatum, & benè appellatum, ſi ita de iure ſibi videbitur; ſed etiam condemnabit actorem, ſi de iure veniat condemnandus, & condemnari in expenſis factis poſt, & ante ſententiam, ac appellationem in cauſa principali. Et licet appellationis Iudex ſiue infirmet, ſiue confirmet, vti non debeat verbo abſoluendi, vel condemnandi, tamen vti debet verbis æquiualentibus, declarando ſententiam nullam, & reum benè, vel malè appellaſſe; ex quo liquidò infertur, Iudicem, vel reum deliquiſſe, quod etiam declarare poterit, expreſsè adnotando, incidiſſe in pœnas ſtatutarias in ordine noſtro. *ibid. c. 26. q. 5. diff. 1. & 2.*

16 Malè appellans ab interlocutoria, ſubeſt iudicio primi Iudicis, & in Ordine noſtro, ipſi pœna, quæ in diffinitiua inflicta fuerat duplicatur, & licet in iure canonico temerè appellans non puniatur, de iure tamen ciuili punitur, quia oſtendit Iudicem, & eſt in lata culpa; & niſi doceat de motiuo probabili ad appellandum; tunc enim à duplicatione pœnæ

ap-

appellantem eximere, & ſi non in toto, ſaltem in parte excuſandus eſſet, maximè ſi Iudex à quo inter opiniones probabiles eam eliget, quæ magis reum offenderet, cum dubia ſint in meliorem partem interpretanda, & reo potius quam actori fauendum. Dixi ab interlocutoria, quia à diffinitiua non eſt cur ad primum Iudicem cauſa reuertatur, niſi ad executionem ſententiæ, quam ſi appellationis Iudex non confirmat, certum eſt illius exequutionem ad ordinarium Iudicem pertinere. *Pæn. c. 26. q. 5. diff. 2. reſp. 2. verſ. Dixi ab interlocutoria.*

Appellationis formulæ ſunt, *Appello*, vel, *Appello à ſententia*, vel *Appello ad Iudicem competentem*, qui intelligitur eſſe immediatior, vel *Appello ad quemlibet Iudicem*, vel *Submitto me protectioni talis Iudicis*, vel *Peto reuocari grauamen; aliàs appello*, vel *Reclamo*, aut *Proclamo*. vel *Appello, quia me grauaſti*; etiam ſi non dicat *in quo*. In appellatione à diffinitiua, in qua non eſt opus aſſignare cauſas, vel *Dico ſententiam nullam, & ſi quæ eſt appello*. Poteſt enim appellatio interponi per quæcumque verba, dummodo apta ſint, & non ſolum appellatur ob illud grauamen, ſed etiam vt non probatum probetur, etiamſi attentis actitatis ſententia non ſit iniuſta. *Pænal. cap. 26. quæſt. 6.*

Digitized by Google

ARBITRIVM, ARBITRARIVS.

1 Arbitrarius dicitur, quod alicuius arbitrio relictum eſt; cuius duo ſunt genera. Vnum, vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum parere debemus, includitque liberam, plenam, & abſolutam poteſtatem, & voluntatem, quæ tamen licet liberæ ſint à ſtricti Iuris Ciuilis, vel etiam Canonici, & ſtatutorum obligatione, non tamen à Iuris Gentium regulis, & naturalis æquitatis. Alterum cum remittitur arbitrio Iudicis, & tunc neque à legibus liberum eſt, ſed idem eſt, ac arbitrio boni viri, vt nimirum faciat ſicuti vellet de iure fieri de rebus ſuis. Vnde hoc arbitrium ſaltem in re pœnali regulatur à iure, vt ſcilicet non puniat Prælatus quoquo modo voluerit ad libitum, ſed ex iure, ex cuius regulis plus minuiſſe elicere debet modum puniendi, non quod caſus debeat eſſe expreſſus in iure, ſed quod procedere debet à ſimilibus ad ſimilia, interpretando, & ſupplendo per iuriſdictionem, quæ deſiderantur. *Pœn.c.2.q.5.reſp.6.Conſtit.c.1.ſtat.6.verſ.4. Superiorum arbitrio.*

2 Arbitrium Iudicis in maleficij debet reduci, & reſtringi ad ius commune, niſi quoad modum procedendi, & aliqua leuia. *Conſt. & Pœn. ibid.* Vnum tamen eſt notandum circa arbitrium Iudicis Regularis noſtri, ſcilicet,

non

Digitized by Google

non eſſe liberum illi mutare ordinem iuris, & modum procedendi, cuiuſmodi Iudici arbitrario conceditur; ſed tantum in infligenda poena maiori, vel minori, nam circa modum procedendi ſeruare debet praxim criminalem, ſententiam autem mitigare, & augere debet pro qualitate delicti. Ordinariè enim mitiorem pœnam debet imponere, niſi qualitas delicti, & circumſtantiarum ſit talis, quod de iure, & conſuetudine ſit ordinaria pœna imponenda. Regulariter autem prohibetur noſtris Iudicibus arbitrari in pœnis ſtatutarijs, ſed conceditur mutatis circumſtantijs. *Pœn. ibid. verſ. Vnum adnotauerim*:

3 Quod ſi lex, ſeu ſtatutum alternatiuè loquetur, ſcilicet imponetur talis, vel talis pœna, arbitrio Iudicis, & non rei eligenda eſt, niſi verba dirigantur ad reum; Iudex enim debet conſiderare circumſtantias loci, temporis, perſonæ &c. tantò magis in Regularibus, in quibus rei ſe habent merè paſſiuè, & totum negotium punitionis Iudici reſeruatur, qui licet in mitiorem partem inclinare teneatur, tamen ad ipſum ſpectat conſiderare circumſtantiam criminis. *Pœn. ibid.*

4 Ex quibus omnibus concluditur, quod quando in ſtatutis dicitur: *Qui fregerit ieiunium ſuffragiorum iure priuandus eſt, Prouincialis arbitratu*, non poteſt Prouincialis reum

non priuare, quia ipſi non committitur libera diſpoſitio priuandi, vel non priuandi, ſed tempus, quo talis priuatio durare debet, vt nimirum, ſi grauiter frequenter, ſcandalosè fregerit ieiunium longiori priuatione præmatur. *Quem ſenſum habet: Qui Miſſam notabiliter celebrare deſtiterit, in pane, & aqua ieiunare debet, Prouincialis arbitrio*; ſic etiam de vulnerante Superiorem localem, qui ad Triremes mitti debet Superiorum arbitrio, & vniuerſaliter vbi ſtatutum determinat pœnam, eamque Prælati arbitrio remittit, declarandum eſt de ſola duratione pœnę, non de ipſa pœna. Dum autem ſancitur in obſcenè loquentes puniendos eſſe *etiam cum pœna carceris, & grauiori, Superiorum arbitrio*: arbitrium ſolum eſt circa grauiorem pœnam non autem circa carcerem. *Pœn. ibid. verſ.* Ex *quibus omnibus*, vbi multa adducuntur exempla ſcitu digna.

5 Arbitrium autem Superioris circa durationem pœnæ regulariter non debet extendi in perpetuum, niſi qualitas delicti, & circumſtantiarum ſit talis, quod de iure communi, & conſuetudine, perpetua pœna eſſet imponenda; & in hoc caſu eſſet conſulendus Pater Generalis, ſi commodè fieri poſſet, *Pœn. c. 14. q. 6. diſſ. 3. verſ. Quæres an arbitrium.*

6 Arbitrium Superioris non eſt illius tantum, ſed etiam totius Definitorij, *Pœn. c. 2. q. 5.*

Digitized by Google

in fin. & cap. 14. quaſt. 6. diff. 3. verſ. Quares ſecundo.

A ſententia arbitri an poſſit appellari, & quando. Vide *Appellatio num.* 13.

Et quando ſint eligendi arbitri in appellatione. Vide *Appellatio num.* 5.

ARCHIVIVM.

1 Archiuium eſt locus, in quo inſtrumenta publicè reponuntur, & geſtorum memoriæ. Et libris Prouinciæ in ipſo aſſeruatis credendũ eſt; ſi enim creditur libris Mercatorum, & aliorum Officialium, etiam in criminalibus, tam prò, quam contra, multò magis credendum eſt libris, qui in Archiuio Prouinciæ aſſeruantur, ex quibus eliciuntur euidentes probationes electionum, profeſſionum, fundationum, Conuentuum &c. *Pan. cap. 19. q. 4. diſſ. 4. verſ. Reſpondeo affirmatiuè.*

2 Prouincialis Regeſtum fieri curet, in quo omnia Prouinciæ decreta deſcribantur, & in Archiuio aſſeruentur; debent autem ſinguli Conuentus (vltrà Archiuium Prouinciæ) ſua habere Archiuia, quæ duabus clauibus obſerentur, quarum vnam Guardianus, alteram antiquior Conuentus diſcretus aſſeruet, & in ijs liber receptionum, & profeſſionum Nouitiorum, inuentaria librorum omnium ſui Conuentus, & ſcripturæ omnes, quæ ad talem

Conuentum pertinent. *Conſtit. cap.* 8. *ſtatut.* 53.

3 Archiuium Prouinciale duas etiam claues habere debet, quarum altera à Prouinciali, altera ab antiquiore Prouinciæ Patre aſſeruetur; in iſto quæcumque ad Prouinciam attinent, debent adnotari, & aſſeruari liber pro Nouitijs, literæ teſtimoniales de eorum qualitatibus ſerijs ad ordines promotorum, cum eorum examine, & approbatione, ad confeſſionem, & prædicationem admiſſiones Apoſtatarum notæ, & delinquentium crimina, cum definitiuis ſententijs contra eos datis per extenſum, Definitorum manu ſubſcriptis (proceſſus enim ſolum per ſex menſes ſeruari debeat, à definitione cauſæ, & inde comburi, nè in odiorum, & litium fomenta remaneant) & in libro ad hoc parato adnotatis, vt delinquentium memoria remaneat; in vnoquoque etiam Conuentu numerus Fratrum deſcriptus cenſeatur; inuentarium bonorum Monialium, ac ipſarum receptio, & profeſſio: denique ſcripturæ, & inſtrumenta ad Prouinciam, & Conuentus pertinentia, ſtatuta, & decreta Prouincialia, & generalia debent in Archiuio Prouinciali regiſtrari, & conſeruari. Quæ omnia ſub pœna ſuſpenſionis quoad Prouinciales, & priuationis quoad Guardianos præcipiuntur; vnde eos ſi delinquant in re tam graui, pec-

peccare mortaliter non eſt dubitandum, *ibidem*.

4 Regeſtum etiam generale debet habere vtraque Familia, Ciſmontana ſcilicet, & Vltramontana duplicatum, in quo omnes actus capitulares, decreta, bullæ, declarationes Sacrarum Congregationum, Deciſiones Rotæ latæ in cauſis quæcumque denique ad Religionem ſpectant, aſſeruentur, non ſolum ad futuram rei memoriam, ſed vt Religionis ſtatus per ea cognoſcatur, & ad regiminis directionē inſeruiant; & ſic quæ in Ciſmontana Familia ſunt, duplicari debeat, & ad Vltramontanam tranſmitti, & ſic debet Vltramontana correſpondere. *ibid.*

ARCHIEPISCOPVS.

Non debet ſe ingerere in prima inſtantia cauſarum, quæ agitantur coram Suffraganeo, cui inhibere non poteſt, nec Suffraganeum inhibitioni deferre ante ſententiam diffinitiuā, vel vim diffinitiuæ habentem, *Pœnal.c.29.q.3. verſ.Dico primo.*

ARCTATIO.

1 Eſt recluſio alicuius in carcere cum corda, & Caputio, quo tempore ter in hebdomada diſciplinetur, cum Pſalmo *Miſerere mei Deus* recitato, & in pane, & aqua tantummo-

do reficiatur. *Conſt.cap.11. ſtat.4. verſ.Vbi autem dicitur. Pœnal.cap.4. reſp.2. & cap. 5. q. 1. reſp.2.* Nullusque arctari poteſt, niſi ex cauſa legitima ſemiplenè probata. Poteſt tamen arctatio hæc ſecundum exceſſus delictorum augeri, vel multiplicando dies diſciplinæ,& ieiunij, vel extendendo tempus carcerationis: *Conſt.ibid.*

2 Differt in multis à carceratione: Eſt enim idem ac Domus Diſciplinæ, & ita qui non meretur arctari, neque poterit in Domo Diſciplinæ coerceri. Et ſolus Prouincialis ſine Diffinitorij conſenſu, nec arctari poteſt, nec in Domo Diſciplinæ coercere, licet pro quotidianis culpis pro coercenda vagatione alicuius per Conuentum pro compeſcenda garrulitate, contemptione, rixa &c. poſſit Guardianus præcipere ſubdito, vt ad ſuam cellam pergat, ex eaque non egrediatur ſe inconſulto. Hoc tamen non eſset manere in domo diſciplinæ &c. *Pœn.c.4. vbi ſupra &c.*

Arctare Electionem. Vide *Electio.*

ARMA:

1 Adeſt ſtatutum in noſtra Religione, vt qui arma offenſiua portauerit, vel in Cella, vel alibi tenuerit, ſemeſtri carceri mancipari debeat. *Pœn.c.14 q.4.*

2 Dicuntur ab arcendis hoſtibus, vel *ab armis*

armis, ſiue humeris. Sunt omnia tela, fuſtes, lapides, gladij, haſtæ, frameæ, rompheæ, ſcuta, galeę, pugiones, enſes, ſicæ, *ibid.*

3 Armorum genera duo, offenſiua, & defenſiua. Offenſiua ſunt quorum vſus eſt in offendendo, licet etiam ex accidenti defendant cuiuſmodi ſunt haſtæ, gladij, ſclopeti, bombardæ, baliſtæ, tela. Defenſiua autem, quorum principalis vſus eſt in defendendo, vt loricæ, galeæ, ſcuta &c. cultellus autem ad ſcindendum panem, & ad calamos aptandos, artiumque inſtrumenta nomine armorum non veniunt; etiam ſi cum aliquo ipſorum facillimè fieri poſſet, quod per arma offenſiua fieret. Excipe tamen, niſi gladius fuerit longior, nimirum ordinarijs, & licet inſtrumenta artium arma non ſint, id tamen intelligendum eſt apud eoſdem artifices remanentia, quia ſi reperirentur apud alium, eius artis inexpertem, putà ſecuris lignarij in cella Clerici, acus pręlonga acuminata, & manicata, ſartorum in cubiculo Sacerdotis. & alia huiuſmodi, nec docerent, ad quem vſum illas retinerent, eſſent ſuſpecti de retentione armorum in cella, quia quoad ipſorum delationem non dubito, quin pœnis plecti poſſint, cum non deferantur, niſi ad offendendum, etſi quis aliquod dictorum inſtrumentorum educeret, vt aſciam, dolabram, malleum &c. in rixa contra fratrem ſine

difficultate puniendus eſſet, cum ſint inſtrumenta apta ad nocendum, vulnerandum, & occidendum, *ibid. reſp. 1.*

4 Licet ſtatutum de offenſiuis armis loquatur, & in rigoroſa acceptione, in puncto iuris puniri non poſſit, qui cum defenſiuis armis reperiretur, vel in cella aſſeruaret, etiamſi non exprimeret ſtatutum de offenſiuis; Vnde qui arma ligata portaret non eſſet ſub pœna; tamen hoc non obſtante, puniendus eſſet Religioſus noſter, qui arma defenſiua portaret, aut retineret, ſaltem extraordinariè. *Pœnal. cap. 14. q. 4. reſp. 2.*

5 Arma in genere Clericis prohibentur, etiam ad Eccleſiæ, & Patriæ defenſionem, licet in minoribus tantum ordinibus conſtituti ſint. Et contra Monachos tenentes arma in Monaſterijs eſt excommunicatio latæ ſententiæ *in Clem. nec in agro, verſ. quia verò, de ſtatu Monachorum*. Quæ tamen non ligat alios regulares, ſed tantum Monachos, & ſecundum aliquos tantum nigros; communiter tamen debet ligare etiam albos, quæ cenſura non habet locum in caſu, quo Abbas perſequeretur Monachos odio capitali, vel cogeret ad peccandum, vel iniungeret intolerabilia, & licet ij caſus metaphyſici videantur, poſſibiles tamen ſunt, in quibus caſibus poſſet quilibet Religioſus tenere arma offenſiua. Et in Ducatu Mediolanenſi

Digitized by Google

nenſi vetitum eſt omnibus Regularibus ſub pœna excommunicationis, & priuationis, & inhabilitatis ipſo facto, ne in eorum Eccleſijs, & Monaſterijs retineant arma prohibita, ſed ligat tantum in illo ſtatu; neſcio tamen ſi nunc in viridi obſeruantia ſit. *Ibid.*

6 Paucitas materiæ in retentione armorũ excuſat, vt ſi per horas, & cum animo retinendi quis arma teneret, & Monachus, qui cum armis de foris veniret ad clauſtrum, non habens animum illa retinendi, non incurrit excommunicationem allatæ Clementinæ, ſicuti ſi aliquem ſequerentur Satellites, & ille arma daret Religioſo, vel Monacho, qui in Monaſterium cuſtodienda, & abſcondenda deferret; non eſt culpa; Si autem ad multum temporis conſeruarentur hæc arma in cella relicta ab amico, illa retinens eſſet ſub rigore ſtatuti, niſi adſit licentia Superioris, pro vt de Monachis in Clem. decernitur; hoc autem modicum tempus, non debet excedere horas. *Pæn.c.*14. *q.*4.*reſp.*4.

7 Arma ad vanitatem portans, niſi ioco faceret, vel in cella retineret, facit contra ſtatutum, & pœna extraordinaria puniendus. Veruntamen eſt, quod rei erit probare modicum tempus, ſolatium, vanitatem, amici mandatum, quia aliàs præſumptio erit contra eum, & puniri poterit pœna ordinaria, tamquam

quam ſtatuti tranſgreſſor. *Pœnal. cap.* 14. *q.* 4. *reſp.* 5.

8 Procedi poterit per accuſationem, ſiue per inquiſitionem contra noſtrum Religioſum, qui detulerit arma, & tenuerit in cella, etiamſi apud ipſum inuenta non fuerint, eò vel maximè, quia noſtrum ſtatutum non dicit, qui fuerit inuentus arma portare, vel cui arma in cella reperta fuerint, ſed abſolutè diſponit: *Qui portauerit, Qui tenuerit &c.* Imò etiam ſi diceret; *Qui fuerit repertus*, cum eadem ſit ratio reperti, & conuicti per teſtes. Secus autem eſſet, ſi ſtatutum vteretur verbo, *Deprehendere* quod eſt capere in facto. *Ibid.*

9 Si quis ex noſtris in domo ſæcularis, vel alibi arma, tamquam ſua repoſuerit, ne à Superiore inuenirentur, erit reus ſtatuti, & pœnarum in proprietarios ſancitarum. Dixi tamquam ſua, quia ſi ab amico accommodata fuiſſent, licet eſſet armorum detentor, non tamen proprietarius. Si autem ſupponamus, arma depoſita fuiſſe in domo amici cum intentione illis nunquam amplius vtendi, ſed debito modo, opportuno tempore diſtrahendi, vel diſtrahere faciendi, adhuc puniendus, vt proprietarius, quia de ſuo diſponit, & vt retinens arma, licet non intendat illis vti, cum hoc parum referat, *ibid. reſp.* 5.

10 Religioſus ex noſtris habens conſan-

gui-

guineum, vel amicum, qui ei offerat arma quoties ille voluerit, & deſignat illa, quibus vti velit, non tamen dono accipiat, vel ſaltem eorumdem vſum adſciſcat, ſed merè ciuiliter, vt dici ſolet: *hæc ſunt ad tuum ſeruitium*, non poteſt puniri ſecundum hoc ſtatutum, ſecus autem, ſi illa teneret, etiamſi ſua non fuerint. *ibid.reſp.7*.

ARTES DAMNATAE.

1 Artes, & doctrinas ſuſpectas, & ab Eccleſia damnatas exercentes, docentes, vel ad eas ſpectantes libros, ſcriptaque retinentes, ſunt excommunicati, & legitimè conuicti, voce actiua, & paſſiua perpetuò priuandi, carceribuſque mancipandi Prouincialis arbitrio, iuxta criminum qualitatem. *Conſt.c.5. ſtat.13*.

2 Nomine autem artium damnatarum ab Eccleſia non comprehenduntur hic illæ, quæ ad officium Sanctæ Inquiſitionis quomodolibet ſpectant, vt ſunt Incantationes, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Necromantiæ, Inuocationes Dœmonum ad amorem, theſauros, ſanationes &c. libri, vel ſcripta ad hæc pertinentia, quia illa immediatè inquiri, iudicari, definiri debent ab eodem Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officio. Nec poſſunt Regulares quicumque in his ſe immiſcere, ſub priuatione ſuorum officiorum, inhabi-

habilitate perpetua in poſterum, & excommunicatione latæ ſententiæ, Papæ reſeruata. *ibidem*.

An autem excuſet paruitas materiæ. Vide *Alchimia*.

ASSENSVS.

Differt à conſilio, quia conſilium ſi excitat ad deliberandum, non tamen cogit ad ſequendum. Secus in aſſenſu, qui quando requiritur à lege, ſequendus eſt, aliàs actus non eſſet validus. Vnde Guardianus in caſibus, quibus carcerare aliquem poteſt cum aſſenſu Diſcretorum ſine ipſorum maioris partis aſſenſu, carcerans reus erit indebitè carcerationis, & puniendus tamquam excommunicatus, niſi cognoſceret colluſionem Diſcretorum ob peruerſum affectum inclinare in defenſionem delinquentis. *Conſt.c.1.ſtat.6.§.17.*

ASSESSORES.

Licet à pluribus Capitulis Generalibus noſtræ Religionis informatione proceſſuum duos aſſeſſores adhibendos eſſe decretum ſit, tamen hoc intelligendum eſt in defectum Notarij. Vndè in Practica Criminali noſtræ Religionis (in qua de Notario fit expreſsa mentio) abijcitur hoc ligamen aſſumendi duos Aſseſsores tanquam nec Religioni honorificum, nec cau-

ſis

ſis, vt plurimum vtile. In caſibus autem grauibus Superioribus beneuiſis poſsunt hi duo Aſseſsores adhiberi. *Pęnal.cap.1.quæſt.2. verſ. Tandem circa hunc.*

AVCTORITAS.

Ordinaria limitari non poteſt ſine cauſa à Superioribus. *Conſt.c.8.ſtat.35.in fine.*

Auctoritas Generalis, Prouincialis, Guardiani, Protectoris, Conſeruatoris, Procuratoris &c. Vide *Generalis, Prouincialis, Guardianus, Protector, Conſeruator, Procurator &c.*

Audire reum. Vide *Reus.*

Audire Miſsam. Vide *Miſſa.*

BAPTIZARE.

1 Non eſt contra Regulam Fratrum Minorum; verba enim illa, *Non fiunt compatres virorum &c.* intelliguntur tantum de ſuſcipiente. *Conſt.ſtat.5.quæſt.1. Non inquam, vrget in fine.*

2 Baptiſmus, & Pœnitentia ſunt neceſsaria ad ſalutem neceſſitate medij, ita vt, niſi ſuſcipiantur, prima gratia acquiri, & peccata mortalia remitti non poſſint. *Pęnal.cap.4.q.9. verſ. Quare autem.*

BARBA.

Nec Sanctus Pater Franciſcus, nec eius primi

Digitized by Google

mi filij Barbam geſtarunt, vt probant Cronicha Marci Oliſipponenſis *quæſt. 1. lib. 4. cap. 4. Conſt. cap. 2. ſtat. 77. propè fin.* Vide *Vvadingum apud Hierarchiam Franciſcanam hic Romæ præſenti anno impreſſam à Patre Lequile tom. 1. fol. 160.*

BENEFICIVM, BENEFICIATVS.

1 Beneficium Eccleſiaſticum, eſt Ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis Eccleſiæ ratione ſpiritualis ſeruitij auctoritate Apoſtolica conſtitutum. Hinc eſt, quod Prelati Regularium, qui eliguntur ad tempus determinatum, putà ad annum; ad triennium, ad ſexennium, non ſunt beneficiati: Generales verò perpetui, vt ſunt in Ordine Prædicatorum, & Societatis Ieſu ſunt beneficiati, ſicut etiam Generalis Miniſter Fratrum Minorum, ſi eſset perpetuus, prout erat antea. *Conſt. c. 8. ſtatut. 1. verſ. Sed an iſta.*

2 Beneficiati tàm Regulares, quàm ſæculares non habent dominium, nec vſumfructum, ſed ſolum vſum, ſeu facultatem exigendi fructus ad ſuam ſuſtentationem. *ibid.*

3 Poſsunt beneficia fundari, prout fundabantur antiquitus ſuper eleemoſynis, & diſtributionibus quotidianis. *Ibid.*

Beneficia an permutari poſſint ſine licentia Papæ, & quid in ipſis poſſit Papa, an tantùm fru-

fructus eorum poſſit reſeruare conſerens beneficium. Vide *Simonia*.

BIGAMIA, BIGAMVS.

1 Bigamia triplex eſt, vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria; Prima contrahitur, cum quis cum duabus vxoribus matrimonium verum, & validum conſumat, & dicitur *Bigamus*, quaſi *bis coniugatus*. Interpretatiua, cum quis viduam, vel corruptam ducit: Similitudinaria, cum in ſacris conſtitutus, vel Religionem profeſsus ducit vxorem, & conſumat matrimonium, & in qualibet ex his poſsunt Generales, & Prouinciales Religionum cum ſuis ſubditis diſpenſare. *Conſt. cap.* 2. *ſtatut.* 14. *quaeſt.* 6.

2 Monialis Bigama poteſt eligi in Abbatiſsam ſine diſpenſatione, quia Bigamia eſt irregularitas virorum in ordine ad poteſtatem ſpiritualem, & Altaris miniſterium, qua cum ſint incapaces fœminæ, ſunt etiam incapaces impedimenti Bigamiæ. *Conſt. c.* 11. *ſtatut.* 7. *concl.* 9. *q.* 7. *verſ. Reſpondeo decimo:*

BLASPHEMARE.

Eſt Deum conuicijs inceſsere, obtrectare, impiè loqui de Deo, & remouere ab illo, vel creaturæ adſcribere, quod Deo conuenit, *Conſt. c.* 1. *ſtat.* 1. §. 3. *& c.* 7. *ſtat.* 5.

Bla-

Digitized by Google

Blaſphemare Deum, & Beatam Virginem, eſt caſus reſeruatus. Vide *Caſus num.*1.

BONA.

1 Bona, & vita parificantur, & metus amiſſionis bonorum æquiparatur metui morti; vnde ſicut iſte excuſat à tranſgreſſione præcepti poſitiui, ſic illa. *Pœnal.c.*15.*q.*5. *verſ. Hoc dixerim*.

2 Bonorum naufragantium quantitas debet excedere valorem duorum aureorum, ad hoc vt quis incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ. *Pœn. cap.*4. *verſ. tertio quanta debeat eſſe*.

3 Bona fides excuſat ſicut ignorantia eligentes indignum, quem credebant dignum, adhibitis diligentijs. *Conſt.cap.*8. *ſtat.*10.*verſ. Scienter*.

S. BONAVENTVRA.

1 Ob inſignem eius ſanctitatem, & ſingularem doctrinam electus fuit Generalis totius Ordinis ſui, dum 30. ætatis, & 12. Religionis annum ageret. *Conſt.c.*8.*ſtat.*26.§.1.

2 Eius doctrina in noſtris ſcholis inſeri poteſt Scoticis ſpeculationibus tamquam condimentum Lepidum, ſicuti etiam Diui Thomæ, qui vbi Scoto non fuerit contrarius, eſt omninò ſequendus, nec relinquendus eſt Alexander

Digitized by Google

xander Alenſis, qui ob veritatem, & puritatem doctrinæ, Doctor irrefragabilis Pariſijs meruit appellari; fuit enim Sancti Thomæ, & Sancti Bonauent. Præceptor. *Conſt. c.5. ſtat. 10. in fine.*

BONVS VIR.

Eſt, qui ita ſe gerit, ita viuit, vt eius probetur fides, integritas, liberalitas, vnde idem eſt arbitrio Iudicis, ac boni viri. *Pæn. cap. 2. concl.3. reſp.6.*

BRACHIVM.

Brachij ſæcularis impreſſio electionem vitiat, quæ impreſſio violentiam ſignificat. *Pæn. c.15. q.8. reſp.7.* Vide *Simonia.*

BVLLA.

Propriè tumorem illum in aqua enaſcentem, & euaneſcentem ſignificat; vnde prouerbium, *Homo, Bulla.* Communiter autem accipitur pro plumbeo illo ſignaculo, quod filo groſſiori inſeritur. *Pæn. c.11. q.4.*

Quibus modis Bullæ Apoſtolicæ, & aliæ litteræ falſificentur. Vide *Falſificatio.*

Bulla Cœnæ, an reuocet priuilegia Regularium circa abſolutiones. Vide *Abſolutio.*

Bullæ relaxatiuæ paupertatis in Ordine noſtro ſubreptitiæ, falſæ, & nullæ ſunt. *Pœnal.*

Digitized by Google

nal. cap. 7. caſu 16. difficul. 6. Vide *Reformare:*

CALCEAMENTA.

1 Calceamenta extra neceſſitatem prohibita in Regula Minorum ſunt illa, quæ ex chorio totum pedem operiunt; aliud autem operimentum pedem panneum, vel alterius materiæ non prohibentur, dummodò non ſint calceamenta, & qui illis ſine neceſſitate vtuntur, non committunt culpam grauem, remoto tamen ſcandalo, quia ſi alij ab exemplo mouerentur ad talia operimenta portanda, & ſæculares admirarentur, & fieret magna diſciplinæ Regularis tranſgreſſio, ſi per conſuetudinem illis vterentur, & non ad aliquod tempus, grauem culpam committerent; calceati autem etiam ob neceſſitatem, & cum licentia, extra Conuentum exire non poſſunt. *Conſt. c. 2. ſtat. 72 dub. 9.*

2 Miniſtrorum, Cuſtodum, Guardianorum iudicio relinquitur, pro qua neceſſitate poſſint fratres calceamenta portare. *ibidem dub. 6.*

3 In abſentia autem prædictorum ſufficit licentia interpretata, & præſumpta, quod ſi adſunt Prælati prædicti, debet talis licentia expreſsè peti. *ibid. dub. 10.*

4 In calceamentis diſpenſati, & in veſtimen-

mentis, nullo prorſus officio, nec Vicarij fungi poſſunt. *ibid. ſtatut.* 73.

5 Chriſtus calceamenta non detulit. *Conſt. cap. 2. ſtat. 68. verſ. Sed cum Sanctus Bonauentura.*

CALVMNIA, CALVMNIATOR.

1 Calumnia eſt malitioſa, & mendax infamatio, qua quis ex certa ſcientia, & dolo iniuſtè agit, aut excipit. Hinc calumniari eſt actione experiri vel exceptione vti temerè, ſcientèr, & doloſè aduerſus innocentem, vt eum vexes, vel aliquid extorqueas, idque ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, eſtque callida, & malitioſa interpretatio, & hac ratione etiam qui alicuius verba malitioſè, interpretatur, calumniari dicitur. Vel quia alium litibus fraudolenter vexat, qui etiam dicitur cauillari, & qui pretio corrupti malitioſè cauſas agunt, vel deſerunt. Vnde tam reo, quam actori datur iuramentum calumniæ. Eſt igitur calumniator, qui falſa crimina intendit, qui vexandi hominis gratia actionem, petitionemque infert, qui ſolutionem debiti admittit animo decipiendi, qui ius callidè peruerſè interpretatur, qui ſolutum bis exigit, qui vt moram inijciat latebras, & fugia quærit, latitat, fugit, remoratur, *Conſt. cap. 7. ſtatut. 5. caſu 5. Pœn. c. 10. quæſt. 1. verſ. Reſpondeo tertio.*

Digitized by Google

2 Calumniam in iudicio cuiquam imponere, eſt cauſis in Ordine noſtro reſeruatus, & in hunc caſum incidit, qui criminaliter aliquem falsè accuſat, vel contra aliquem excipit, ne ſit ſuperior, lector, &c. Et qui ad hoc alium inducit, minis, promiſſis, ſuaſionibus, conſilio, ope, &c. non autem incidit in reſeruationem, ſi effectus non ſequatur, neque qui non dolo, vel malignandi animo accuſaret, probabiliter putans ita eſſe, etiam ſi nihil probaſſet, quia calumnia in animo conſiſtit, licet in exteriori foro tamquam calumniator puniatur, qui ſaltem per vnum teſtem, vel per infamiam, vel per auditum à fide dignis accuſationem non probauerit. *Conſt. ibid.* Vide *Caſus reſeruatus caſ.* 5.

Vltra caſum reſeruatum pœnam talionis incurrunt, & infamiam. Vide *Accuſatio, infamia, &c.*

CAMISIA LINEA.

1 Ex Regula Fratrum Minorum prohibita ſub peccato mortali, ſine neceſſitate, & licentia Superioris ſcilicet Prouincialis, vel Cuſtodis, ſeu Guardiani, quæ quidem licentia (cum adſunt Superiores) debet eſſe expreſſa; ſi verò non adſint, ſufficit tacita, & præſumpta, *Conſt. c. 2. ſtat. 72. dub. 1. 2. & 3.* Vbi etiam habetur docta expoſitio Conſt. Vrbani VIII. *Militan-*

tis,

tis, an ſcilicet ſit in robore quoad particulas ex panno lineo.

2 Ea Chriſtus non eſt vſus. *Conſtit: cap. 2. ſtat. 68. verſ. quod autem Chriſtus.*

CANES, ET CATELLI.

A Monaſterijs Monialium abijciendi. *Conſt. cap. 11. ſtat. 7. q. 9. verſ. Ad quem finem.*

CANONES.

1 Alij ſunt Decreta Pontificum, alij ſunt Conciliorum ſtatuta, ſiue Generalium, ſiue Prouincialium auctoritate Papæ celebratorum, vel confirmatorum. *Conſt. cap. 1. ſtat. 1. §. 6.*

2 Eos adiuuare in aliquo, quod non diſponunt, non eſt facere contra Ius. *Conſt. cap. 7. ſtat. 3. dub. 2.*

3 Canones Pœnitentiales, licet in foro conſcientiæ non ſeruentur, quia pœnitentiæ impoſitio in foro interiori remittitur Confeſſarijs, in foro tamen exteriori obſeruari conuenit. *Pœn. c. 8. quæſt. 13. verſ. Porrò tempus.*

CANTVS.

Cantus, & ſonus in Eccleſijs licitus, & antiquiſſimus, debet tamen eſſe graues, pij, atque diſtincti, & domui Dei, ac diuinis laudibus accommodati, vt ſimul & verba intelligantur, &

Digitized by Google

ad pietatem auditores excitentur. *Muſicæ verò* illæ, vbi laſciuum, aut impurum aliquid admiſcetur, arceri debent ab Eccleſijs; vnde exceſſus in muſicis inſtrumentis, in cantu fracto, ſi notabilis eſſet, & ſcandalum generaret, mortalem culpam inuolueret contra ſuperiores, & operantes. Et in noſtris Eccleſijs cantus fractus eſt omninò prohibitus. *Conſt. cap. 3. ſtat. 9.*

CAPITVLVM.

1 Generale repreſentat vniuerſam Religionem, & pænes ipſum reſidet tota, & ſuprema iuriſdictio in Ordine; quinimmò tota Generalis poteſtas ab ipſo pendent; quare poteſt leges condere pro tota Religione, ſicut & Capitulum Prouinciale pro tota Prouincia. *Conſt. cap. 1. ſtat. 6. & cap. 8. §. 1. & ſtat. 36. quæſt. vlt.* In ipſo antiquitus eligebantur etiam Prouinciales, quod modò fieri non poteſt ſine expreſſa licentia Papæ. *Conſt. c. 8. ſtat. 40.*

2 Capitulum citatum differri non poteſt, quod adeò verum eſt, vt ſi maior pars deficeret, & perparui adeſſent, vel duo adhuc celebrari deberet, etiam ſi Generalis deeſſet; & ſtatuitur tempus ſcilicet ſexennium, & Vigilia Pentecoſtes. *ibid. c. 8. ſtat. 19.*

3 Eo imminente, in Prouincijs ante regreſſum Miniſtrorum, & Cuſtodum, nihil in-

nouan-

nouandum, contrarium ſi fiat, irritum, & auctores ſuffragijs, officijſque priuantur. In caſibus tamen repentinis, quando aliter fieri non poteſt prouiſionem fieri conceditur, vt eſſet punire Guardianum peccantem, vel amouere Confeſſarium Monialium ob ſcandalum, &c. & alios vſque ad Prouincialium aduentum ſuſtituere. Poſſunt etiam Vicarij, ſeu Commiſſarij Prouinciales tunc obedientiales litteras ad itinerandum, & dimiſſoriales ad Ordines concedere; & omne id, quod Prouincialis poteſt ſine Diffinitorio facere, non autem ea quæ requirunt Diffinitorium, ſic non poſſunt celebrari Congregationes, approbari Confeſſarij, & Concionatores, deſtitui Guardiani; nec ſine cauſa ſuſpendi, alienari, vel concedi Cappellæ, vel alia bona, & iura Religionis; recipi noui Conuentus, vel veteres relinqui, lites intentari, bonum totius Prouinciæ concernentes; reſpondere tamen poſſunt, & pro tempore ſe defendere. Et ſi ob conſenſum præſtitum à Commiſſario Ius aliquod Religionis deperiret, poteſt repeti. *Conſtit. c. 8. ſtat.* 20.

4 Illud indicere ad Generalem ſpectat, qui vniuerſo Ordini tempus, & locum Capituli Generalis, & illis præcipuè, qui intereſſe debent per litteras citatorias opportunè ſignificare tenetur; etiam ſi certò aduenturi aliqui Vocales non ſint, ob vrgentia bella, vel peſtem:

Digitized by Google

aliàs Capitulum eſſet nullum, etiam ſi vnus Vocalis contemneretur, & contemptus dicitur, qui legitimè vocatus non fuit. Hinc per annum ante tempus expediri debeant citatoriæ, ſeu conuocatoriæ litteræ, vt ad diſtinctas per totum Orbem Prouincias opportunè perueniant. Quod ſi caſu, vel Tabellionum incuria, vel malitia prædictæ litteræ non peruenerint, non propterea agere poſſent, tamquam contempti; itaut annullare poſſent electionem. *ibid. ſtat.* 21.

5 Citato Capitulo Generali, ſacrificia, & orationes fieri debent publicè, & priuatim pro impetrando bono Paſtore. *ibid. ſtat.* 22.

6 Ad illud Cuſtodes deferre debent ſcripturas publicas (ſi quæ aderunt) contra Generales, vel Prouinciales. *ibid.*

7 Sumptus pro intinere Miniſtrorum, & Cuſtodum proficiſcentium ad illud, non ſunt contra noſtram Regulam, & debent à Prouincijs ſubminiſtrari; & licet iuuenes, & robuſti debeant pedeſter ire, anticipato plurium menſium tempore paulatim, ac mendicando ad illud peruenire, attamen regula vna generalis aſſignari non poteſt, Immò ſi poteſt Cuſtos plures menſes anticipare, non poterit Miniſter, nec expedit relinquere tot menſes ſuam Prouinciam; vnde minus incommodum eſt diſcedere congruo tempore, & aliquando equitare,

quam

quam Prouinciam ſine proprio capite deſtituere. Nec Prouincialis ſenex tenetur mittere alium, qui pedeſter, & ſine ſumptibus eat, niſi in caſu infirmitatis. *ibid. ſtat.* 23.

8 Euntes autem, ita parcè, & modeſtè ſe gerere debent, vt promiſſæ paupertatis ſemper memores ſint, aliàs præter ſcandalum peccant mortaliter contra votum altiſſimæ paupertatis. *ibid. ſtat.* 24.

9 Preces Capituli ante electionem Vocales genuflexos, recitato *Confiteor* abſoluere debet, &c. Vide *Electio n.* 25.

10 Capitulum Prouinciale non veniunt tantum Patres Diffinitorij, verum etiam collectio omnium Guardianorum, aliorumque Vocalium ipſius Capituli. *Pæn. c.* 9. *in fine, verſ. Reſpondeo ſecundò*.

11 In Capitulis tam Prouincialibus, quam Generalibus, proponere ea, quæ agenda ſunt, ſpectat ad Præſidem. *Conſt. cap.* 8. *ſtat.* 42. *verſ. Agenda proponere*. Et cum duo ſint præcipui Capitulorum fines; electio Prælatorum, & regularis conſeruatio, ſeu reformatio, horum alter ſi deficiat, contra canonicas normas Capitula celebrantur. *ibid. ſtat.* 41.

12 Capitulum Prouinciale à Paſcha Reſurrectionis Domini vſque ad Pentecoſtes celebrari debet, ad exemplum Apoſtolorum, qui primum Concilium in Eccleſia tempore Paſchali

ſchali celebrarunt; ex cauſa autem rationabili, alio opportuniori tempore celebrari poterit. *Conſt.c.8.ſtat.38.*

13 Locum deſtinare ſpectat ad Præſidem, qui nequit (ſi Generalis non ſit, cui hæc reſtrictio fieri non debet, nec poteſt) dictum Capituli locum deſignare ſine aliquorum Diſcretorum conſilio, & licet non teneatur omnium Diſcretorum exquirere conſilium, ſed ſufficiat duorum tantum; tamen de conſuetudine inductum eſt, vt congregatorum omnium Patrum Diſcretorum exquiratur conſilium; debent etiam communi Prouinciarum, ac Fratrum commodo, atque vtilitati proſpicere, aliter facientes contra charitatem, & iuſtitiam peccant. *ibid.ſtat.39.*

14 Sine expreſſa, & explicita licentia Generalis celebrare non poteſt: *ſtatut.66.prope fin.* In eo omnia officia Prouinciæ renuncientur, & terminentur, etiamſi renunciationes expreſsè non appareant. *ibid.c.8.ſtat.40.*

CAPPELLAE, CAPPELLANIAE.

1 Nequeunt Fratres Minores alienare Cappellas, & Sepulturas, transferendo dominium illarum in alios, contrafacientes, vltra peccatum proprietatis, contrahunt pœnas in alienantes bona eccleſiaſtica, ſancitas per ſacros Canones, nec id eſt permiſſum Sindico Apoſtoli-

ſtolico; poſſunt tamen tradere alicui vſum facti, nulla pactione præmiſſa, tanquam conceſſiones pretio, ſed ſi quid ſæcularis dare voluerit, id totum erit per modum eleęmoſynæ accipiendum. *Pœn.c.7.caſu 6. Proprietatis, difficul.6.*

2 Habere Cappellanias in titulum, & vt Beneficium ſæculare, eſt nobis proprietas, ſecus habere Cappellanias, quæ eleęmoſynam tribuant Fratribus iure quodam ciuili. Cæterum celebrare ad aliquod tempus in alienis Eccleſijs, etiam intuitu eleęmoſynæ eleęmoſynaliter recipiendæ, non eſt conrra regulam, quia eſt laboritium licitum. *ibid.difficult.7.*

CAPSAE, TRVNCI, CIPPI.

Ad colligendas, & reponendas eleęmoſynas pecuniarias. Vnde *Proprietas num. 9.*

CAPVTIVM.

1 Caputium ab habitu diſſutum portare, non eſt contra regulam Minorum, ſicuti eſt habere duo Caputia. *Conſt.cap.2.ſtat.71.quæſt.2.* Statuta autem illud prohibent ſub pœna ieiunandi in communitate in pane, & aqua ſine caputio. *ibid. in textu.*

2 In Caputio præcipuè conſiſtit forma Habitus, hinc cum prohibetur deferri Habitum alicuius Religionis, non intelligitur de inte-

in terris ſuprema, vel de Apoſtolicis Conſtitutionibus, vel decretis, aut Sanctionibus obloqui temerè auſerit, & de eo legitimè conſtiterit, trimeſtris carceris pœna, vel alia grauiori Superiorum arbitrio, omninò puniatur. Et ſtatut. 2. *Qui in Sancta Romana Eccleſia Cardinales, in Eminentiſſimum Dominum Protectorem Ordinis temerè ora laxauerit, carceribus mancipetur, & pro qualitate delicti grauius puniatur Superiorum arbitrio*. Vbi os blaſphemum eſt illud, quod Summum Pontificem contemnit, de eo malè loquitur, & ab illo aufert, quod illius eſt proprium. *Impudenter* ideſt ſine pudore, inuerecundè; qui voluntariè, ſcienterque loquuntur. Conſtitutionum nomine hoc loco veniunt Bullæ, Breuia, Ordinationes, Deciſiones, Mandata, Præcepta à Summo Pontifice expedita, & ordinata, ac Decreta Sacrarum Congregationum Concilij, Regularium, Rituum, Sancti Officij, & aliarum, quæ Decreta formant, & publicant nomine Pontificio: Licèt autem controuerſum ſit, an hæc non publicata, vel intereſſe habentibus non intimata obligent, vimque legis habent, certum tamen eſt, quod conſtito legitimè talia Decreta emanaſſe de Domini Papæ voluntate, illa venerari, & obſeruare debemus. *Obloquiũ* idem eſt ac aduerſari, ac refragari. Vnde in hanc Conſtitutionem peccat qui loquitur, vel aduerſatur contra

Ordi-

Ordinationes ſupradictas. *Temerè* importat Scientiam, Aduertentiam, & Deliberationem, ex Superbiæ radice prodeuntem, & hic eſt ſenſus prædicto Statuto appropriatus, quem niſi videant Superiores, obloquentem in hac materia, punire non poſſunt; ideoque adiungitur *Auſerit*, ideſt nullo pudoris, aut periculi metu perterritus, nullo conſcientiæ ſtimulo ſubductus, ſciens ſe contra Pontificios ordines loqui ora laxat. Quare ad incurrendam pœnam ſtatuti primò requiritur peccatum mortale irreuerentiæ, & temeritatis mente conceptum. Secundò Actus exterior, qui pro tali iudicetur; his namque deficientibus, non erit hac pœna plectibilis. Quod ſi quis laceret, vel deturpet Conſtitutiones Apoſtolicas, in eandem, & maiorem pœnam incideret. *Legitimè conſtiterit*, ſcilicet ordine iuris ſeruato per accuſationem, vel inquiſitionem, vel denunciationem, & importat veram, & plenam probationem. Poteſt autem, ſi contra illum adſunt indicia grauia (cuiuſmodi eſt ſemiplena probatio) reus conſtitui; & ſi fateatur, puniri pœna ordinaria, *vel alia grauiori arbitrio Superiorum,* quod arbitrium extendi poterit pro grauitate criminis, vel ad vlteriorem carcerationem, vel ad ieiunia, fuſtigationes, exilia, vel ad priuationem non ſolum officiorum, quibus priuati ſunt eo ipſo, quod per ſententiam carceran-

ceran-

Digitized by Google

cerantur, ſed ad priuationem vtriuſque ſuffragij; ſuſpenſionem à diuinis, & ſi enormis fuerit exceſſus, etiam ad triremes. Hæc pro declaratione Statuti primi. Quoad ſecundum verò de Cardinalibus, & Protectore, reſtat concludere, quod pœna in ipſo obloquentes impoſita, eſt arbitrarij carceris, & vlterioris punitionis, Superiore pœna quidem inferior, maior autem alijs, quæ in hoc petulans genus hominum fulminatur. *Conſtit. cap. primo ſtatut. 2. in fine.*

2 Secundus caſus carcerationis ponitur *in ſtat. gen. cap. 1. ſtat. 3.* cuius verba ſunt. *Qui Miniſtro, aut Commiſſario Generalibus non obedierit, trimeſtris carceris pœna, aut grauius eorum arbitrio puniatur. Qui eiſdem rebellauerit, aut iniurioſis, vel irreuerentibus verbis illos publicè affecerit, ſuffragiorum iure ſexſennio careat, & ſemeſtris carceris pœna, vel grauius pro delicti qualitate mulctetur. Qui in Prouincialem Miniſtrum, vel Commiſſarium huiuſmodi crimina admiſerit, carceretur, ac ſuffragiorum iure priuetur arbitrio Generalis. Qui in Guardianum, vel Vicarium, vel quempiam grauiorem Patrem, vt ſupra delinquerit; Prouincialis arbitrio, & ſecundum qualitatem delicti punitioni ſubiaceat. Qui pœnitentiam per Superiorum localem ſibi impoſitam ſubire renuerit, de Diſcretorum conſilio, & aſſenſu, trina monitione, etiam*

non

non præmiſſa carceri mancipetur. *Conſt. cap.* 4. *in text*. Reus igitur huius Statuti eſt, qui non obedit Miniſtro, aut Commiſſario Generalibus, dummodo contra animam, vel regulam, vel ſupra eandem non præcipiant. *ibid. cap.* 1. *ſtat.*4. §. 1. *in fine*, & qui rebellauerit, ideſt fuerit inobediens, contemptu. *ibid.* §. 3. Vide *Rebellis*. Aut *verbis iniurioſis*, *vel irreuerentibus*, *Iniurioſum* hic ſumitur per eo, quod contra honorem alicuius committitur ſolis verbis, vt conuicia, & contumelias dicendo. Vnde licèt compoſitio libelli famoſi, & alia huiuſmodi ſint iniuriæ, non tamen comprehenduntur in hoc ſtatuto, ſicut nec aliæ iniuriæ, quæ fieri poſſunt, manu pulſando, famam auferendo, & omnes illæ, quæ non iure fiunt, & quidem hic ſermo eſt de atroci iniuria, quia de perſona ſumma Generalis, & de publicate ſancitur, ſi locus, & tempus adderentur, puta in Eccleſia, in Capitulo, in refectorio, tempore iuris dicendi, Miſſarum ſolemnia, &c. eſſet ſumenda inter atrociſſimas, & conſequenter grauiſſimè punienda; & ſicut verba ſunt alia alijs grauiora, ita ſecundum illa applicanda eſt maior, vel minor pœna. Conſtitutio autem locum habet, maximè coram fratribus, penes quos ſi maior pars Conuentus adfuerit, iniurijs Generalem impetentem, ſecundum hanc Conſtitutionem puniri debet, & maiori ſeue-

ſeueritate, ſi id coram ſæcularibus commiſerit, *ibid.* §. 4. & 5. Suffragiorum ius, quò reus Statuti huius priuatur, intelligitur tam de actiua, quam de paſſiua voce in electionibus. *ibid.* §. *6.* Particula illa *huiuſmodi crimina* ad omnia ſuperiùs recenſita refertur, cum omnibus ſuis qualitatibus. *ibid.* §. 7. Licèt autem Superiores Generales ex ſtatuto poſſint procedere contra huiuſmodi delinquentes, de honeſtate tamen debent cauſam alicui delegare, vt partialitatis, & proprij intereſſe notam effugiant. *ibid.* §. 8. *in fine.* Vicarius hic ſumitur, qui ſub Guardiano familiam regit, ideſt præſente Guardiano, quia de Vicario, *abſente Guardiano* iam præſcriptum eſt in perſona Guardianorum, quorum appellatione veniunt omnes Superiores locales. Quinam autem ſit Pater grauior, Vide verbo *Patres graues n.* 1. Prouinciales perſonarum diſcrimina, iniuriarumque genera conſiderare debent, vt pœnarum remedia prudenter, & charitatiuè accommodent. *ibid.* §. 12. Pœnitentiæ nomine hic veniunt omnes illæ, quæ ſalutares appellantur, prout ſunt ieiunium, diſciplinæ, mortificationeſque in Religione conſuetæ, quas non acceptari in loco publico, ideſt in Capitulo, vel Refectorio, nefas ducitur: Sunt enim propria localis iuriſdictionis Tribunalia; Vnde eas vel recuſare, vel contemnere inobedientiæ, & rebel-

G bel-

bellionis in Superiores locales (ideſt Guardianum, ſiue Vicarium, ſiue Præſidentem, & multo magis Prouinciales, vel Generales, qui poſſunt potiori aliquando pœnitentias ſalutares iniungere, non ſolum in viſitatione, ſed etiam extra illam. *ibidem* §. 14. Vnde eas vel recuſare, vel contemnere, inobedientiæ, & rebellionis in Superiores locales, peccatum eſt, meritò ſub titulo inobedientium, & rebellium reponenda. *ibidem* §. 13. Imponi autem debent tales pœnitentiæ in loco publico coram maiori parte Communitatis, & in actione ſolemni ipſius, putà in Refectorio, vel Capitulo, tempore refectionis, vel culparum. Secus talem pœnam non mereretur inobediens; debet etiam adeſſe renitentia pertinax, obſtinata, & rebellis. *ibidem* §. 15. Debet etiam adeſſe non ſolum conſilium, ſed etiam aſſenſus Diſcretorum, ad hoc vt poſſit carcerari renuens ſubire pœnitentiam à ſuperiore locali impoſitam. Hic autem non eſt ſermo de Diſcretis Prouinciæ, vel Ordinis, qui ſunt Patres eiuſdem reſpectiuè, ſed de localibus, qui debent eſſe duo ſaltem, præter Vicarium. Diffinitores autem Ordinis, vel Prouinciæ, ſunt Diſcreti ex ſuo munere, maiores diſcretis localibus, & de ijs habenda eſt ratio in Conuentu, de quibus habetur in tota Prouincia, vel Ordine, quia tamen ij non in omnibus morentur Conuentibus,

Digitized by Google

bus, ſatis eſt, ſi Vicarius, & duo Seniores qui ex officio, & antiquitate diſcretionis, prudentiæque ſuffragium merentur, Diſcretorum localium aſſumunt officium, *ibidem* §. 16. *&* 17. Tenetur igitur Guardianus exquirere vota Diſcretorum, & ſequi maiorem partem illorum; Quod ſi negligat, & inobedientem carceret, reus erit indebitæ carcerationis, & puniendus tamquam excommunicatus. Quod ſi Diſcreti reſpectu aliquo moti nolint ſuffragium ferre in carcerationem, verbis æquiuocis vtendo, vel tergiuerſando, vel ignorantiam allegando, putà quod non ſciant conijcere, an talis ſit dignus carceratione; tunc dubia exiſtente cauſa inobedientiæ, Guardianus à carceratione abſtinere debet, & trinam admonitionem præmittere: Si autem Diſcreti non adeſſent, poterit Guardianus duos alios ipſorum loco adhibere: Quod ſi notoria eſſet rebellio, itaut nulla valeat tranſgiuerſatione celari, & cognita colluſione Diſcretorum conſpirantium in bonum publicum Religionis, poteſt Guardianus carcerare rebellem, non exquiſito tali conſilio, vel conſenſu Diſcretorum, eo vel maximè, cum adſit ſtatutum generale Salmant. *cap.* 7. *& Valliſol. cap.* 7. in hæc verba. *Quod ſi tale delictum admiſerint, per quod pœnam carceris meretur, declaramus, & decernimus per locorum Superiores, de conſilio Diſcreto-*

rum poſſe tuto loco, ne effugiat ſub cuſtodia detineri, donec per Prouincialem quid agendum ſit, determinetur. Inter delicta tamen carceratione digna, & enormia ponitur inobedientia contumax; ergo cum Statutum Guardiano carcerare permittat inobedientem de conſilio, non autem de conſenſu Diſcretorum, ſaltem illud primum declaratur, quod aliquando liceat ſine tali conſenſu, & cum conſilium non obliget etiam ſine conſilio: Quo caſu licet Statutum proximè citatum non loquatur de carceratione formali, in quo, nimirum Religioſus concluditur, ſine corda & caputio, & eo ipſo actibus legitimis dicitur priuatus; ſed de loco Cuſtodiæ; attamen ſatis eſt pro declaratione concluſionis noſtræ, quod illud Statutum reſpicit alia delicta à rebellione in Guardianum, & ideò non eſt iuris Guardiani illa puniri. Rebellio autem in ipſum eſt propria ſui iuris, & ab illo punibilis carcere formali; & in alio Statuto *de pœna inobedientium*, vbi de formali carcere agitur *de Diſcretorum conſilio* ponitur; Vnde etiam illud hunc ſenſum habere debet. Nec Diſcreti hoc loco ſunt Collegæ Guardiani, quaſi ijs omnibus hoc delictum delegetur, quia Guardiani in hoc non ſunt Iudices Delegati, ſed ordinarij. Nec ante carcerationem eſt audiendus ipſe rebellis, vt ſe defendat, dummodò delictum ſit rei euiden-

tia

tia manifeſtum, rebellio ſiquidem iſta ſupponitur commiſſa coram Guardiano, qui eſt Iudex, & coram fratribus in Communitate exiſtentibus, quæ eſt diffinitio notorij, ac proinde oretenus informationes ſumi debent. Nec eſt opus id fieri ſtatim, ſed ſufficit fieri intra triduum, nec eſt neceſſe procedere ordinariè, nec reum examinare, quia etiam ſi pertinaciter neget, puniri debet. Debet tamen Guardianus ante carcerationem in ſcriptis redigere notorietatem rebellionis, deſcribendo ſcilicet factum cum ſubſcriptione fratrum, & conſilium Diſcretorum, vel eorum renitentiam, aut auerſionem à ratione, & factum ipſum carcerationis in forma, vt rei teſtimonium remaneat, & ſuæ proceſſionis modus, Prouinciali in omnem euentum oſtendi poſſit, quem de omnibus certiorem facere debet. Si autem reus poſt rebellionem iam patratam in ſe reuerſus confiteatur culpam,& paratum ſe oſtendat ad faciendam pœnitentiam licet hoc non obſtante, poſſit Guardianus illum incarcerare; tamen debet ex charitate; & æquitate delinquentis retractationem, ac pœnitentiam acceptare, illumque ſeuera reprehenſione coram fratribus corrigere. *Conſt. ibid.* §. 17. Vide *Rebellis. Rebellio. Contumax*.

3 Tertius caſus quo infertur carcer in noſtra Religione eſt Apoſtaſia quælibet magis,

vel minus pro Apoſtaſiæ gradibus. Vide *Apoſtaſia*.

4 Quartus caſus, equitatio ſine licentia, & neceſſitate, pro qua triduanus carcer imponitur; & ſi cum licentia quis equitauerit per Ciuitates, & Terras, carceri arbitrario deſtinatur; excuſaretur autem tum à culpa, tum à pœna, ſi ſine ſcandalo actiuo equitaret per vicos, & Ciuitates inferioris notæ, vel hoſpitia, non autem per Ciuitates inſignores, in quibus Minores equitare non ſolent, vt Roma, Neapoli, &c. *Pœnal. c. 4. q. 2. verſ. Circa quartum* Vide *Equitare*.

5 Quintus caſus eſt fornicatio, pro qua quis carceratur ad ſex menſes, ſacrilegi, & nefandi in perpetuum, & qui mulieres intra clauſtra, vel in ædiculas pro Confeſſarijs mulierum deſtinatas conduxerit, arbitrio carceri ſunt addicti. *Pœn. c. 4. q. 2.* Vide *Fornicatio*.

6 Sextus caſus eſt Inobedientia contumax. *Vide ſupra caſu 2. & verbo Rebellis. Contumax*.

7 Septimus caſus eſt proprietas, pro qua vnius menſis carcer imponitur. Vide *Proprietas*.

8 Octauus caſus eſt Alchimiæ, & artium vetitarum vacatio, pro qua carcer eſt ad arbitrium Prouincialis. Vide *Alchimia*.

9 Nonus caſus carcerationis eſt, quando ſup-

Digitized by Google

ſuperior fraudat eleemoſinas: ait enim Statutum *cap. 6. tit. de comput. num. vltim. Quod ſi eleemoſynas fraudaſſe, vel in Prælatorum, vel in aliarum perſonarum dona, quouis modo erogaſſe legitimè conſtiterit, ſint ipſo facto excommunicati, ſuffragiorum iure, &c. perpetus priuentur, & carceribus mancipentur Superioris arbitrio, pro fraudis, & dilapidationis qualitate.* Quæ pœnæ irrogantur etiam ſi fraus reperiatur, & denuncietur extra computum ſingulis menſibus reddendum à Guardianis coram fratribus. Quod ſi conuictus fuerit ex calculo fraudaſſe, &c. debet etiam fieri proceſſus de fraude, examinando fratres, qui computo adſuerunt, & debet audiri in ſuis defenſionibus; quia licèt notorium ſit ex calculo, poteſt tamen ſe defendere per alias innocentiæ vias, & oſtendere errorem calculi. Vt autem poſſit ad prædictas pœnas damnari, non ſufficit præciſa materia peccati mortalis, vel furti, vel proprietatis, ſed requiritur dilapidatio, & fraus notabilis, & vrgens damnum duorum ſaltem aureorum non infra. Carcer verò minus vno, vel duobus menſibus decerni non debet, ſed poteſt extendi ad annos, iuxta qualitatem dilapidationis. *Pœnal. cap. 5. quæſt. 2. verſ. circa nonum.*

10 Decimus caſus, procurans legari eleemoſynam ſibi, vel alteri, carceratur arbitrio

Superioris.*ibid.*Vide *Legatum. Proprietas n.*20.

11 Vndecimus caſus carcerationis eſt conſentiri fieri Procurator ad exigenda legata. Vide *Procurator num.* 1. *& Sindicus Apoſtolicus*.

12 Duodecimus caſus; *Guardianus, qui ab anteceſſore inceptam fabricam ſine ſcripta Prouincialis licentia deſtruere, vel mutare auſus fuerit, per menſem carceri mancipetur. Ita Statutum generale cap. 6. tit. de locis, & fabricis num. vlt.* Quod Statutum eſt diuerſum ab illo, in quo diſponitur, vt *Poſt hac nihil noui, quod ſcutorum decem expenſas ſuperet ſine ſcripta Prouincialis facultate in Conuentibus noſtris fabricari, aut deſtrui liceat. Qui ſecus fecerit ab eo loco confuſibiliter pellatur, priuetur officio, & ſuffragiorum iure triennio careat.* Nam vnum reſpicit immutationem circa ædificium factum à Guardianis quidem, ſed non immediatè ab anteceſſoribus, ſed antiquis; alterum verò reſpicit fabricam inceptam ab immediato anteceſſore; vnde prohibetur, ne in fabrica ab immediato anteceſſore incepta Guardianus ſucceſſor aliquid innouet, ſiue in illam decem ſcuta impendat, ſiue pauciora. Expenſæ autem decem ſcutorũ ſe tenent ex parte fabricæ factæ ab anteceſſoribus,& antiquæ,in qua immutatio notabilis fieri prohibetur, non modica, cuiuſmodi iudicatur eſſe, quæ decem ſcuta non ſupe-

ſuperet; hæc autem decem ſcuta accipienda ſunt incluſiuè, & ſic attingere poteſt decem ſcuta, dummodò non excedant; licentia tamen ſufficit, vt ſit oretenus indulta, quia ſcriptura non requiritur ad formam, ſed ad ſolemnitatem actus, vt cautius procedatur. *ibid. verſ. circa duodecimum.*

13 Decimus tertius caſus carcerationis ponitur *in ſtat. cap. 7. tit. de ſacra peccatarum confeſſione num. 6.* cuius tenor eſt. *Si quis Confeſſarius legitimè indicatus fuerit pecunias per ſe, vel per alium quouis modo recipere, vel recepiſſe, ad veritatem dicendam arctetur, & conuictus, ab audiendis confeſſionibus ipſo facto, & perpetuo ſit ſuſpenſus, & Proprietariorum pœnis omninò ſubiaceat, ac in excommunicationis ſententiam incidat, &c. ab eo loco expellatur, &c. & carceretur per menſem, vel per annum, ſi de eo aliàs fuiſſet conuictus;* cuius Statuti pœnas incurrit Confeſſarius, etiam ſi pecunias non recipiat in actu confeſſionis, & in Confeſſionario, ſed ſufficit, vt pecunias recipiat intuitu confeſſionis, putà ſi confeſſarius promitti ſibi feciſſet denarios & illos recepiſſet poſtea ad menſem, & annum, puniendus eſſet tamquam huius Statuti reus; & ſi pœnitens poſt confeſſionem ad aliquod tempus ſpontè offerat Confeſſario pecuniam, dicens: quia tu es meus pater ſpiritualis, & meas confeſſio-

feſſiones auſcultas, do tibi has pecunias, & Confeſſarius illas recipiat, debet puniri ſecundum hoc Statutum, quia Confeſſarius, vt Confeſſarius recipit pecunias, ſicut etiam puniri debet dans ſuo nomine pecunias alteri; ſuadere autem eleęmoſynam non eſt vetitum, dummodo nomine Confeſſarij eleęmoſyna non erogetur. Pecunia autem hoc loco accipitur pro quacumque re pretio æſtimabili; vnde non minus puniendus eſt confeſſarius, ſi recipiat annulum, horologium, gladium, vel quid ſimile, quam nummos, exceptis rebus parui momenti, vt comeſtibilia, deuotionis, &c. niſi eſſent pretioſa, dummodo non fieret cumulatio rerum paruarum, vt accidere ſolet in fraudantibus, in ponderibus, & menſuris. Nota hic, quod licet in Statuto dicatur. *Alias conuictus fuerit*, non eſſet tamen carcerandus per annum. Si vna alia vice peccatum hoc comiſiſſet, ſed requiruntur ſaltem duæ vices, &c. *ibid. verſ. circa decimum tertium.*

14 Decimus quartus caſus ponitur in *ſtat. generali cap. 7. §. 5. num. 47.* in quo diſponitur: *Qui Prælato ſuo in culpa, vel in menſa, in Communitate (non habita ab eo prius licentia) reſponderit, voce actiua, & paſſiua per triennium priuetur, & Prouincialis arbitrio carceribus mancipetur*: ad quas pœnas incurrendas non ſufficit quælibet reſponſio, putà vnius

verbi,

verbi, niſi conſtet, illud verbum continere reſponſionem formalem, vel conuiciatoriam, vel irreuerenter v. g. dicentes Prælato; Tu commiſiſti hoc, vel illud, & ille reſpondeat; *Non. Minimè. Mentiris. Non eſt verum. Eſt calumnia*, vel quid ſimile. At dicente Prælato vt ſupra, ſubditus ex impatientia, vel leuitate, aut iracundia dicat: *Audi Pater, Volo reſpondere. Oh Deus, &c.* In hoc caſu non poſſet in vim Statuti puniri, ſed alia leuiori pœnitentia. Cæterum iudicio prudentis ſuperioris determinatio ſtabit, conſideratis circumſtantijs perſonarum, & occaſionum. Quod ſi ſuperior infamet, vel grauem calumniam ſubdito in culpa imponat, ſubditus modeſtè reſpondere poterit illud negando: at extra hos caſus infamiæ ſcilicet, & grauis calumniæ, non licet, ſicuti non liceret, ſi iniuriæ apud Communitatem impreſſionem non facerent, quia tunc non debet reſpondere, ſed actione iniuriarum agere contra infamantem apud Prouincialem. Vel inſigni patientiæ titulo iniurias ſuas Deo remittere, 'prout decet ſanctos Religioſos. Formalitas autem illa, *in culpa*, vel *in menſa*, intelligitur tam de prima, quam de ſecunda menſa, vnde reſpondens in ſecunda menſa, adhuc eſſet reus ſtatuti, dummodo in ſecunda menſa adſit medietas, vel ſaltem notabilis pars Communitatis, & appareat

maie-

Digitized by Google

maieſtas Prælaturæ. Communitas autem eſſet, ſi quacumque diei hora ſubditos ſuperior conuocare in loco Capituli, vel in Refectorio, & coram illis ſubditum redargueret, qui ſi reſpondeat, puniendus eſt iuxta ſtatutum. Nec ſufficit petere licentiam, ſed requiritur obtinere. *Pœnal.ibid.c.4.q.2. verſ. Circa decimum quartum.*

15 Minans alteri in perſonam, carceratur: leuans manum, vel aliquid ad percutiendum accipiens, per tres menſes; leuiter percutiens, ad libitum; grauiter, per ſex menſes; percutiens gladio, vel baculo, per annum. Vide *Percuſſio*.

16 Falſificans ſigilla, vel litteras Prælatorum, vel perſonæ notabilis, carceratur ad arbitrium Prouincialis. *ibidem* Vide *Falſitas num. 7.*

17 Deponens falſum in iudicio, vel reuocans, & deponi, aut reuocari procurans, ſemeſtri carceri deputatur. *ibid.num.2.3. & 4.*

18 Ludens aleis, aut taxillis, arbitrariè. Vide *Ludus*.

19 Committens delictum, quod in ſæculo dignum eſt morte, perpetuò carceri mancipandus eſt, *ſtatut.cap.7. §.5.num.68.* dicens. *Qui crimen commiſerit, propter quod in ſæculo mereretur mortem, ad perpetuos carceres, aut ad triremes perpetuò damnetur. Ibidem.* Crimina autem

Digitized by Google

autem morte digna ſunt *Abortus*; ſed ſi fœtus non eſt animatus punitur pœna extraordinaria. Vide *Abortus*. *Adulterium* lege veteri lapidatione puniebatur, Iure canonico excommunicatione, detruſione fœminæ in Monaſterium, ſi Maritus eam nollet recipere. Clericus autem deponitur, & in Monaſterium detruditur in perpetuum, Iure autem ciuili pœna mortis, fœmina verò fuſtigatur, & detruditur: Quæ pœnæ variantur ſecundum conſuetudinem diuerſarum gentium. *Blaſphemia in Deum*, morte punitur *in Leuit. cap.* 25. de Iure autem Canonico manſione ante fores Eccleſiæ cum pœnitentia publica, De Iure verò Ciuili; morte; conſuetudine aliter punitur. *Caſtratio ſui ipſius*. *Fornicatio cum carcerata*, ſi à cuſtode carcerum committatur, maximè ſi cum violentia, etiam ſi cum meretrice, & multò magis cum puero, licet non vbique ſeruetur in fornicatione cum meretrice. *Diuiſio prædæ cum aggreſſoribus*. *Liberans condemnatum ad mortem*, ſeu confeſſum, ſiue conuictum de crimine morte digno. *Falſa depoſitio*, per quam aliquis condemnatur ad mortem: *Graſſatores*, & famoſi latrones, qui de conſuetudine laqueo ſuſpenduntur. Vide *Latro*. *Hæreticus pertinax* igne comburitur, & ſi pœniteat, perpetuo carceratur. Homicida de Iure ciuili punitur pœna mortis; de Iure autem

cano-

Digitized by Google

canonico laicus excommunicatur, Clericus deponitur, & priuatur beneficijs. *Delatio, & venditio* ſœni, & frumenti ad hoſtes, & excommunicantur in Bulla Cœnæ. *Imaginum Chriſti, aut Sanctorum fractio, percuſſio. Incendiarij* ob inimicitias, & prædam, pœna mortis plectuntur. *Iudex, qui dedit operam, vt accuſatus falſum deponeret, vnde condemnatus fuit ad mortem*. Sicuti ſi per pecuniam, vel iracundiam innocentem damnauit ad mortem, ſicuti etiam ſi aliquem indebitè poſuit ad torturam; vel ſi modum exceſſit in torquendo, itaut mortuus ſit. *Crimen læſæ Maieſtatis*. Quod committitur, cum ſubditus tractat contra perſonam Domini, vel ſtatum Principis, vel ipſius dominium tyrannicè occupat, vel Patriam oppugnat, vel armatus venit in bello contra ſuum Principem, vel facit pacem cum hoſtibus Domini, vel vendit, aut tradit arces hoſtibus. Committitur autem contra Papam, Imperatorem, Reges, Principes, & Ciuitates, quæ Superiores non cognoſcunt, & Cardinales *Fabricatio libelli famoſi*; dicit tamen *Clarus*. ſe nunquam vidiſſe tales pœna capitali plecti, ſed extraordinaria. *Raptores mulierum. Sacrilegi. Volens ſe ipſum occidere. Sodomitæ*, tàm agentes, quàm patientes, *Sortilegi, & Sacrilegi*, de conſuetudine tamen non ſeruatur. *Venenum faciens*, aut dans ad aliquem occiden-

dendum. Aduertendum tamen eſt, quod ſi in aliquod crimen ex recenſitis Religioſus noſter incurrat; & in Statutis Ordinis pœnæ taxatæ fuerint, ſtandum eſt ſtatutarijs, non verò legalibus. *Ibid.c.4.q.2.verſ.circa* 19.

20 *Condemnatus*, & appellans ſi ſit ſuſpectus de fuga, carceribus mancipandus loco detentionis. Quæ ſuſpicio ex duobus capitibus oriri poteſt. Primò ex conditione perſonæ; ſecundò ex qualitate delicti, non enim requiritur experimentum aliàs factum, quaſi ſuſpectus de fuga ſit, qui aliàs fugit. Dixi *ex conditione perſonæ*, quia non eſt præſumenda fuga in Sene, Sacerdote, Patre &c. quæ præſumi poſſet in Iuuene, in Laico, & in eo, qui ſuæ famæ æſtimationem non ſatis curaret. Quibus addi debent morum adminicula, ſcilicet ſi non adeò deuotus, ſpiritualis, honeſtus, compoſitus fuerit &c. ſed leuis, loquax, diſſolutus, parum deuotus &c. In pari ſiquidem cauſa potiùs iſte, quam ille in fugæ ſuſpicionem caderet. Delicti etiam qualitas maximam vim habet, quia ſi eſt leue, non generat hanc ſuſpicionem, ſicuti nec omnia grauia. At ſi fuerit enorme, grauiſſimum, vt homicidij, hæreſis, veneficij, nefandi criminis, fornicationis &c. tunc nulli dubium eſt, quod poſſit in fugæ ſuſpicionem incidere: Vndè carceratus de grauiſſimis, & atrocibus delictis,

non

Digitized by Google

non eſt è carceribus liberandus. Secus ſi delictum eſſet tale,quod Apoſtaſiæ grauiſſimæ non præponderaret; eſſet enim tunc liberandus. Benè tamen verum eſt, quod poſt appellationem, ſuſpectus de fuga detineri non debet, tamquam formaliter carceratus ſine corda, & ſine caputio, niſi delicto eſſet imponenda pœna carceris: nec liberari poſſet ſub fideiuſſione maximè in Religione Minorica, in qua frater pro fratre fideiubere non poteſt, *ibid.verſ.circa* 20.

21 Dogmatizantes, vel prædicantes contra veritatem Catholicam, vel libros prohibitos legentes, carcerandi ſunt. Vide *Libri Diuinatorij*.

22 Aſſerentes non debere reuelari peccatum ſuperiori cognitum alia via, quam per confeſſionem ſacramentalem,& in contumacia perſeuerantes, arbitrariè ſicut,qui dogmatizauerit, non debere reuelari crimen per fraternam admonitionem ſecretò correctum. *Stat. cap.*10. *tit. fratrum admonitio num.* 3. *&* 4. vbi habetur. *Si exceſſus huiuſmodi alio, vel etiam modo ſciuerint, quàm per confeſſionem ſacramentalem, non propterea minus tenentur illos manifeſtare, maximè cum per obedientiam requiſiti fuerint, & ſi tacuerint, inobedientiæ notam incurrant, & ſi contrarlam aſſerere, ac moniti reuocare noluerint, actibus legitimis careant,ſuperiorum*

riorum arbitrio, & perſeuerantes in contumacia, carceribus etiam mancipentur. Et dogmatizantes, quod frater, qui fratrem occultè corripuerit non teneatur de huiuſmodi exceſſu ſuperiorem admonere &c. Vel quod ſocij criminum reuelare non teneantur ſuperiori, tanquam doctrinam peſtiferam diſſeminantes, carceribus mancipandos eſſe decernimus. Quod ſtatutum non tangit peccata omninò occulta, non correcta, nec ea, quæ Reipublicæ nocere non poſſunt, quæ ſuperior per abſolutam ignorantiam non poteſt inquirere: Non quæ reuelanti nocumentum graue inferant, non ſocios criminis, quando ſeipſum proderet, niſi in caſu; quo ipſe iam malè audiſſet apud ſuperiorem, & iam crimen confeſſus eſſet, & tunc de ſociis interrogaretur, quia tenetur reuelare ſocios, quando iuridicè exquireretur; ſecus autem ſi non iuridicè, & quando ipſe ſolus ſciret de ſocio, quia tunc cum illi fides non adhibeatur, non tenetur nec ſe prodere, nec ſe, nec alium infamare. Non ſecreto, vel iuramento commiſſa, ſed ea, quæ Religioni diſciplinæ regulari, ſæcularium ædificationi incommodant, quorum extirpationi; & impedimento ſuperior inuigilare tenetur. Non ſemper quidem, vt Iudex, ſed vt plurimum tamquam pater, qui extraiudicialiter, & paternè prodeſſe poteſt, occaſiones remouendo, Religioſos ſuſpectos in Monaſterio

continendo, ſocios voluntarios, eoſdemque ſæpiùs denegando &c. *Ibidem verſ. circa* 21. & *Conſt. cap.* 10. *ſtat.* 4. Vbi concluditur, quod per hoc ſtatutum non præcipitur reuelari quoslibet, ſed exceſſus notabiles, & infamiam, aut ruinam Ordini prætendentes; non ſpontè, ſed ad requiſitionem ſuperioris, nec omninò ſecreta, quæ ſoli diuino iudicio reſeruantur, nec improbabilia. Quæ autem in perniciem Ordinis vergunt, & ſunt ſatis notabilia, etiam non facta correctione reuelari poſſunt; immò debent, niſi per correctionem ſecretam, ſpes emendationis effulgeat, tunc enim etiam præmittenda eſt correctio. Igitur ſubditus in ijs, quæ non tenetur ex iure naturæ, & diuino denunciare non requiſitus, expectare debet ſuperioris requiſitionem, & non vltrò ſe ingerere; & tunc requiſitus, & per obedientiæ imperium adactus, debet ſuo Prælato ad paterna interrogata reſpondere. Ex quo colligitur, debere aliquam præcedere ſcientiam, ſeu ſuſpicionem, vt moueri poſſit ad interrogandum; ſecus irrationabiliter procederet. Quo caſu, ſi exceſſus non ſit omninò occultus, ſubditus tenetur iuxta mentem interrogantis reſpondere, aliàs non; exceptis caſibus pernicioſis, & grauiſſimis, qui nec correctioni emendari, nec ſilentio reparari poſſunt, & ideò reuelari debent.

Car-

Digitized by Google

23 Carceratus à Guardiano ad punitionem, pœnas carceratorum incurrit, non autem ſi fiat per modum cuſtodiæ. *Pœn.c.4.q.4. Principali.*

24 Indebitè carceratus non remanet priuatus actibus legitimis, quibus priuaretur ſi debitè fuiſſet carceratus; immò puniendus eſt Iudex indebitè carcerans. *Pœn.cap.4. quæſt.3. Principali.*

25 Guardianus in duobus caſibus tantum carcerare poteſt. Primò dum committeretur delictum graue, ac notorium, & periculum eſſet in mora, nec Prouincialis in proximo reperiretur; tunc enim poſſunt, & debent Guardiani, tamquam Prouinciales Delegati, de Diſcretorum conſilio, delinquentem quemcumque carceribus; vel cuſtodiæ mancipare, & ſtatim Prouincialem de delicto certiorem facere, quo caſu non dicitur quis formalitèr carceratus, nec conceditur tunc Guardiano, vt iuridicè procedat ſuper euidentia notorietatis, examinando teſtes &c. ſed de plano ſine figura Iudicis, ſola facti veritate inſpecta cum conſilio Diſcretorum tantum, & ſufficit, vt Guardianus in folio aliquo adnotet, deſcribendo corpus delicti, & Diſcretos ſubſcribere faciat pro conſilio præſtito. *Ibid. vide ſupra caſu 2.*

26 Quod ſi Guardianus malè iudicauerit

de notorietate delicti, decernens notorium, quod iuxta Regulas Canonicas tale non eſſet, ſi in aliquo minimo deficeret, putà iudicando notorium, quod eſſet commiſſum coram quinque, vel ſex fratribus in Conuentu, vbi quindecim morarentur cum adeſſe debuiſſent octo, vel nouem, non incidit in pœnas indebitè carcerantium. *Ibid.*

27 Ad hoc vt Guardianus carcerare poſſit aliquem in Cuſtodiam, debent concurrere copulatiuè fugæ periculum, & delicti notorietas, in quibus ſi Guardianus, & Diſcreti excederent, pœna extraordinaria puniendi venirent, tum de vſurpata iuriſdictione, tum de illata iniuria. *Ibid.*

28 Secundò committitur Guardianis carceratio, pro pertinaci inobedientia, necnon pro renitentia, etiam trina monitione non præmiſſa, & in hoc caſu carceratio eſſet formalis, & ad pœnam. *Ibid.*

29 Guardianus ad pœnam carcerare non poteſt contumacem, & recuſantem pertinaciter pœnitentiam, niſi de delicto notoriè conſtet, & ſit rei euidentia manifeſtum, non per proceſſum iuridicum, quia à Guardianis confici non poteſt, ſed per adnotationem facti cum aſſenſu Diſcretorum, qui ſi deſit, carceratio eſt nulla, & pœnas non infert. *Ibid. verſ. Ad cuius Aptiorem. Vide ſup. caſu 2.*

Et

30 Et licèt poſſit Guardianus in caſibus prædictis carcerare non poteſt tamen carceratos liberare, cum hoc ad Prouincialis arbitrium deferatur. Poſſet tamen Guardianus iniuſtè à ſe carceratum liberare, puniendus tamen eſt pœna indebitè carcerantium, de quo infra. *Ibid.*

31 Sic etiam ſi Guardianus ſolus non explorato conſilio, & conſenſu Diſcretorum, pertinaciter inobedientem carceraret, ille non eſſet reputandus carceratus, & per conſequens non incurreret pœnas carceris. *Ibidem.*

32 *Carcerari nullus poteſt, niſi pro manifeſto, & enormi delicto, vel exceſſu. Enorme autem delictum eſt, vel ratione generis peccati, vt eſt inobedientia contumax, lapſus carnis, perfidia, hæreſis, & ſimilia. Vel ratione circumſtantiæ, vt frequens iteratio furti: etiam non notabilis, & de alijs caſibus reſeruatis idem iudicium habeatur. Ita ſtat.cap.7.num.7: Pænal. cap.4. quæſt.5.* Duo igitur ad carcerationem concurrere debent copulatiuè, ſcilicet Manifeſtum, & Enorme; Manifeſtum autem hic non conuertitur cum Notorio, ſed contraponitur ad occultum, quod etiam dicitur notorium Iuris, nimirùm quod per teſtes congruos probari poſſit. Notorietas autem hæc ſolum requiritur in carceratione à ſuperiore locali

ſacienda, qui non eſt Iudex Ordinarius delictorum; non verò à Prouinciali, qui cum ſit Ordinarius poteſt procedere per Inquiſitionem, denunciationem, & accuſationem. *Pæn. cap. 4. quæſt. 12. in fine reſponſionis.* Et licèt qualitas delicti Iudicis arbitrio remittatur, attamen ne res tanti momenti ſoli Iudicis arbitrio remittatur; ideo per ſupradictum ſtatutum, enormitas conſtituitur in delicti genere, vel in eiuſdem replicatione, aut circumſtantia, quia quod modicum in ſe eſſet replicatione malig|natur. Hinc furta modica, ſi ſæpiùs committantur, aggrauant pœnam, itavt faciunt latronem famoſum, & in ſæculo furca dignum; nec refert, quod furta non omnia in vno loco commiſſa ſint, vel quod ſint modici valoris, putà ſi gallinam, vel anſerem, imò ſi ouum, ſurripuiſſet, quia etiam minima furta puniri debent, licèt mitigari pœna in his modicis furtis debeat: *Pæn. cap. 4. quæſt. 5. verſ. Dices ſecundò.* *Perfidia* in hoc ſtatuto intelligitur defectio à Religione, & ſic perfidus eſt, qui Religionem violauit, qui caſus ad Sanctam Inquiſitionem ſpectat, ſicuti hæreſis: *Ibidem, verſ. Dices tertiò.*

33 Pœnæ indebitè carcerantium in Ordine noſtro ſunt priuatio actuum legitimorum, & excommunicatio. Excommunicatio autem iſta ipſo facto incurritur, etiam ante ſenten-

tiam,

tiam; quia non eſt merè ſtatutaria, ſed canonica, ex quo Prælatus, qui aliquem indebitè carcerauit, ſi celebrat, declarari debet irregularis: Excuſatur autem ab his pœnis, ſi quis Religioſum carceraret cum opinione probabili iuſtitiæ, quia tunc non adeſt dolus, qui requiritur ad incurrendas cenſuras; ſicut etiam ob ignorantiam. *Ibid.q.6.*

34 Suppoſita legitima cauſa carcerationis ſi carceratus appellet, & Superior non deferens appellationi carceret ad pœnam, incurrit pœnas indebitè carcerantium, non autem ſi carceraret ad cuſtodiam. *Ibid.q,7.*

35 Priuatio actuum legitimorum, quæ carcerationem conſequitur, eſt perpetua. Vndè liberatus à carcere non intelligitur ad actus legitimos reſtitutus, nec reſtitui poteſt, niſi per Capitulum Prouinciale, aut per Generalis auctoritatem: Nomine autem Capituli Prouincialis non venit Deffinitorium tantùm, ſed etiam Vocales Capituli. *Ibidem quæſt.* 8.

36 Carceratis ad pœnam detrahitur forma habitus, ſcilicet Chorda, & Caputium; in Caputio namque principaliter forma habitus conſiſtit. *Ibidem quæſt.9. reſp.1. verſ.Forma autem habitus.* Quod ſi ad perpetuos carceres, non autem ad tempus quis damnatus eſſet; ipſi tonſura, & raſura regularis prohi-

Digitized by Google

betur, excepto die Paſchatis; & ſi talis condemnatus aufugiat, non tenetur habitum reaſſumere in vim, *cap. vt periculoſa de relig. domib.* neque Regularem ſibi tonſuram facere. *Ibidem reſp.* 2. Item ad perpetuos carceres damnati, Sacramentum Euchariſtiæ die Reſurrectionis Domini tantummodò, in Infirmaria, aut alio ſecreto, & decenti loco ſuſcipiant. Si verò Sacramentum pœnitentiæ poſtulauerint, illi concedatur, niſi aliud rationabiliter Prouincialis, aut loci Superior iudicauerit. *Ibidem verſ. Reſpondeo tertiò.* Verum tamen eſt, quod carceratus in perpetuum, ſicuti non poteſt ſuſcipere Sacramentum; ita ad annuam, vel frequentiorem communionem, non obligatur, & ſufficit ei deſiderium. Non tenentur Superiores carceratis huiuſmodi offerre Sanctiſſimam Euchariſtiam, & eo minus illos cogere, niſi ipſi petant. Poſſunt tamen ſuadere; pro vt charitas ſuaſerit; & ipſimet carcerati peccant mortaliter, niſi illo tempore non communicent, dum habent commoditatem. *Ibidem cap. 4. quæſt. 9. verſ. Verum tamen eſt.* Et licet poſſit Iudex aliquando confeſſionem negare carcerato, & præcipuè ei, qui adhuc ad Curiæ Informationem detinetur, tamen remota iuſta cauſa, grauiter peccaret Superior, & meritò puniendus

dus eſſet tamquam ſaluti carcerati inimicus; ſi confeſſarios ei negaret, tam enim ex charitate, quam ex iuſtitia tenetur Superior in carcerem detruſi curam gerere circa confeſſiones. *ibidem verſ. Tandem cauſa negandi*. Item carcerati ad pœnam, non ad cuſtodiam, ſexta feria coram fratribus capitulariter congregatis in noſtra Religione ſine Caputio, flagella diſciplinæ ſibi adhibere, per totum pſalmum *Miſerere mei Deus*; & in pane, & aqua genuflexi ieiuniare debent. *ibidem verſ. Reſpondeo quarto*. Licet poſſint aliquando Prælati ex graui cauſa, Diffinitorio cognita, has circumſtantias carcerationis remittere,& ſi non adimpleantur, aliquando non eſſet peccatum, poſſunt tamen à Superiore tamquam ſtatuti tranſgreſſores puniri, ſi in iſtis notabilis exceſſus exiſteret. *ibid. verſ. Reſpondeo quinto*.

37 Per noſtras Conſtitutiones in omnibus principalioribus ſaltem locis, carceres fabricari iubentur, debent tamen eſſe fortes, ſed humani, & lucidi, itaut in illis humanitas non deſideretur. Quod ſi reus vel moriatur propter inediam; vel ita ob rigorem carceris debilitaretur, vt inutilis poſtea euadat, malitia, vel negligentia Iudicis, is non tantum peccat mortaliter, ſed reus eſt homicidij, & irregularitatis: Sicuti etiam peccant mortaliter Superiores, qui nimis rigidi ſunt in delinquentium

tium punitionibus, & præcipuè in carceratorum cuſtodia, ſi vltra ſancitas regulas victus, abſtinentia macerent, lumine priuent, commoditatem recitandi Horas Canonicas denegent, libros ſpirituales, & legendi occaſiones præripiant, humidis, ſquallidis, & inumanis carceribus reos mancipent. *ibid.quæſt.*10. *in fine*.

38 Liberans aliquem à carcere, per noſtras Conſtitutiones *cap.* 7. §. 5. *de Pæn. num.* 10. *&* 11. *vel ad illius fugam conſilium, aut auxilium præbens, vel ſi illius cuſtos in id conſenſerit, poſtquam de malitia legitimè conſtiterit, carceribus arbitrio Prouincialis mancipentur. Quorum ſi particeps eſſet dolo, aut negligentia, Guardianus conuictus fuerit, officio priuetur, & grauius etiam puniatur Superiorum arbitrio. Pæn.cap.*4.*q.*9.11.

39 Iniuſtè carceratus poteſt abſque vlla peccati labe è carceribus fugere, etiam ſi iuraſſet redire; Quinimò ſecundum aliquos, etiam iuſtè carceratus, vt mortem, aut mutilationem, aut triremes ſibi imminentes, effugiat, data fugiendi opportunitate: Verum de iuſtè carceratis contrarium tenendum eſt, maximè cum fuga è carcere faciat plenam delicti probationem contra fugientem, habetur enim pro confeſſo, & poteſt in pœnam ordinariam condemnari, etiam ſi delictum non

com-

commiſiſſet, etiam ſi relaxatus è carcere poſtea fugiſſet, etiam ſi non exijſſet, ſed inuentus eſſet actu exiens, etiam ſi fugiſſet ex aliqua camera, vel Palatio Poteſtatis, in quo ſub Cuſtodibus detineretur. Quæ omnia per multos Doctores, ac Iura probat *Duegnus reg.* 362. niſi carcerem apertum reperijſſet, quia tunc non habebitur pro confeſſo, vel ſi ſpontè poſtea reuerteretur, aut non eſſet carceratus pro ſpeciali inquiſitione, ſed generali: ſiue fugeret ad vitandum aliquod graue periculum, vt ruinæ carceris, incendij inundationis, violandæ pudicitiæ, hoſtilitatis aut inuaſionis, ſæuitiæ Iudicis, &c. iuſtus enim timor excuſat. *ibidem*. Et licet non poſſit puniri is ex vi Statuti, qui apertum carcerem reperiret, cum Statutum diſponat de auxiliante, conſulente, permittente fugam: vbi apparet operatio ad aperiendum, quæ omni iure prohibetur, non verò de ipſo reo fugiente, quando naturalem opportunitatem inueniret; tamen cui negatur operatio ad terminum, negatur etiam conſecutio illius, & hac ratione ſi non poteſt admittere conſilium, auxilium, & fauorem, neque poteſt ipſe ex ſe fugere, dum nimirum iuſtè detineretur, eſſet enim totam iuſtitiam punitiuam euertere, ſi cuilibet liceret legitimum euitare iudicium. *ibidem. Pœnal. cap. 4. quæſt.* 11. *diffic.* 1.

Sup-

40 Suppoſitio autem quod ſit iniuſtè quis carceratus, & ſibi pœna capitalis immineat, poteſt euadere, etiam occidendo cuſtodem, ſicuti poteſt occidere qui impediret ſuam iuſtam defenſionem: Quæ concluſio limitatur, ſi Iudex per captas legitimas probationes in foro exteriori, in ſe tamen falſas, quod Iudex neſciat, captum condemnaret ad mortem. *ibid. verſ. Dices ſuppoſito*.

41 Carcerum effractores de iure ciuili pœna capitis puniuntur, & de hac effractione intelliguntur quæ diximus ſupra de fuga è carcere probante delictum: Fractio autem, ſeu effractura non eſt quælibet aperitio carceris, ſed violentia diſruptio; vnde ſi quis carcerem aperiret claui adulterina, vel quocumque alio artificio, quæ ſeras, vel portas non rumpat, non dicetur *Carcerum effractor*. In qua acceptione intrat quæcumque leuis fractura, quia quæcumque illa ſit, fractura eſt, putà ſi ſerarum aliquam partem, vel repagulum ruperit. *ibidem diffic.* 2. In vim tamen Statuti pœnas non tantum incurrit qui fregerit, vel ad frangendum conſuluerit, auxiliatus fuerit, &c. ſed etiam qui claui ordinaria, vel falſa aperuerit, vel vt aperiretur adiuuit; benè tamen verum eſt, quod magis puniendus eſt qui carceres effringere. Et Commentarienſis, ſeu carcerum Cuſtos, ſi fugæ conſulit, de Iure Ciuili puniendu-

nien-

niendus venit eadem pœna, qua carceratus puniendus eſſet. In noſtra autem Religione non eſt recedendum à prædicto Statuto, per quod Cuſtos pœna arbitraria punitur iuxta qualitatem doli, vel culpæ. Ad hoc autem, vt puniatur ipſe Cuſtos in vim Statuti, non requiritur eius conſenſus expreſſus, ſed ſufficit tacitus. Hinc eſt, quod ſi ſciens, vel dubitans, carceratum velle fugere, & non vigilet, ac impediat, omnem debitam diligentiam adhibendo, eſt reus fugæ, & pœna ſtatutaria plectendus. Quod etiam diſponitur de Guardiano, qui: *Si particeps fuerit dolo, aut negligentia*, officio priuetur. Dolo autem peccat, quando ſciens, vel dubitans, carceratum fugam meditari, ipſe Cuſtodem carceris in alijs negotijs diſtractiuis occupet, vel extra Conuentum mittat (relinquo cooperationem, auxilium, vel conſilium, ſi præſtarentur à Guardiano, quia plus quam cæteri puniendus eſſet Guardianus cum ope, & exemplo peccet) Negligentia autem peccare poteſt, ſi videns Cuſtodem non vigilâre circa carceratos, illum non arguit; ſi ſciens, carceres debiliter munitos eſſe, & monitus de hoc non curet neceſſaria adhibere remedia. Vel intelligens, carceratum tractare cum ſuſpectis, non remouet conſpirationes. Vel monitus à Cuſtode, vt ſibi præſidio ſit, detque ſocios, vel diſponat vigiles,

Digitized by Google

les, &c. ipſe tamen dare non curet. In his, & ſimilibus caſibus negligentia ſibi imputabitur ad pœnas. Dolus autem, & negligentia non præſumitur, niſi probetur, & ideò iure in ſtatuto apponitur. *Iuridicè conuictus*. Quod axioma fallit in omittente facere id, quod ſcit, ſe debere facere, & in faciente actum prohibitum, quia tunc præſumitur, dolus, vt in Cuſtodibus carceris, &c. Verum enim verò, ſi paruus eſſet dolus, vel leuis negligentia, non deberet Guardianus puniri pœna ordinaria. *Ibidem diffic. 3.*

52 Carcerari etiam poſſunt in Ordine noſtro hoſpites delinquentes, & puniri in aliena Prouincia: Quinimò de iure communi, non ſolùm delinquentes in alieno territorio puniri poſſunt à Superioribus illius, ſed etiam mandantes, licet non reperiantur in territorio delicti. Quam concluſionem ſequi non poſſumus in noſtra Religione, niſi mandans reperiatur in territorio vbi delictum fuit commiſſum. Quod ſi hoſpes incepto iudicio fugam arripuerit, & ad Prouinciam ſuæ profeſſionis reuerſus fuerit, non poteſt repeti à Superiore illius Prouinciæ, vbi delictum commiſit, quod ſi intra limites ſuæ iuriſdictionis incideret, poſſet ſuo iure vti, & delinquentem de delicto, & de fuga punire. *ibidem cap. 4. q. 12.* Et ſuppoſito, quod in loco delicti ſit ſtatutum diuerſum

Digitized by Google

ſum à ſtatuto ſuæ Prouinciæ, vel Generali, puniri debet delinquens iuxta ſtatutum Prouinciale illius Prouinciæ, vbi deliquit. *ibid.* Hinc etiam priuante delinquentem officio, ſuffragiorum iure, vel exilio mulctante Iudice commiſſi delicti, debet Iudex domicilij pœnas impoſitas exequi, non enim poteſt ſuam ſententiam Iudex criminis in aliena Prouincia exequi. Quod ſi Religioſus delinquet in confinio duarum Prouinciarum, tunc Superior vtriuſq; Prouinciæ poteſt procedere, & datur locus præuentioni. *Pœn.c.4.q.12. in fine.*

CARDINALES.

1 Sunt Apoſtolorum ſucceſſores, Eccleſiæ Columnæ, Papæ membra, ſuique corporis partes. Primi poſt Papam in ſeſſione, inceſſu, ſubſcriptione, ſuffragio, ſoli Papæ electores, Coadiutores, Aſſeſſores, Conſiliarij, quibus vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtratio nititur, adſciti in partem ſolicitudinis, etiamſi non in plenitudinem poteſtatis. Sicut enim Moyſes adſciuit ſibi 72. Seniores, Chriſtus 72. Diſcipulos; Apoſtoli, Diaconos; ita Chriſti Vicarius adſciſcit ſibi Cardinales, quos hinc eſſe de iure Diuino colligunt multi, licet probabilius ſit, eſſe de iure Pontificio & humano, ſed adumbratos in veteri Teſtamento, & ideò *Cardinales* appellantur, ideſt primarij, principales

mini-

Miniſtri, & Senatores, ſuper quos, tanquam ſuper Cardines Cœlum Eccleſiæ verſatur. Eorum auctoritas maxima in tota Eccleſia Catholica, ſupra Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Primates, ac etiam ſupra Reges. *Reuerendiſſimi* à Conſtantino dicti, conſulari honore donati. *Conſt.c.1.ſtat.2.§.1.*

2 Eos offendentes opera, conſilio, fauore, &c. læſæ Maieſtatis rei infames, diffidati, banniti, inteſtabiles actiuè, & paſſiuè priuati beneficijs, & feudis cenſentur, & excommunicantur in Bulla Cœnæ. Et in noſtra Religione qui in eos, & Protectorem temerè ora laxauerit, carceribus mancipatur, & pro delicti qualitate grauius punitur Superiorum arbitrio. *Conſtit. cap. 1. ſtatut. 2. §. 1.* Vide *Carcer num. 1.*

Cardinalis Protector: Vide *Protector*.

CARNES.

1 Licet eſus carnium Fratribus Minoribus ſit licitus, ita vt etiam tempore Sancti Patris Franciſci illas ſani aliquando comederint, & ab ipſomet Sancto Patre ſtatutum, quod Frater Helias ſecundus Generalis condiderat de non veſcendis carnibus, annullauerit, tamen eſus carnium debet eſſe moderatus, vt vilitas, & paupertas ſeruetur in cibis. *Conſt.c.3 ſtat.13. quæſt. 4.*

Illis

Digitized by Google

2 Illis veſci duobus diebus ante feriam quartam Quadrageſimæ, non eſt peccatum, licet conſuetudo abſtinendi à carnibus, & lacticinijs prædictis diebus omninò ſeruetur, id tamen ex deuotione, non ex intentione ſe obligandi ad mortale. *ibidem quæſt.* 3. Sicut etiam in die Natiuitatis Domini, ſi incidat in feriam ſextam. *ibid. quæſt.* 5. *verſ. Attamen*.

3 Ipſas comedentes in diebus vetitis, eſt caſus reſeruatus. *Conſt. c.* 7. *ſtat.* 5. *in fine*. Vide *Caſus reſeruati num.* 19. Carnalis actus, & tactus. Vide *Caſus reſeruati num.* 10. *Fornicatio*.

CASTITAS:

Sub præcepto Regulæ obligantur ad peccatum mortale, tenentur Fratres Minores non ſolum peccata, & occaſiones fugere, vnde Caſtitas maculari poſſit, ſed etiam ſuſpiciones, & conſilia, quibus alius de nobis aſſiceretur, etiam ſi nulla eſſet mala intentio, nullum periculum; propterea etiam ſub præcepto ex Regula, Monialium Monaſteria ingredi vetitum eſt. *Conſt. c.* 11. *ſtat.* 1. *prope fin.*

Caſtitatis violatores. Vide *Fornicatio*.

CASVS.

1 Reſeruati Miniſtris Generalibus, & Prouincialibus ex Statutis noſtri Ordinis ſunt. 1.

Nomen Dei, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Virginis Mariæ blaſphemantes. Blaſphemare eſt attribuere alicui, quod ei repugnat, vel auferre quod conuenit. Et licet rigorosè loquendo, qui blaſphemias in Dei attributa, eſſentiam, perfectiones, idiomata, ac Chriſti, & Beatæ Virginis priuilegia effunderet; non incideret in hunc caſum; tamen cum moralia præcepta, iuxta communem vſum accipienda ſint, dicendum eſt in hunc caſum incidere, qui non ſolum nomen, ſed eſſentiam & perfectiones blaſphemaret, adiunctas tamen Deo, Chriſto, & Beatæ Virgini. Vnde ſi quis malediceret Omnipotentiam, vel Scientiam, aut Prouidentiam, vel diceret Dei, vel Sanctitatem, puritatem, & non diceret Chriſti, aut Beatæ Virginis, in hunc Caſum reſeruatum non incideret: Incideret tamen ſi Sanctiſſimam Trinitatem, vel Verbum Incarnatum, vel Filiam Annæ, & vxorem Ioſeph, &c. blaſphemijs inceſſeret. Ad incidendum in hunc caſum non requiritur conſuetudo, neque viſum, neque notorium, vt ſolet reſeruari in aliquibus Eccleſijs cum nulla ex his limitationibus hic apponatur. *Conſtit. cap. 7. ſtat. 5. §. ſeu Caſu 1.*

2 Caſus, Rebus ſacris abutentes, qui Caſus non eſt idem cum illo Clem. VIII. ſcilicet, *Veneficia, Incantationes, Sortilegia, &c.* quia abu-

abuſus hic poteſt fieri ſine Veneficio, Incantatione, Sortilegio; vt in Chriſmate, Oleo Sancto ad ſedandum ſtomachi dolorem. Vel Euchariſtia ad guſtum excipiendum abuteretur, peccaret quidem caſu reſeruato; & tamen nec veneficium, nec incantatio &c. adeſſet. Caſus autem prædictus Clementis non eſt nobis reſeruatus, ſicut non omnes caſus prædicti Pontificis ſunt apud nos reſeruati. Nec caſus iſte ſacrilegium in tota ſua latitudine amplectitur, quia cum illud ad perſonas, loca, & res feratur, caſus ad res ſolas ſe arctat. Nomine autem rerum ſacrarum intelliguntur Sacramenta, ſacramentalia, vaſa ſacra, imagines, reliquiæ, ſacræ veſtes, Eccleſiæ ornamenta &c: Aduerte tandem hic, quod licet ſortilegia, & abuſus ſacrorum ad Sanctum Inquiſitionis Officium ſpectent; hoc tamen intelligitur quoad exteriorem punitionem, non ſacramentalem abſolutionem. Et in foro etiam exteriori, etiam diſtinguendum eſt, an abuſus ſacrorum, ſortilegia &c. manifeſtè ſapiant hæreſim, & tunc ad inquiſitores ſpectant priuatiuè quoad alios Iudices; ſi verò dubiè, & tunc eſt mixti fori, & datur locus præuentioni; ſi nullam hæreſim redoleant, ab Ordinarijs puniri poſſunt, & ad Inquiſitorem non pertinent. *ibid. Caſu* 2.

3 Caſus. *Quicquid in Religionis detrimentum, extra Religionem patefacientes, ibid. caſu* 3.

Digitized by Google

3 Caſus. *Diſcordias Patrum, vel depoſitiones Prælatorum manifeſtantes*. Nomine Religionis hic non intelliguntur diuerſæ familiæ eiuſdem Religionis, vt Ciſmontana, Vltramontana, Obſeruantes, Diſcalceati, & Reformati; vnde licet peccet mortaliter reuelans aliquid vni familiæ, vel Prouinciæ, quod in alterius detrimentum vergit, vel particularis fratris ex generalibus regulis famæ vel violandæ, vel reddendæ, attamen caſus non eſſet reſeruatus, qualis eſſet, ſi alijs etiam Religioſis extra hunc Ordinem reuelantur, putà Capuccinis, Conuentualibus, & multò magis Prædicatoribus &c. Item ligatur hoc caſu, non ſolum qui falſum, ſed etiam qui verum manifeſtaret. Detrimentum Religioni afferentia ſunt, ſi quis reuelaret, non obſeruari Regulam, Nouitios non benè inſtrui, Caſtitatem, Paupertatem, Obedientiam non cuſtodiri, Homicidia, vel delicta committi, carceratos eſſe, inquiſitos, ebrietates, ludos exerceri, genio vacari, orationes, diuina officia, diſciplinas, ieiunia dimitti, vulnera, verbera inſligi, litigari, Apoſtatas eſſe inquietudines vigere, Superiores aliquos perſequi, inimicitias & ſimultates, ſeu particularitates reperiri. Superiorum depoſitiones, Patrum diſſenſiones in Religione, in Prouincia, in Conuentu exiſtere: & tandem omne peccatum mortale à

quo-

Digitized by Google

quolibet particulari commiſſum, dummodo peccatum ſit graue, & de ſua natura Religionis deturpatiuum, & obſcuratiuum. Quod ſi publicantur perſonæ, vel perſonis, apud quas Religio detrimentum non pateretur, cuiuſmodi eſſent, qui negotia Religionis ſcirent, vel non ſcandalizarentur, caſus reſeruatus non eſſet; neque ſi manifeſtarentur Medico, vt morbus gallicus: Aduocato pro defenſionibus, vel conſilio. Perſonæ graui ad conſulendum, caſu & neceſſitate vrgentibus. Neque accuſantes, denunciantes &c. Religioſos ad Tribunalia, dummodo ordinatè id fiat, putà ſi relicto Prouinciali, Generali, Protectore, immediatè ad Sacram Congregationem recurreret, incideret in hunc caſum, ſicuti etiam qui extra hos caſus referret Cardinalibus, & Prælatis Religionis defectus, non ſolum autem verbis, ſed etiam ſcriptis, ſignis, & factis poteſt induri detrimentum Religionis, dummodo poſitiua adſit manifeſtatio, & publicatio, non autem ſi facilè conſentiat detrahenti, ſi non reſpondeat obmurmuranti de Religione. Denique in hunc caſum non incidit qui ſcandalum coram multis committeret, putà fornicationis, furti &c. licet hic diceretur facta publicare in Religione eſſe malos Religioſos. *ibid. caſu* 4. Et præter caſum reſeruatum incurruntur aliæ pœnæ. Vide *Reuelare num.* 10.

5 Caſus. *Calumniam in iudicio cuiquam imponentes, vel ad id faciendum inducentes. ibidem caſu quinto.* Vide *Calumnia num.* 2.

6 Caſus. *Falsò, ac ſcienter quempiam accuſantes, & accuſatum reuelantes.* Caſus iſte quoad primam partem coincidit; cum caſu præcedenti; nec incurritur, niſi ſequatur effectus. Secunda verò pars, ſi accuſantem reuelaret, caſus reſeruatus eſt tantum, cum peccati mortalis rationem inducit, cum ſcilicet ſine cauſa charitas læditur, & ſimultates in Religione excitantur, & comprehendit actuarios reuelantes parti nomina, & Iudices idem facientes, non ſeruato ordine iuris, ſed ex peculiari quadam libidine, & non tantùm accuſato, ſed etiam alijs, qui deinde publicare poſſent, & inimicitias ſerere. *ibidem caſu 6.*

7 Caſus. *Falſum teſtimonium deponentes, deponendum procurantes, alios quomodolibet infamantes: ibid. caſu 6.*

8 Caſus. *Iurati falſum affirmantes, & verum negantes.* Et quamuis ad falſitatis punitionem in externo iudicio requirantur collectiuè mutatio veritatis, dolus, & quod alteri ſit nociuum; tamen non omnia hæc requiruntur ad caſum reſeruatum incurrendum; vnde etiam ſi non ſequatur nocumentum alteri, adhuc caſus reſeruatus eſt. Benè tamen verum

eſt

Digitized by Google

eſt, quod deponens falſum in iudicio non incidit in caſum reſeruatum, impoſitum contra falſum deponentes in iudicio, ſi iudicium non ſit legitimum, putà quia Iudex eſt incompetens, vel non iuridicè interrogetur. Et licet ex Clemente VIII. videatur non incidere in reſeruatum, qui falſum deponit in iudicio ſæculari, ſed tantum Regulari; tamen ex ſtatutis incidit, quia non reperitur hæc reſtrictio. Quoad infamationem dicendum eſt, eſſe caſum reſeruatum, ſi non infamat publicè, vel occultè ſęcularem, vel regularem de falſo, vel de vero (ſecreto tamen) verbo, ſcripto, nutu &c. quod publicare non poterat, niſi excuſet paruitas materiæ, lapſus linguæ, inaduertentia, iocus &c. *ibid. caſu* 8.

9 Caſus. *Ter debitè moniti, obedire renuentes*. Et licet ad carcerandum inobedientem non requiratur dilatio vnius diei, tamen ad deducendum caſum reſeruatum requiritur talis dilatio vnius diei, & præmiſſio trinæ monitionis. *ibidem caſu 9*. Vide *Carcer num*.3.

10 Caſus. *Conſummatum carnis peccatum quodcumque committentes*. Qui caſus non includit peccatum mentale, nec conamen ad peccandum, nec tactus etiam enormis, ſcilicet prægrandis, ſed tantùm opere conſummatum cuiuſcumque ſpeciei ſit, ſiue à ſolo committatur, ſiue cum ſecunda perſona. *Statuta Pariſien-*

ſienſia caſu 10. addunt. Tactum impudicum, enormem, & ſolicitationem, incitationem ad actum carnis, quæ ſignis, tactibus, verbis, nutibus, litteris, nuntijs frequenti conſuetudine, donis, promiſſis, laudibus, adulationibus, obſequijs committi poſſunt. In hac tamen familia, nec tactus, nec ſolicitatio ſunt reſeruata. *ibid. caſu* 10:

11 Caſus. *Denarios contra præſcriptum, recipientes, tenentes, vel aſſeruantes.* In quo nota, reſeruari tantum proprietatem denariorum, non aliarum, rerum; debet autem denariorum materia eſſe peccati mortalis. *ibid. caſu* 11.

12 Caſus. *Rei ſacræ, vel notabilis furtum perpetrantes.* In rebus ſacris datur magis, & minus, ſi accipiatur ratione materiæ, & plus erit ſurripere Calicem, quàm coclear Thuribuli; plus albam, quàm amictum; & in hoc ſi ſurripiatur pannus, vel ſudariolum, aut naſitergium, non pertingens ad grauem ſummam, non eſſet caſus reſeruatus: ſi autem ſit furtum rei, quæ accipiatur ratione formæ, vt Oleum, ſanctum, Reliquiæ &c. tunc eſſet caſus reſeruatus, etiam ſi materia ſit leuis: Res autem, notabilis eſt Calix, Crux, argentea, vel aliud notabilis valoris, & furtum paruatum rerum ſæpius replicatum; Si quis hodie ſurriperet librum, altera die atramentum, alio panes, &c.

pec-

Digitized by Google

peccaret mortaliter iteratione pertingente ad materiam notabilem, & eſſet caſus reſeruatus. Et non tantùm ſi furtum eſſet de bonis Monaſterij in communi, ſed etiam de deſtinatis ad vſus particulares, vt libri, veſtes, ſcripta &c. & non tantum Monaſterij, ſed etiam ſæcularium, licet Clemens VIII. de rebus Monaſterij loquatur. *ibid. caſu* 12.

13 Caſus. *Religionis bona extra Ordinem dono dantes.* Donare proprietatis eſt, & reſeruatur, cum extra Ordinem donatur, non intra; includuntur Moniales, quibus donare non poſſumus, & incurritur caſus in omnibus illis modis, qui fuerunt à Clemente VIII. præſcripti, & ab Vrbano VIII. in Conſtit. *Nuper.* edita 16. *Octobris* 1640. qui caſus ſunt ſequentes. *Munera à Religioſis vtriuſque ſexus tribui poſſe ex cauſis gratitudinis conciliationis, beneuolentiæ, eiuſque conſeruationis erga ipſam Religionem, vel Conuentum; alijs cauſis ex ſui natura actum virtutis, & meriti concernentibus; Modeſtè tamen, ac diſcretè, & dummodo id non fiat, niſi de Superiorum licentia, ac etiam cum conſenſu maioris partis Conuentus, ſi de iure, vel conſuetudine, aut Conſtitutionibus requiratur.* Licentia Superioris requiritur, & ſufficit tacita, vel prudente præſumpta. Conſenſus autem Conuentus in Religione Seraphica, præter Conuentuales non eſt in vſu. Gratitu-

do

do igitur eſt cauſa rationabilis, imò obligatio. Quare non eſt paupertatis diſpenſatio, ſed obligationis admonitio, donare poſſe ob gratitudinem; *Modeſtè tamen*, & ſecundum ſtatum noſtrum, quia exceſſus eſſet vitium; Cum ergo ſimus & profeſſione, & affectu pauperes, donare more diuitum non debemus. Hinc in excipiendis præſertim benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinarijs poſſumus, imò debemus excedere in apparatu, in ferculis, & in alijs, quibus poſſumus illos honorare, quod etiam facimus aliquando, in receptione Prouincialium, Generalium, & aliorum Patrum inſignium, quibus lautius excipiendis, ſaltem prima vice incumbimus, ac etiam in aliquibus feſtiuitatibus, quæ laxare animum Religioſi permittunt. Modus igitur excipiendi menſurandus eſt, & à perſona hoſpitis, & à ſtatu noſtro, vt nec ambiamus iuxta qualitatem adæquatam perſonæ, illam recipere, nec ad ordinarij ſtatus modum deprimere; ſed hinc intendendo, & inde aliquid minuendo, oriatur hilare, & modeſtum hoſpitium, quod prudentis Prælati iudicio relinquitur. Plus enim, vel minus circa medium verſari moralitas ipſa ſuadet. *Conſt. cap. 7. ſtatut. 5. num. 13.*

Franciſcana Religio, & ſi à iure habeat determinare quantitatem doni, nunquam ad hoc deſcendit, nec aliquis commentator Regulæ

eam

eam determinauit. Solus enim *Sorbus* ait, quem aliqui ſequuntur. Leuiora poculenta, & eſculenta, & ad deuotionem pertinentia munuſcula non debere excedere ſummam vnius, aut duorum Iuliorum. Rerum autem minimarum ſummam, quæ inter fratres dari poſſet, non debere ſuperare duos, aut tres iulios. *Diana* tamen ex multis, quos citat, & ex oraculo Clementis VIII. putat duos nummos aureos eſſe ſummam modicam. *Fagundez* loquens de alijs Religioſis à Minoribus, reſoluit, poſſe Superiores donare de bonis Monaſterij decem ſcuta, & citat ſex alios Doctores, ſed hoc ſtat iudicio Prælatorum. Quoad nos, poſitis his declarationibus, putat Auctor, Prælatos Regulares (etiam Guardianos ex Capitulo Generali Rapiſtani apud Cordubam *in cap.6.quæſt.6. §. Et concordat Seren.*) poſſe donare ob dictas cauſas munera ad hunc valorem, aliquo modo accedentia, & etiam denarios, ſi qui tamen apud Syndicum reperirentur (nam petere illos ad hunc effectum non licet) quo caſu tale donum non daretur nomine fratrum, ſed Papæ, & benefactorum, ſicuti dandum eſſet, & ſic Prælatus, vel Conuentus declararent tantùm hic, & nunc applicandam talem eleemoſynam. Secundò ob maiorem ædificationem ſæcularium. Tertiò ne de nobis tamquam de auerſis, & tyramnis malè loque-

quęretur. Quartò ſi fuerint pauperes. Ex quo etiam probatur allata concluſio. Cauſæ actus virtutis, & meriti concernentes ſunt illæ, quæ ſpectant ad ſtatum talis Religionis, non ad alios, quia Conſtitutio fertur in ordine ad Religioſos, quos à ſua obſeruàntia abſtrahere Pontificem voluiſſe non eſt putandum. Hinc licèt Prædicatoribus, & alijs Religioſis, qui proprium in communi habent, conceſſum ſit conſanguineis ſuccurrere vſque ad quartum gradum, nobis non licebit tàm amplè eleęmoſynas extendere, maximè pecuniarias. De Parentibus verò, quibus de iure naturæ tenemur, poſſet Superior eleęmoſynam in extrema neceſſitàte erogare, ſicut poteſt concedere filio ſubdito, vt pro Parentibus, ad amicos ſpirituales recurrat. Nec debemus voluntarium meritum quærere, donando bona Conuentus, ſed illud, quod ſine offenſione charitatis, vel iuſtitiæ vitare non poſſumus: vt eſſet ſuccurrere egeno grauiter indigenti, nec ab alio potenti recipere; Infirmum in Conuentu curandum conducere, vel pro illo medicamenta quærere, quando non benè curari poſſet; incidentem in latronum manus, & in mortis periculo manentem, niſi ſuccurreretur; adiuuare, vel redimere Chriſtianum in infidelium poteſtate redactum, & negare fidem paratum, niſi redimatur. Virginem caſtitatis iacturam

ſubi-

ſubituram, ob neceſſitatem cibi, vel veſtis, niſi prouideatur &c. In his, & ſimilibus, cum aliundè remedia adhiberi non poſſint, & ſint actus virtutis, cenſet Auctor valere diſpoſitionem Vrbanam. *Conſt.c.7.ſtat.5.caſu 13.&c.*

14 Caſus. *Fratribus, vel ſæcularibus vendentes, aut quouis modo alienantes.* Ibidem.

15 Caſus. *Generalis, vel Prouincialis, aut eorum Secretarij litteras tum miſſas, tum accipiendas, impedientes, frangentes, falſificantes, vel quomodolibet intercipientes.* Ibidem.

16 Caſus. Sigillum Ordinis, vel cuiuſuis alterius Prælati, aut perſonæ notabilis falſificantes. In primum caſum incurrunt. Primò, qui litteras Generalis, vel Prouincialis, vel Secretarij eorumdem, tum ab eis miſſas, tum ad eos deſtinatas ad quoſcumque, vel à quibuſcumque, ſiuè intra, ſiuè extra Ordinem impediunt. Secundò: *Qui eas impediunt, retinent, adulterant, aperiunt, vitiant, frangunt, non legunt ſtatim, ne obediant, vel earum tenor executioni mandetur; vnde naſcatur iactura, aut dedecus Ordinis, aut ipſius Generalis propter iuſtitiæ normam, retinendo, vel oſtendendo.* Quare ſi hoc fiat ſine iactura Ordinis, & Generalis, non erit caſus reſeruatus. vtpotè ſi fiat ob curioſitatem, vel animi leuitatem, per confidentiam,

tiam, vel cum Generali, aut Prouinciali, vel cum eis, ad quos datæ fuiſſent litteræ. Et nullum præiudicium indè ſecutum fuiſſet. Hinc ſi quis contingeret litteras Generalis, aut Prouincialis ioco ad annunciandum amico, quod fuerit creatus Superior, vt ſæpè accidit, non eſſet caſus reſeruatus. Hinc etiam ſi quis per curioſitatem aperiret litteras Prælati, & poſtea clauderet, nulla immutatione facta in ſubſtantia litterarum, non eſſet caſus reſeruatus. Hinc denique ſi quis impediret ſupradictas litteras per parum temporis, non eſſet caſus reſeruatus. Tertiò eſſet caſus reſeruatus, ſi apertis litteris, falſificaretur vnum verbum, quod ſenſum mutaret in damnum proximi, vel in deriſum Prælati, ita etiam ſi illas atramento illiniret, ne legi poſſent. Quartò ſigillum Ordinis ideſt Generalis, & cuiuſuis alterius Prælati tum in Ordine, tum extra falſificare, eſt caſus reſeruatus. Et inter Prælatos Ordinis numerantur Generales, Prouinciales, eorum Vicarij, Commiſſarij, etiam ad cauſas, Viſitatores, Guardiani, & Vicarij locales, Guardiani vicem habentes. Secretarij, licèt non ſint Prælati, quia tamen poſſunt nomine ſuorum Prælatorum aliquid nunciare ſub hac lege comprehenduntur. Perſonarum autem notabilium nomine hic veniunt; non ſolum Cardinales, Reges, Duces, ſed etiam omnes Principes,

&

Digitized by Google

& Domini oppidorum. Inſignes iuris Periti, ac Medici, Patricij, qui in tali loco, & Ciuitate notam aliquam notabilitatis diuitiarum, bonitatis obtinent. Iudices, qui non ſolum notabiles, ſed etiam ſpectabiles nominantur Notarij ſi habeatur relatio ad regionem, & oppidum, non autem vniuerſaliter. Inter hos numerandi ſunt etiam Mercatores inſignes, Curati, Archidiaconi, & reliquæ dignitatès in Capitulis, & Eccleſijs. Vicarij generales, & Foranei Epiſcoporum. Generales, & Prælati aliarum Religionum; ſunt enim quilibet domi ſuæ notabiles perſonæ. Aduerte tamen hic, non venire ſub caſu reſeruato harum notabilium perſonarum ſubſcriptiones. Quod ſi quis falſificato ſigillo, vel Epiſtola Generalis, eis, non vtatur, non incurrit pœnam, nec caſum reſeruatum; incurrit tamen, ſi falſificatio fuit facta, & executioni mandata, licèt effectus indè non ſit ſecutus, putà quia litteræ falſæ cognitæ fuerunt, vel is, contra quem dirigebantur ſe defendit, & nihil propter eas paſſus eſt; ſi tamen litteras, & ſigillum ſic falſificatum mitteret, quæ per viam perderentur, nec tunc in caſum incideret. *Conſt. cap. 7. ſtat. 5. Caſu 16.*

17 Caſus. *Libellum famoſum facientes; fieri procurantes, inducentes, conſulentes. Ibid. n. 17.* Vide *Libellus famoſus. num. 2.*

Digitized by Google

18 Caſus. *Grauiter quempiam percutientes, aut contra Prælatum machinantes.* Percuſſio intelligitur tàm de fratribus, quàm ſæcularibus, Laicis, & Clericis, & de percuſſione graui, quæ includit occiſionem, mutilationem, debilitationem. vel laxationem alicuius membri, vel ex qua magna ſanguinis effuſio facta eſt, dummodò ex ore, vel naribus non effuderit. Item facta in perſonam Prælati, vel in loco publico, Eccleſia, Dormitorio, vel cum ſcandalo, vel in facie, aut oculo, vel coram Iudice. Igitur grauitas percuſſionis elicitur, vel ex qualitate perſonæ percuſſæ, vel qualitate percuſſionis, vel ex loco, vel adſtantibus; additur & aggreſſio ferro facta, vel ſecuta percuſſione, vel vulnere, vel morte, in dubio autem Prælati, vel Confeſſoris iudicium valere debet. Machinari contra Prælatos, & dolo, vel technis contra ipſos inſurgere. Quare caſus reſeruatus eſt, cum quis malo dolo quærit Superiorem perturbare inquietare, deijcere, cùm eum falsò accuſat, cum turbas in Conuentu, & conuenticula contra ipſum ciet, cùm aduerſus illum litteras ſcribit, alijs conſulit, vt aduerſentur &c. Si autem hoc faciat cum cauſa vera, licèt odio moueatur, non cenſetur machinator. *Ibid. caſu* 18.

19 Caſus. *Carnes, cum vel Eccleſiæ præcepto, vel Regulæ vetitum fuerit comedentes*

ſine

Digitized by Google

ſine ſcripta Superiorum facultate propter neceſſitatem antea impetratá. Scripta facultas non eſt neceſſaria, nec eſt in vſu, ſed ſufficit non ſolum verbalis, imò tacita, & præſumpta, quando Superioris copia non haberetur. *ibidem*.

20 *A Caſibus reſeruatis, vel ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Statutis Ordinis reſeruandis ſi quis ſine facultate à Generali, vel Prouinciali abſoluerit, eo ipſo eſt excommunicatus, & ſi in hoc vitioſus fuerit, & legitimè conſtiterit, carceretur Superioris arbitrio, ſicut etiam qui temerè affirmauerit, quemlibet à dictis caſibus poſſe abſoluere; Aut Superiorem non poſſe tales caſus ſibi reſeruare; vel per cenſuras ſubditos ligare, is tamquam errans ſeueriſſimè puniri debet Superiorum arbitrio. Conſt. cap. 7. ſtat. 2.*

21 Quam caſuum reſeruationem tenemur nos Minores ex communi, & ſpeciali iure aſſerere: *ibidem*.

22 A reſeruatis poſſumus abſolui, etiam à non habentibus auctoritatem in caſibus neceſſitatis, extra autem hos caſus temere à reſeruatis abſoluentes, ſunt excommunicati excommunicatione Sedi Apoſtolicæ reſeruata, licet non extendatur ad omnes noſtros caſus, & Clemens VIII. in decreto ſuper abſolutione à cenſuris pœnas auxit *anno* 1601. *Excommunica-*

nica-

Digitized by Google

nicationis, ſuſpenſionis, & inhabilitatis, &c. ſed loquitur de reſeruatis Papæ, & Ordinarijs locorum; Itaque remanet excommunicatio Statuti *eo ipſo* quoad illos, quos Clementina non comprehendit, quia tamen ex alibi dictis non incurruntur ſtatutariæ excommunicationes, niſi poſt declarationem, remanet ſolum reatus confeſſionis, & abſolutionis nullæ. Negantes Prælatis auctoritatem abſoluendi, vel cenſuras imponendi, Sancto Inquiſitionis Officio ſunt tradendi, tamquam qui contradictoriam propoſitionem fidei, & ad mores pertinentibus decretis pronunciant &c. *Conſt. c. 7. ſtatut. 2.*

23 *In quolibet Conuentu vnum, aut duos ſaltem qui à reſeruatis occultis abſoluant, deputet Prouincialis*; Et licet de iure poſſint deputari Pœnitentiarij, Guardiani, & Vicarij, attamen de facto inſtituendi ſunt alij præter ipſos, ne confidentia ſubditis adimatur. Qui quidem Guardianus, niſi Pœnitentiarius inſtituatur, abſoluere à reſeruatis non poteſt. *ibidem* Vide *Guardianus*, vbi oppoſitum innuenies; vel ſi omnes ex determinatis Pœnitentiarijs deficiant, antiquiores ſubrogentur, quouſque à Prouinciali prouidebitur; verum tamen eſt, quod non quælibet abſentia inducit talem ſubrogationem, ſed totalis, cum nimirum ex albo illius familiæ Conuentu diſpungitur; vnde

ſi Pœ-

Digitized by Google

ſi Pœnitentiarius abeſſet è Conuentu occaſione negotij ad vrbem, vel quæſtuationes &c. non poſſet antiquior Confeſſarius à reſeruatis abſoluere. Quod ſi Pœnitentiarij morarentur per plures dies extra Conuentum, tunc cenſentur ſubrogari antiquiores. *ibidem ſtatut. 3.*

Abſoluendi delegata facultas, niſi reuocetur, durat etiam mortuo, vel amoto concedente. Vide *Abſoluere num. 6.*

Caſus Clementis Octaui non omnes apud nos reſeruati. *Conſtit. cap. 7. ſtatut. 5. caſu 2.* Vide *Abſoluere.*

CAVSA.

Mandati ceſſante, ceſſat mandatum. *Conſt. cap. 8. ſtatut. 49. quæſt. 1. verſ. Verum ſi Generalis.*

Cauſam damni dans, damnum dediſſe videtur. *Pœnal. c. 2. quæſt. 7. reſp. 2.*

Cauſa finalis falſa vitiat gratiam, non autem impulſiua. *Pœnal. cap. 29: quæſt. 1. verſ. at vt immediatius.*

Cauſa ciuilis differt à criminali, quia hæc reſpicit vtilitatem, & vindictam publicam; illa verò vtilitatem, & commodum priuatum. Dantur etiam cauſæ mixtæ, quæ vtramque complectuntur, ſcilicet publicam vindictam, & priuatum commodum. *Pœn. cap. 2. quæſt. 5. reſp. 2.* Vide *Delictum.*

Digitized by Google

Cauſæ publicæ. Vide *Delictum*.

Cauſæ terminari debent per menſem ante Capitulum, in cauſis autem, quæ de nouo emergerent, poſſet procedi etiam poſt menſem. *Pœn. cap.* 15.*quæſt.*10.*verſ. Si autem opponas*. Vide *electio*.

Cauſa expulſionis. Vide *Expulſio*.

Cauſa incognita non poteſt Generalis abſoluere inquiſitum, eumque innocentem declarare, licet de plenitudine poteſtatis (vbi tamen per Statuta illi prohibitum non fuerit) poſſit ſuos ſubditos aggratiare. *Pœnal. cap.* 29. *q.*3. *concl.* 2. *& quæſt.* 4. Vide *Generalis*.

Celebrans. Vide *Miſſa*.

Cellæ Fratrum. Vide *Clauſura*.

Cenſura. Vide *Excommunicatio Irregularitas*. *Interdictum*. *Suſpenſio*.

CEREMONIALE.

Noſtri Ordinis obſeruandum. *Conſtit.cap.*3. *ſtat.*6. *in fine*.

CHORVS.

1 Eſt Dei, & Sanctorum Angelorum locus ſacratus, vbi diuinum agitur officium, præſentibus Eccleſiæ Miniſtris, cum reuerentia, & deuotione pſallentibus. Sicut Angeli in Cælo, ſic Religioſi ordinati ſunt in Choro, Angelorum enim eſt Deum laudare, opus Religio-

Digitized by Google

ligioſorum intenta mente pſallere, & orare.
Conſt. cap. 3. ſtat. 7.

2 Ab ipſo nullus, neque ipſe Generalis immunis exiſtit, niſi actu ſui officij functione fuerit impeditus. Non obligantur tamen ſub peccato mortali Fratres Minores ad recitationem Diuini Officij in Choro. Peccaret mortaliter tamen Superior permittens, aliquos ſine cauſa Choro deeſſe, vel quod aliquando in Eccleſia Diuinum non recitetur Officium, dummodo adſit ſcandalum, vel diſciplinæ regularis diſſolutio: *Conſt. cap. 3. ſtat. 2. dub. 2.*

3 A Choro exempti ſunt Lectores, Prædicatores per totum tempus, quo in talibus officijs occupantur, niſi per longum tempus exercitio vacarent, vt fieri ſolent à Lectoribus tempore æſtatis &c. Guardianus etiam eximitur à Choro, ſi tempore Quadrageſimæ ſiue in ſuo, ſiue alieno loco prædicet. At non, ſi legat, niſi adſit diſpenſatio Generalis, qui hoc facere non debet, nec in conſcientia poteſt: Excipitur caſus neceſſitatis, putà ſi infirmaretur Lector, vel moreretur, & alius non eſſet in promptu, qui ſupplere poſſet, vel ſi talis eſſet neceſſarius in adminiſtrando Guardianatu, & Lectoratu, quod Auctor iudicio Diffinitorij remittit. Eximuntur etiam infirmi, ſenes, & ſtudiorum cauſa occupati. *ibid. ſtat. 3. cap. 3.*

4 Pœna ad Chorum non conuenientium est pro prima vice quinquies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitare. Pro ſecunda, Diſciplina: pro tertia Ieiunium in pane & aqua. *ibid. ſtat. 2. dub. 2. verſ. Quod autem.*

5 Chori Vicarius in Capitulis Prouincialibus inſtitui debet, qui curam habere debet, vt cæremoniæ & ritus obſeruentur. *ibid. ſtat. 8. cap. 3.* iuxta Cæremoniale Ordinis, quod eſt obſeruandum. *ibidem ſtat. 6. in fine.*

CINGVLVS.

In vim noſtræ Regulæ geſtari poteſt ex canabe, lana, ex pilis, ex iuncis &c. præcipuè ſi accedat loci qualitas, & Prouinciæ conſuetudo, attamen communis vſus obtinuit, vt ex canebe fiat, & ſimplici, & rudi, ex qua vt plurimùm funes eſſe ſolent, nihil ipſi appenſum deferri debet. *Conſtit. cap. 2. ſtat. 73. dub. 3.*

CITATIO.

1 Ex de iure diuino, & naturali, antequam quis condemnetur, & omnia acta, parte non citatà, ſunt nulla; ab ipſa enim incipit iudicium, nec poteſt condi Statutum, vt procedatur abſque citatione partis: Aduertendum tamen eſt, non eſſe neceſſarium, vt citetur pars, dum proceditur per Inquiſitionem in proceſſu

offenſi-

Digitized by Google

offenſiuo ſed citatio interponi debet, completo proceſſu offenſiuo. Et quando pars non citatur, dicitur inaudita, & indefenſa. *Pœnal. cap. 1. quæſt. 4. verſ. Dubitatur autem pro declaratione.*

2 Apud Religioſos citatio non neceſſe eſt, vt fiat modo curiali, ſed ſufficit, vt vocetur à Superiore, vel per Nuncium, litteras deferentem, vel illius præceptum expedientem, nec eſt opus Nuncio determinato ex officio, ſed ſufficit quilibet Religioſus iuſſus à Prælato, etiamſi mittereretur ipſa pars oppoſita. Et licet aliquando in forenſibus iudicijs, quando pars eſt præſens non opus eſt citari, tamen in cauſis Regularium hoc non habet locum, quia Regulares rei eſſe non poſſunt, niſi expreſsè citentur. In repetitione verò teſtium, & ferenda ſententia, Regularis præſens citari non eſt neceſſe, quod tamen in proceſſu deſcribendum eſſet, ne contra inauditam partem proceſſum eſſe conſtaret. *ibidem.*

3 Probabilis doctrina eſt, non eſſe citandum abſentem, quod conſtat expreſsè nullam defenſionem ipſi competere. Sic notorius homicida vel per aſſaſſinos graſſatus, priuatur beneficijs, etiamſi non citetur, & alijs liberè conferuntur. *cap. 1. de homicidio in ſexto.* Sic Iudex poteſt ſententiare ſuper nullitate proceſſus, etiam parte non citata, quando notoriè

Digitized by Google

eſt nullitas ex defectu iuriſdictionis, vel incompetentiæ iudicij. Et in noſtra Religione non eſt citandus Apoſtata ad audiendum, ſe excommunicatum declarari, cum conſtet in Conuentu non reperiri. Et quando notorium eſt, aliquem incidiſſe in excommunicationem, non eſt citandus in declaratoria. Sic etiam non eſt citandus qui aliquem Fratrem, vel vulneraſſet, vel occidiſſet, & in fugam ſe conieciſſet, ſi delictum eſſet notorium, & inexcuſabile, & ideò poſſet in pœnam ordinariam condemnari; licet etiam comprehenſus in fraganti delicto de facie ad faciem, vbi nulla poteſt eſſe palliatio, & excuſatio: Attamen licet hæc doctrina ſatis probabilis ſit, cautius tamen eſt citare abſentem in alijs delictis ab apoſtaſia, in qua vſus obtinuit, vt conſtito quod aufugeret, in prima refectione pronunciatur excommunicatus. *ibidem*. Vide *Apoſtata*.

4 In iudicijs Regularium non requiritur trina citatio, ſed ſufficit vna, maximè ſi fiat vna pro tribus, & ſit peremptoria; & de iure communi, quando citatus perſonaliter non comparuit, quia citatus dixit, ſe nolle comparere, quando citatus ſtatim ſe abſentauit naui vel equo, quando delictum eſt notorium, quando Iudex ore proprio citauit, quando citandus ſe occultat, nec patitur, citationem ad ipſum peruenire, vel impedit per

ſe,

Digitized by Google

ſe, vel per alios, tunc poteſt condemnari etiam non citatus. *ibidem verſ. Aduertendum quarto.*

5. Subditus in aliena Prouincia exiſtens citari non poteſt, neque realiter ſcilicet per capturam, nec verbaliter, & ſolum Epiſcopis è Sedibus pulſis, in alieno territorio citare conceditur, non perſonaliter, ſed per edictum, vel per requiſitionem, aut per ſententiam, vel monitorium. Sic fugitiuum citamus edicto affixo ad valuas Refectorij, ſic contumacem diffinitiuè ſententiamus, ſic Diffinitorem per epiſtolam ad Capitulum conuocamus, & quando prima vice fuiſſet aliquis citatus in proprio territorio, poſſet de iure canonico ſecunda, & tertia in alieno citari. Et licet Prouincialis poſſet per litteras obedientiales vocare ad ſe ſuum ſubditum in aliena Prouincia exiſtentem, vt eſt in praxi, non propterea poteſt illum citare iudicialiter. *ibid. verſ. Aduertendum quinto.*

6 Citatio perpetuat iuriſdictionem, itaut ſi delegans moriatur antequam delegatus citauerit partem, delegatio ceſſat; ſi poſt citationem, non ceſsat. *Pœnal. ibid. verſ. Aduertendum 6.* Vide *Contumax.*

CLAVIS.

Qui cellæ, vel arculæ clauem exiens, Superiori,

riori, vel alteri non conſignat, puniri debet vt proprietarius in Ordine noſtro, Prouincialis arbitrio, per Statuta *cap.6.* §. 7. *num.* 5. Quando autem excuſaretur. Vide *Proprietas n.* 14.

CLAVSVRA FRATRVM.

1 Clauſura limitum deſignationes, & cuſtodias ſignificat; declarari poſitiuè debet, vel à Superiore, vel à conſuetudine illam interpretante, nec enim vnio multorum, nec domus clauſa conſtituit Regularem domum, ac canonicam clauſuram; vnde ſepta Monaſterij intelliguntur fines Monaſterij, & ideò ſtatur conſuetudini Religionis, quibus finibus terminatur clauſura. Decernere autem, quod hic, vel illa pars, hortus, vel ſilua ſit clauſura, certè ad Prouincialem ſpectat, non ad Guardianum; & ſufficit ad clauſuram, quod morentur quatuor, vel quinque Fratres cum ſuo Oratorio, ſeu parua Eccleſia, & quod Prælatus deſignauerit, tum ad effectum excludendi fœminas, tum ad immunitatem Eccleſiaſticam. Quod ſi Prouincialis non declararet ob ignorantiam, vel inaduertentiam, clauſuram, tunc completo Conuentu, & obſeruantibus omnibus talem clauſuram, ac credentibus obligare ad illam, tranſacto ſufficienti tempore, induceretur clauſura; tamen ſi poſitiuè nec Superior decerneret, nec Fratres ab introductione mulierum abſti-

Digitized by Google

abſtinerent, nunquam; euaderent clauſura regularis. *Conſtit. cap. 11. ſtatut. quinto in fine.*

2 Clauſura iam introducta, poteſt à Superiore auferri ex cauſa, putà ſi poſt declaratam clauſuram Conuentus rueret, vel in horto aliquid agendum eſſet, quod per mulieres præſtari deberet, poſſet Prælatus aperiendo ianuam, vel rumpendo parietem, aut ſepem, declarare, quod talis pars Conuentus non eſt amplius clauſura: nec tunc cellæ eſſent clauſura, niſi è Superiore pro clauſura declarentur. *ibidem.*

3 Pœnæ introducentium mulieres intra ſepta Monaſterij ex quacumque cauſa ſunt excommunicati excommunicatione latæ ſententiæ, Sedi Apoſtolicæ reſeruata, tam quoad introducentes, quam quoad introductas, & priuationem officiorum, ac perpetuam inhabilitatem, & ſuſpenſionem à diuinis ſine alia declaratione, tam Superiores, quam ſubditi, eas introducere, vel admittere præſumentes incurrunt. Ita Pius V. in Bulla incipien. *Regularium perſonarum*, & Gregor. XV. incipien. *Vbi gratiæ.* Etiam ſi ſint Comitiſſæ, Duciſſæ, aut Marchioniſſæ, etiam ſuper prætextu priuilegiorum quomodocumque impetratorum. Et licet probabiliter defendi poſſit, prædictas pœnas non incurri, niſi in caſu introductionis ſub prætextu facultatum, ſeu priuilegiorum, non au-

autem ſine tali prætextu; tamen probabilius eſt etiam ſine tali prætextu, introducentes, & introductas incurri, & ita in praxi ſeruatur in Sacra Pœnitentiaria, quod pro lege haberi debet, quinnimò rigoroſè non tantum Sacra Pœnitentiaria reſeruat ingreſſum ad inhoneſtos vſus, ſed etiam officijs priuat, & in poſterum inhabilitat Regulares introducentes tales fœminas, & abſoluendi poteſtatem Pœnitentiarijs minoribus admiſerit. *ibidem in principio cap. 5. & Pœnal. cap. 8. quæſt. 7. verſ. Sed demus caſum*, vbi ait, quod licet in Commentarijs, vbi ſupra ſecutus fuerit opinionem probabiliorem, quod ſcilicet incurrantur pœnæ ob introductionem, etiam ſine prætextu facultatum; tamen addit, quod quando ageretur de puniendo aliquo ex iſtis, poſſet Iudex alteram partem probabilitatis amplecti, & potius in miſericordiam, quam in rigorem inclinare. *Vide infra Clauſura Monialium prope fin.*

4 Reginæ, Imperatrices earum filiæ, Archiduciſſæ, Magnæ Duciſſæ, quæ regali fulgent dignitate, & quæ abſolutæ Dominæ ſunt non comprehenduntur in prædictis Bullis, ſeu Conſtitutionibus, quæ omnes cum honeſtis Damigellis, & Matronis ingredi poſſunt, cum ſolæ ingredi non ſoleant, nec deceat. Nec prædictæ Conſtitutiones præcludunt aditum mulieribus ad clauſuram, quando in clauſtro, Miſſæ

& alia

Digitized by Google

& alia diuina officia celebrantur; ac dum proceſſiones fiunt, & quando Chriſti fidelium cadauera ibi ſepelliuntur, ac etiam quando pro eis ſuffragia fiunt, & ſimiliter quando diuinum verbum proponitur in Clauſtris; vel per aliam quamcumque cauſam tantus concurſus populi fuerit, quod commodè egredi non poſſint, & ingredi per portam Eccleſiæ, tunc enim poſſunt ingredi per Clauſtrum, dummodo recto tramite accedant ad portam, quæ exit è Monaſterio. *Conſt. cap.* 11. *ſtat.* 5. *verſ. In qua etiam*. Et non ſolum occaſione Proceſſionum ordinariarũ poſſunt fœminæ Monaſterium licitè intrare, ſed etiam ſi fiant data opera proceſſionis extraordinariæ. *Quoad rectum tramitem* intelligitur, ne diuertatur ad interiores officinas, non autem quod in eodem Clauſtro publicè, & coram omnibus non poſſit aliquos paſſus diuertere, cum rectitudo ſolum ordinetur, ne à patenti Clauſtro aliò diuertat. Huc intrat proceſſio, quæ fit à ſolis Fratribus deferentibus Euchariſtiam ad infirmum iacentem in Clauſtro, vel Infirmaria; & ingreſſus in Sacriſtias, ad quas aditus ex parte Eccleſiæ patet. Et quando in Clauſtro eſſet Sacellum, in quo ad alicuius deuotionem celebraretur Miſſa: Et quando emitteretur profeſſio in Capitulo, vel Sacello, & dum datur habitus: Et quando neceſsaria eſset mulier medica ad curan-

randum infirmum : Et quando mulier inſequentes fugeret, ne occidatur. *Ibid. verſ. Reginas, & Imperatrices.*

5 Nomine Monaſterij non intelliguntur Hoſpitia in Ciuitate, Infirmariæ, extra Conuentus, Monaſteria nondum completa, nec à Fratribus Conuentualiter inhabitata. *Ibidem verſ. Monaſterij autem.*

6 Hoſpitia tamen Confeſſariorum Monialium; licet appellatione Monaſterij non veniant, tamen quia Religio illa declarat clauſuram, inducunt Excommunicationem, & pœnas, quando ingreſſu mulierum temerantur. *Ibid. in fine.*

7 Præſumentes infringere, aut damnabilem violentiam exercentes in Eccleſijs Fratrum Minorum, incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam. Sicuti etiam hoc perpetrantes in Eccleſijs, & Monaſterijs Monialium. *Conſt. cap. 11. ſtatut. 7. concluſ. 5. quæſit. 1. verſ. Reſpondeo affirmatiuè.* Vide *infra Clauſura Monialium.*

CLAVSVRA MONIALIVM.

1 *Sub excommunicationis latæ ſententiæ pœna: & officiorum; ac ſuffragiorum priuatione, nullus cuiuſcumque dignitatis, gradus, conditionis, ſexus, vel ætatis, ſine licentia ſuperioris in*

in ſcriptis obtenta, ingredi poteſt clauſuram Monialium. Ita Statutum Ordinis, *& Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reg. cap. 5. Pius V. Circa paſtoralis anno* 1566. *Regularum perſonarum*, eodem anno, *Decori, & honeſtati anno* 1596. *Gregor. XIII. Vbi gratiæ anno* 1557. Qui poſt alios vetat, ne quis *Monaſteria huiuſmodi quouis modo ingredi audeat, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, ſuper qua à nemine, niſi à Romano Pontifice, præterquam in articulo mortis abſolutionis beneficium poſſit impertiri. Abbatiſſis verò, necnon Abbatibus, Conuentibus, ac alÿs Monaſteriorum vtriuſque ſexus ſuperioribus, & perſonis quocumque nomine vocentur, diſtrictè præcipimus ſub eadem excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ne in Monaſteria, domos, & loca ſua quemquam, prætextu huiuſmodi licentiarum ingredi faciant, aut permittant. Quin etiam ſub ÿſdem pœnis, ipſo facto incurrendis probibemus omnibus perſonis eccleſiaſticis, & ſæcularibus, ac etiam Ordinum quorumcumque Regularibus, ne prætextu licentiarum, ab Epiſcopis, & alÿs Superioribus, quibus illa concedendi in caſibus neceſſarÿs tantum ex Decreto Concilÿ Tridentini tribuitur, Monaſteria ipſa Monialium pro libito, ſed pro neceſſitatibus vrgentibus dumtaxat, ingredi, neue Moniales ſub ÿſdem pœnis*

Digitized by Google

nis illos aliter admittere præſumant. Conſt.c.11. ſtat.7.concl.2.

2 Dare licentiam, & examinare cauſas neceſſarias ad ingreſſum intra clauſuram Monialium ſpectat ad Superiorem Regularem, ſcilicet ad Generalem, & Prouincialem non localem (niſi aliquando ex commiſſione) nec ad Abbatiſſam; ſi exemptæ ſunt Moniales, ſi verò exemptæ non ſint ad Epiſcopum. *Ibidem verſ. Quæritur primo.*

3 Nomine Monaſterij hic intelliguntur *Clauſura, Domus, Officinæ interiores, in alia verò loca, vbi ſæculares conueniunt, poſſunt illuc Fratres cauſa prædicationis, & eleemoſynæ accedere, quibus fuerit à Superiore conceſſum, exceptis ſemper prædictarum Monaſterijs incluſarum, ad quæ nulli datur accedendi facultas, ſine Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Ita Nicolaus III. præſcribit nobis in cap. exijt de verb. ſignif. in ſexto.* Itaque totum illud ſpatium, quod eſt muris ſeptum, & oſtijs clauſum, in quo collegialiter viuunt Moniales, à quo ipſæ exire non poſſunt ſine cenſura, intelligitur Monaſterium. Hinc collocutoria, Eccleſiæ, Confeſſionalia, non veniunt nomine Monaſterij, nec Domus aliæ, in quibus collegialiter viuunt mulieres, non tamen ex inſtitutione Apoſtolica, pro vt eſt Romę Monaſterium Turris Speculorum &c. Aduerte tamen hic, quod de Monaſterijs Monialium

Digitized by Google

nialium primæ Regulæ Sanctæ Claræ Fratres Minores habent ſpeciale præceptum in Regula de non ingrediendo illa ſine ſpeciali facultate Apoſtolica, cui non derogatur per generales conceſſiones, niſi de nobis fiat ſpecialis mentio. *Ibid. Quæritur ſecundò.*

4 Cauſæ ſufficientes ad concedendum ingreſſum, ſunt caſus neceſſarij, qui Superioris iudicio relinquuntur, quique ſint rationabiles, & manifeſti, nec poſſint à Monialibus abſque externorum auxilio præſtari, quia ſi poſsent, eo ipſo deſinerent eſse caſus neceſſitatis, ſaltem moraliter intellectæ; cui nimirum commodè à Monialibus obuiari non valeret; pro vt ſunt Confeſsarij pro infirmis, qui Confeſſiones excipiant, & alia Sacramenta miniſtrent, Opifices, Medici, Chirurgi, foſsores hortorum, vinearum cultores, mortuarum polinctores, Baiuli, Iudices cum ſatellitibus ad expellendum malefactores; qui ad mortem quærerentur ſiuè fœminæ, ſiuè mares, nec alius eſset effugiendi locus, & omnes alij caſus, quos recta ratio pro ſeruitio Monialium, aut Monaſterij dictaret: Sic etiam Superiores, & Viſitatores, qui inuigilare debent bono Monialium, & clauſuræ. *Ibidem verſ. Quæritur tertiò.*

5 Sine licentia, & cauſa talis ingreſsus prohibetur omnibus, etiamſi ſint fœminæ puel-

læ, vel habitum ſuſcipere volentes, dummodò vſum rationis habeant; ſcilicet excedant ſeptennium, iuxtà quem ſenſum declarandum eſt ſtatutum; *Si qua Monialis maſculum, aut fœminam cuiuſuis ætatis ſine licentia introduxerit, etiamſi inter virgines ſacras adſcribenda ſit, excommunicetur, priuetur velo, & carceribus mancipetur, vel grauius etiam puniatur ſuperioris arbitrio: quibus pœnis ſubiaceant Monaſterij Prefecta, Ianitrix, & Rotis Præpoſita, ſi ad hoc earum conſenſus acceſſerit; debet enim declarari de maſculis, & fœminis vſum rationis habentibus*; ad quem finem latum eſt etiam aliud ſtatutum; *Vt exactius clauſura ſeruetur, decernimus, & ſtatuimus, vt neque triticum, neque vinum, neque fruges, neque quicquam aliud, præterquam ad earum vſum, & neceſſitatem aſſeruentur, nec præterea canes, equi, & aliud generis eiuſdem animalia, etiam ad breue tempus admittantur, neque depoſitum quidquam quouis prætextu aſſeruetur, ſub pœnis Superiori arbitrarijs. Ibid. verſ. Quæritur quartò.*

6 Quamuis ingredientes ſub aliquo prætextu, & tamen aliud faciunt eaſdem pœnas, quas ſupra incurrant, verbi gratia, ſi Confeſſarius ſub prætextu auſcultandi confeſſiones in cubiculo, animo tamen alloquendi Monialem, excommunicationem, & pœnas incurrat; attamen quando ingrediens habet intentionem

tionem præſtandi, quod in licentia explicatur, & concomitantèr etiam aliud, pœnas non incurrit, licet ex prauo fine peccet mortaliter; quinimmò ſi principalius intendat aliud, non excuſaretur à pœnis, ſic etiam ſi tempore ingreſſus ceſſaſſet cauſa, necnon ſi licentia impetrata eſſet cum cauſa ſimulata; tempore autem ingreſſus in veritate ſubſiſteret, non poſſet ingredi, quia licentia à principio nulla, per nouum accidens non fit legitima. *Ibid. Conſt. c.* 11. *ſtat.* 7. *concl.* 3.

7 Quod ſi cauſa non fuerit legitima, ſcilicet licentia fuerit conceſſa ſine cauſa legitima, licet ingredientes cum tali licentia peccent mortaliter, tamen pœnas iam dictas non incurrunt, quia hic caſus non eſt compræhenſus in iuribus citatis; Immò excommunicatio Papę reſeruata à Gregorio XIII. contra facientes ingredi, & permittentes &c. non compræhendit, niſi Superiores tantum, non autem ſubditos; ſicuti etiam in verbo *Conuentibus*, non compræhenduntur, niſi Superiores, & Conſultores, ſeu Maiores, quando coacto locali Capitulo, talem licentiam indulgerent; quod ſi non eſſet coactus Conuentus, ſed aliqui conſulti maiores, tunc nec illi incurrerent, quia tunc non veniunt nomine conuentus. *Immò* etiam ſi ingredi facerent, vel permitterent ſupradicti Superiores, & Officiales, vel iubendo,

do, vel conſulendo, vel intromittendo, vel non vetando ex bona fide, & ignorantia legis, non incurrerent, quia ignorantia excuſat ab incurſu cenſurarum excepta ignorantia craſſa. *Ibid.concl.5.quæſit.3.reſp.3.*

8 Huc reducitur Statutum. *Confeſſario, cum intra ſepta Monaſterij ob neceſſitatem ad eius officium ſpectantem, erit ingrediendum, ſuperpelliceo cum ſtola ſemper indutus ſit, nec cum alijs, quam cum ſocio ſibi deputato ingredi liceat ſub pœna priuationis officij, & etiam grauiori.* Item *Superioribus tum Generalibus, tum Prouincialibus cum inuiſendæ clauſuræ, aut alia vrgenti de cauſa ingrediendum erit, ſecum ſocios probatiſſimos ducant, hi quidem duos, illi verò quatuor ad ſummum.* Item, *Non liceat quouis prætextu, vel quæſito colore intra ſepta Monaſterij comedere, aut dormire cuiquam cuiuſcumque ſit conditionis, quibus etiam ante Solis ortum ingredi (exceptis Medicis) aut poſt eius occaſum intus permanere, perpetuò interdictum ſit.* Item, *Ingredientes ad ea loca, recta via properent, & ea negotia, propter quæ ingreſſi fuerint, quam citiùs expedienda diligenter curent, & vt id exactè ſeruetur, eos curet Præfecta, antiquiores Moniales ſpecialiter deputatas comitari. Ibid.concl.3.*

9 Dormire igitur in Monaſterium Monialium, eſt peccatum mortale, & fulminatis

pœ-

pœnis plectendum, niſi adſit euidentiſſima, & ineuitabilis cauſa, putà commendationis animæ, quod in morientes exerceri ſolet. *Quicquid dicat Barboſa*: quo per acto, ſicut ingreſſi fuerint (nimirum induti alba; & ſtola cum duobus ſocijs, vel vno ſaltem indutus ſuperpelliceo) ita egrediantur, nec moram ibi faciant longiorem. Quæ quidam mora per parum temporis facta ex vrbanitate, vel aliqua leui curioſitate videndi clauſuram, non induceret culpam mortalem; extra tamen hos caſus in longa mora, non ſolum induceret peccatum mortale, ſed etiam omnes ſupradictas cenſuras. *Ibid. verſ. Quæritur ſecundò*.

10 Prelatus ſciens clauſuram ſartam tectam exiſtere, quia illam vidit diebus aliquod antecedentibus, dum ob alia negotia ingreſſus fuit Monaſterium, poteſt in actu viſitationis intrare eandem, occaſione viſitationis. *Ibidem verſ. Quæritur tertiò*.

11 Confeſſarij ingredientes ſine ſuperpelliceo vbi eſt in vſu intrare cum ipſo, peccant, aliàs minimè. Prælati verò ingreſſuri ad viſitandam clauſuram, aliaque negotia peragenda indui veſtibus non tenentur, immò nec debent. *Ibid. Quæritur quarto, & quinto*.

12 Multis de cauſis Confeſſarij ingredi poſſunt clauſuram. Primò, non ſolum cum Moniales infirmantur in periculo mortis,

ſed etiam quando diutina infirmitate detinentur menſium, annorum, & tunc non tantum quando bis in menſe in communitate communicare debent, ſed etiam ſæpiùs pro ipſarum conſolatione ſpirituali, dum ſcilicet ſcrupulis grauibus, vel internis turbantur inſidijs, quæ Sacramentali confeſſione, & prudentibus conſilijs Patris ſpiritualis expiari debent. Secundò ob celebrationem, ſi in clauſura ſit Cappella in Infirmaria, & neceſsè ſit communicare infirmas. *Quicquid dicat Barboſa de quadam declaratione Sacræ Congregationis*; quæ non conſtat, nec manauit, niſi pro particulari Monaſterio, ac proindè non debet extendi. Tertiò, pro Officio Defunctorum, & ſepultura, & obſequijs. Quarto, pro benedictione Monaſterij in Sabbatho Sancto, vel aliqua alia occaſione, qua Moniales timerent Dæmonum incurſus *contra Barboſam*. Quintò, ob electionem Abbatiſſæ, quando ſine ingreſſu fieri nequeat canonica, ſeù ſine subornationis ſuſpicione. Vide *Abbatiſſa*. Vltimo, ob Capitulum culparum, quando eſſet Monialium numerus, & talis exceſſus, vt pro bono diſciplinæ regularis, prudens Prælatus aliter iudicaret, maximè ſi adeſſet conſuetudo. *Ibidem verſ. Quæritur ſexto.*

E clau-

13 E clauſura exire non poſſunt Moniales profeſſæ, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, quæ tamen infirmitas præter alios ordinum Superiores, quibus cura Monaſteriorum exemptorum incumberet, etiam per loci Ordinarium, cognita, & expreſsè in ſcriptis approbata ſit, & hoc ad tempus neceſſarium tantùm. Aliter autem egredientes, ſeu licentiam egrediendi quomodocumque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices perſonæ, etiam conſanguineæ, laicæ, ſeu Eccleſiaſticæ, & ſæculares, excommunicationem latæ ſententiæ Papæ reſeruatam, ac pœnam priuationis officiorum, ac inhabilitatis ad alia in poſterum incurrunt. *Ita Pius V. Decori Virginum.* Immò neque Monialibus, neque Tertiarijs licet egredi è ianua Monaſterij, quæ eſt clauſura, ad claudendum aliam vlteriorem ianuam, qua patere ſolet aditus ſæcularibus venientibus, vel ad Rotam, vel ad Crates, vt vulgò dicit *Parlatoria. ibid. cap.* 11. *ſtat.* 7. *concl.* 4. *quæſit.* 1.

14 Neque Nouitijs exire licet, niſi in caſu, quo Moniales illas eſſe pœnitent, & tunc iterum recipi non poſſunt nec ad Monaſterium, nec ad habitum ſine noua facultate in ſcriptis obtenta; ſub pœna nullitatis, & graui arbitrio Superioris, ſi Abbatiſſa, & Moniales con-

Digitized by Google

ſenſerint; pœna autem hæc eſt excommunicatio lata in introducentes intra clauſuram perſonam aliquam ſine licentia. Notandum tamen hic, quod vltra caſus expreſſos à Pio V. vbi ſupra, poſſunt etiam exire Moniales ex clauſura ob alios maiores, & ſimiles, prout eſſet inundatio, inuaſio, bellum, ac alius genus infirmitatis peſtiferæ, & contagioſæ, malum, vel toti Monaſterio, vel maiori illius parti minantis, debet autem infirmitatis qualitas à peritis antea iudicari peſtifera, & infectiua, neque Superiores ad iudicium, & licentiam antea deuenire poſsunt, nec pro infirmitate quantumuis periculoſa particularis Monialis concedi debet egreſsus, quia requiritur cauſa communis, vt doctè tuetur *Sanchez* contra *Nauarrum*, cuius doctrina non eſt improbabilis in aliquo caſu. Notandum etiam, quod in caſu incendij inundationis, & belli, ſi tempus permittit, expectanda eſt licentia, & iudicium Superioris, ſin autem minimè, in quocumque caſu tamen ſemper eſset neceſsaria licentia Abbatiſsæ, quia in quocumque caſu tamen ſemper eſset neceſsaria licentia Abbatiſsæ, quia in promptu liberè poteſt, niſi illa ex timore negaret. Incendium autem debet eſse magnum, itavt recluſis Monialibus obuiare non poſſit. Quod ſi incendium vrgeret tempore noctis, & Moniales non valerent iudicare magni-

gnitudinem periculi, vel illud populo intimare, poſsent aliquæ ad vicinos excitandos pro auxilio exire, quod fieri poſset, non tantum in incendio, inundatione, ac bello, ſed etiam in inuaſione latronum. *ibidem cap. 11. ſtatut. 7. concluſ. 4. verſ. Quæritur primo 2. 3. 4. & 5.*

15 Dantur etiam aliæ cauſæ legitimantes egreſsum, ſcilicet fundatio aliorum Monaſteriorum, eorumque reformatio, aut correctio; tunc enim poſsunt Abbatiſsa, & Magiſtra Nouitiarum egredi ab vno in aliud Monaſterium. Secunda, quando aliqua Monialis in ſuo Monaſterio corrigi commodè non poſset, de quo eſt Statutum generale Valliſoletani *anni* 1593. *Quæ autem in contumacia perſeuerauerit, & Superiori obedire noluerit, carceribus mancipetur, aut etiam in aliud Monaſterium transferatur, quem recipere teneatur ſub pœna excommunicationis cuicumque ſuum Monaſterium expenſas, quoad victum & veſtitum faciat quoad vixerit, vnde huius Statuti virtute conceditur, Prouincialibus inſolentes, & criminoſas Moniales de Monaſterio ad Monaſterium transferre;* & in hoc non eſt neceſsaria licentia Ordinarij loci. Tertia, ſi Monaſterium habeat feudum, & teneatur Abbatiſsa iuramentum fidelitatis præſtare, poteſt exire, & ad Dominum feudi iuratura procedere, niſi id per Procuratorem fieri impetraret. Quarta, quando totum Mo-

naſte-

Digitized by Google

naſterium locum mutat, licet omnibus alio commigrare. Quinta, ſi indigerent victu quotidiano, & per alios mendicando non inuenirent, poſsent mittere conuerſas, vbi & neceſſitas, & vſus adeſset, ſecundum conceſſiones, & conditiones Pij V. *Circa Paſtoribus, & Gregorij XIII. Deo ſacris virginibus*. Sexta, quando infirmarentur Moniales, & quæ illis inſeruiant non haberent, poſsent intromittere aliquam, vel aliquas mulieres ſæculares ad illis ſubueniendum. Septima, quando vellet tranſire ad arctiorem Religionem, in quo caſu Sacra Congregatio concedit licentias, dummodo adſint conditiones, ſcilicet quod fuerit, acceptata prius ab alio Monaſterio, quod ſoluat dotem ſolitam præſtari ab alijs, quod non poſſit amplius ad primum redire, & quod rectè incedat comitata matronis conſanguineis; & ſecundum opinionem Sanctori, & Rodriquez, poſset concedere hanc licentiam ſolus Epiſcopus, & Superior. *Ibid. verſ. Quæritur ſexto*.

16 Cura clauſuræ ſpectat ad Superiores regulares in Monaſterijs exemptis, qui debent ſeriò ſuper illam inuigilare: quapropter eam, quotannis diligenter viſitare debent, & quæ inſtauratione, reformatione, & emendatione indigere cognouerint, ſtatim inſtaurari &c. faciant & procurent, inobedientes, & contradictores per cenſuras, & alias pœnas, appellatio-

latione poſtpoſita, puniantur &c. Epiſcopi verò in exemptarum clauſura non poſsunt ſe intromittere, licet in ſibi ſubiectis, tamquam Ordinarij; & in ſubiectis immediatè Sedi Apoſtolicæ, tamquam ab ipſa delegati, non ſolum poſſint, ſed debeant curam clauſuræ gerere. *ibidem concl.* 5.

15 In hac Viſitatione Superior oſtium, feneſtram, & vllum foramen, per quod intra, vel extra clauſuram proſpectus eſſe poſset, fieri, aut facta permanere, nullatenus permittere debet; quinimmò quamprimum obſtrui diſtrictè præcipere. Item neque quicquam intus ædificari noſtri Superiores concedant, niſi per eos diligenter prius recognitum, neceſsarium eſse iudicetur. Arbores quaſcumque ad clauſuræ parietes intus, & foris adhærentes, aut nimis propinquas euellendas procurent, implorato etiam Epiſcopi, & Magiſtratus ſæcularis, ſi opus fuerit, auxilio. Portæ clauſuræ, ita ex omni parte compactæ ſint, & cohæreant; vt per eas nec aſpectus, nec aliquid vel minimum intromitti poſſit. Omnes enim illæ cautelæ ad integritatem clauſuræ ſpectant ſecundum magis, & minus. Vnum inter illa graue eſſe poſſet, ſi foramen aliquod, per quod ingreſſus pateret, relinqueretur, vel fieret, quia immediatè repugnat clauſuræ: Et Superiores, ac Moniales in hoc delinquentes, grauiſſimè

puni-

puniri debent. Si quis autem faceret; vel in pariete, vel in porta, foramen ad proſpectum, vel ingreſſum, etiamſi non intraret, excommunicationem ipſo facto incurreret Papæ reſeruatam. *Conſtit.cap.* 11.*ſtatut.*7.*concl.*5.*quæſit.*1.

18 Circa collocutoria, crates, turnos, feneſtrellas pro excipiendi confeſſionibus, & ſacra Euchariſtia miniſtranda, portas, loci oſtia Monaſterij Monialium nobis ſubiectarum, adſunt in Ordine *Statuta*, ad quæ relatio habeatur. Qualitas autem tranſgreſſionum circa illa, metienda eſt à materia ipſa, quæ ſæpiſſimè mortalem culpam poteſt admittere, & experientia docuit quantum mali, vel negligentia circa parlatoria, vel indulgentia circa feneſtrellas, ac fores, minus quam par ſit ſeptas, & cuſtodias, inducere poſſit. *Ibidem quæſit.* 2.

19 Sicut conſenſus omnis, & permiſſio eorum, quorum intereſt, & auxilium præſtitum ad colloquendas Moniales, eſt peccatum mortale, quando collocutio eſt mortalis; ſic etiam in ſententia comprehendentium in Bullis Pij V. & Gregor. XIII. ingredientes Monaſteria Monialium, & Virorum, non ſolùm ſub prætextu licentiarum à Sede Apoſtolica conceſſarum, ſed etiam quomodocumque ſine cauſa, & licentia, ſunt excommunicati, & pœnas incurruntur ingredi facientes, & permitten-

ten-

Digitized by Google

tentes, & in alia ſententia conſulentes, auxiliantes, cooperantes, vel permittentes ingreſſum in Monaſteria Monialium, non ſunt excommunicati. *ibid. quęſit. 3. reſp. 4.*

20 Non ſolum Moniales egredientes ſine licentia legitima, ſed etiam concedentes, comitantes, & receptantes, excommunicationem Papæ reſeruatam, vltra alias pœnas incurrunt latas à Pio V. *Decori &c.* non tamen conſulentes, vel permittentes, quia de illis non fit mentio, nec ſub illa particula *quomodocumque concedentes* includuntur permittentes, licet aliquando in fauorabilibus idem ſint, tamen in odioſis, vbi agitur de grauiſſimis pœnis, nomine conceſſionis non venit permiſſio; ac proinde in caſu noſtro, illud *quomodocumque concedentes*, ſe tenere debet ad conceſſionem, ſiue ſcriptam, ſiue vocalem, ſiue tacitam, ſiue expreſſam, & compręhendit quemcumque conſenſum ad hoc voluntarium, non tamen permiſſionem, quæ non eſt conſenſus in rem, ſed negatio prohibitionis, ac impedimenti, &c. *ibid. quæſit. 3. reſp. 4.*

CLERICVS.

1 Eximitur à poteſtate ſæculari de Iure Diuino quoad ſpiritualia; de Iure autem humano tam Imperatorio, quam Pontificio, quoad ea, quæ non ſunt ſpiritualia, nec ad ſpiritua-

tua-

Digitized by Google

tualia pertinent, vt crimina, exactiones, tributa &c. & nullus Princeps ſæcularis poteſt hanc exemptionem tollere, quinimò neque Summus Pontifex poſſet illam in vniuerſum abrogare, vel ſaltem peccaret, ſicut ſi abrogaret Canonem, *Si quis ſuadente Diabolo*. *Pœn. cap.* 18. *quæſt.* 1.

2 Licet in odioſis appellatione Clericorum non veniant Monachi. *Conſtit. c.* 2. *ſtat.* 57. *concluſ.* 5. & *Pœnal. cap.* 8. *quæſt.* 11. *verſ. Dices Pius V*. In fauorabilibus tamen veniunt. *Pœnal. c.* 18. *quæſt.* 1. *verſ. In his omnibus*.

3 Clericus parans delictum, & commiſſo delicto fugam meditans, capi poteſt, etiam à laico ſine mandato Ordinarij, quod idem dicitur, ſi in fragranti crimine repetiatur, & non ſolum à Iudice laico, verum etiam à quocumque priuato, ſed ſtatim duci debet ad ſuum Iudicem competentem intra ſpatium 24. horarum. Notanter dictum eſt de accincto ad committendum delictum, vel de delinquente iam, & fugam meditante, quia extra hos caſus capi non poſſet à laico. *ibidem Pœnal. cap.* 8. *quæſt.* 8.

4 Clerici nec per ſe, nec per alios quoquo modo dictare poſſunt pœnam ſanguinis, nec ad alicuius mortem concurrere, docere, vel operari. *Pœn. cap.* 21. *quæſt.* 2.

Clerici quoad Ordines ſuſcipiendos. Vide *Ordo*.

Cogna-

Cognatio: Vide *Affinis*.

Collatio ſerotina. Vide *Ieiunium*.

COMMISSARIVS.

1 Generalis (quando Miniſter Generalis de Ciſmontanis electus fuerit) inſtitui debet in partibus Vltramontanis ab eiſdem Vltramontanis Fratribus eligendus, cui Commiſſario Generali, Miniſter Generalis ſuper vltramontanos fratres vices ſuas committat, prout Generali Capitulo expedire videbitur; ita tamen quod Commiſſarios præfato Miniſtro Generali omnimodè ſubijciatur, vt cæteri dicti Ordinis Prælati ſubijciuntur, ac illi per omnia ſecundum regulam obedire teneatur: qui quidem Commiſſarius Generalis per triennium ſolùm generalis commiſſionis fungatur officio. Ita *Leo X. in Bulla Ite & vos. Conſtit. cap. 8. ſtat. 35.*

2 Eius auctoritas eſt ordinaria, & quanta eſt ipſius Generalis, niſi fuerit limitata; vnde debet viſitare iſto triennio ſuam familiam, ſiue per ſe, ſiue per alios; nullus ab eius obedientia eximitur, & licet ſubijciatur Generali, tamen poteſt ſuum exercere officium, etiam Generali præſente, niſi ipſe aliquas caſus, & Prouincias ſibi viſitandas reſeruauerit. Poteſt Superiores, & ſubditos ſuæ familiæ, etiam à Generali inſtitutos corrigere, eadem auctoritate, qua

qua vteretur Generalis, niſi aliud caueatur: Poteſt etiam exacto officio duos ſibi ſocios eligere, & remanet Pater perpetuus ſuæ familiæ. *ibid. quæſt.* 2

3 Reſtringitur eius auctoritas in omni eo, in quo per Conſtitutiones Apoſtolicas, & ſtatuta Ordinis eſt reſtricta auctoritas Generalis, ac etiam, quæ ſpeciali iure Miniſtro Generali committuntur, Commiſſario Generali non ſunt conceſſa, prout eſt licentiare laicum profeſſum ad Clericatum, incorporare in alienam Prouinciam, diſtribuere Miſſas, mittere Fratres ad partes Hieroſolymitanas, deſtinare Fratres ad Romanam Curiam, dare votum in electionibus Prouinciarum, diſpenſationes ſpeciali iure ad Generalem remiſſæ, celebratio Congregationis Generalis, attamen primo, & vltimo exceptis poſſunt Commiſſarij Generales in omnibus alijs ſe intromittere. *ibidem quæſt.* 3. Non autem poteſt Statutum Religionis mutare, ſeu intentare nouitatem in Ordine, vnde non poteſt dare licentiam Procuratoribus, & Commiſſarijs Curiæ tractandi negotia, quæ ad totum Ordinem ſpectant, ſicut poteſt Generalis, qui eſt caput totius Religionis, quod non eſt Commiſſarius Generalis, immò nec abſolutum ſuæ familiæ. *Conſt. cap.* 8. *ſtat.* 35. *quæſt.* 3. *verſ. Tertio non poſſunt pag.* 655.

4 Commiſſarius Generalis Ordinis auctori-

ctoritatem habebat in Procuratorem, & Commiſsarium Curiæ Romanæ, & poſtea in Cap. Toletano anno 1633. reuocata fuit hæc auctoritas. Verum quia ex hac reuocatione multa inconuenientia emergebant, Vrbanus VIII. 18. Nouemb. 1641. motu proprio reuocationem abſtulit, & auctoritatem Commiſsarij Generalis ſupra Officiales Curiæ in priſtinum reſtituit; vbi notandum eſt, per ſupradictum Vrbanum, reuocatum fuiſse Statutum Toletanum tantùm; ita quod ſi ex alio Statuto, vel ſpeciali ordinatione aliquis eſſet à iuriſdictione Commiſſarij Generalis exemptus, non eſſet ſubdendus ex vi Vrbanæ Conſtitutionis. Per hanc verò auctoritatem ſibi reſtitutam non poteſt Commiſsarius Generalis ſe immiſcere, vel impedire officium Prælatorum Curiæ. Sic etiam Commiſſarius Generalis eſt Suprior Prouincialium, & Guardianorum; eorum tamen officia impedire non poteſt ſine cauſa. *ibid. verſ. Noto quarto*.

5 Auctoritas Commiſſarij Generalis reſtringi poteſt à ſolo Miniſtro Generali etiam extra Capitulum; & licet non debeat Generalis credere facile quærelis contra Commiſſarium Generalem delatis, tamen poteſt in altera familia exiſtens probè noſſe auerſionem Commiſſarij Generalis ab aliqnibus Prouincijs, & Fratribus, vel eorumdem ab ipſo, &

M ſic

2 Poteſt etiam negari Confeſſio Sacramentalis, donec compleatur proceſsus offenſiuus, ne conſilium ſub prætextu confeſſionis requirat, cæteris ſine graui peccato negari non poteſt, quia eſt Sacramentum neceſſitatis, & ſine periculo fugæ concedi poteſt. *ibidem*.

Commutare: Vide *Proprietas*.

COMPVTVS.

1 Exigere à Commiſſarijs, & Prouincialibus Terræ Sanctæ, neceſſarium eſt, ad experiendam ipſorum fidelitatem, *Conſt. cap.* 12. *ſtat.* 5. *q.* 2. *reſponſ.* 6.

2 Guardiani quolibet menſe reddere debent computum eleemoſynarum Communitati, quas ſi fraudaſſe, vel donaſſe legitimè conſtiterit, ſint ipſo facto excommunicati, priuati ſuffragijs, & officijs in perpetuum, & carcerari Superiorum arbitrio pro fraudis, & dilapidationis qualitate debent. Dicitur autem computus à computare, & computatione, & accipitur pro rationum redditione, ſeu traditione, quod non dirigitur ad oſtendendum aliquod dominium, & ideo non eſt contra noſtram Regulam talis computus redditio, dummodo proprio non fiat, ſed ad experiendam tantum fidelitatem Guardiani, & Sindici; præcipitur igitur Guardiano, vt ſingulis menſibus, vocato Sindico coram Communitate Fra-

trum recepti, & expenſi rationes exponat. Quod ſi Sindicus nollet ad reddendum computum accedere, ciuiliter compelli non poſſet, ſed per exhortationem, & preces poterit rogari, vt veniat computum oſtenſurus; quod ſi tandem facere noluerit, debet Guardianus inſinuare Prouinciali Sindici duritiem, vt eum ab officio amoueat, & alium magis accommodatum inſtituat. Interim ſi ob Sindici renitentiam Guardianus Statuto parere non potuit, nulla erit ratione plectendus. *Pœnal. cap. 7. caſu 15. diffic. 1.*

3 Quod ſi Communitas vitioſam agnoſcat adminiſtrationem, accuſare apud Prælatum poterit, non quidem condemnare Guardianum, quia ſubditorum non eſt in Superiorem inſurgere. Poteſt etiam Communitas dicere coram Guardiano, quod talis partita non eſt vera, talis expenſio non eſt legitimè facta &c. vt ſciat ſe coram teſtibus, & arbitris rationes reddere. Subditi autem peccarent mortaliter non tantum contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, ſi computo non attenderent; excuſarentur tamen aliqui, & maximè ſimplices, ſi pro certo haberent alios maiores, & diligentiores attendere rationi calculi &c. *ibidem difficult. 2.*

4 Cauſa legitima exiſtente, ob quam computus quolibet menſe non redderetur, non

eſſet

eſſet peccatum per ſtatutum punibile, extantibus maximè adnotationibus accepti, & expenſi, quæ etiam in fine anni videri poſſent. Sine cauſa autem non poſſet ſe tueri Guardianus contra pœnas Statuti, quod clarum eſt. Quando autem diſſuetudini traditum eſſet ſtatutum, puniri non poſſet, & de facto inter Reformatos ita practicatur, qui omnia iſta eleæmoſynarum negotia Sindico peragenda committunt; qui etiam debent ex natura ſuorum officiorum ſcire, ſi apud Sindicos ſint debita, & quid eleæmoſynaliter aduenerit, vt rectè de illis diſponant, & Deum pro benefactoribus rogent. *ibid. Pœnal. cap. 7. caſu 15. diffic. 3.* Vide *Fraus. Proprietas. Carcer.*

Computus adminiſtrationis bonorum Monialium. Vide *Moniales. Monaſterium.*

CONATVS.

Non poteſt puniri, niſi lege cautum ſit, aut deuentum ſit ad actum proximum, & tunc non pœna ordinaria, ſed extraordinaria, pro maiori, vel minori approximatione ad actum. *Pœnal. cap. 2. quæſt. 6. reſp. 2.*

CONCILIVM.

Generale legitimum eſt, regula infallibilis fidei, & non poteſt errare in ijs, quæ in doctrina fidei definit; vel quæ approbat in ma-

Digitized by Google

teria morum. *Conſtit. cap. 7. ſtatut. 2. in fine.*

Concilijs Generalibus, & Apoſtolicis litteris maximus debetur honor, & maximis pœnis reus efficitur, qui ea ſpernit. *Conſt. cap. 7. ſtat. 1. §. 12.*

Concionator. Vide *Prædicator.*

CONFESSIO. CONFESSARIVS.

1 Confeſſio iudicialis duplex, altera ficta, quæ reſultat ex contumacia, & ex fuga; altera vera, quæ fit ore proprio, ſiue nutu, vel ſcriptura, ſi mutus eſſet. *Pœnal. cap. 1. quæſt. 4. dub. 3.* Vide *Contumax num. 4.*

2 Confeſſio vera ad hoc, vt faciat plenam probationem, debet ſubſequi ad ſufficientia indicia, vel ad ſemiplenam probationem, ideſt ad dictum vnius teſtis omni exceptione maioris; & tunc Confeſſio inducit pœnam ordinariam, Confeſſio enim rei habita iuris ordine ſeruato, non ſolum releuat actorem ab onere probandi, ſed etiam eſt veriſſima probatio criminis, & dicitur verior, potentior, & probatio probata, imo maior quouis publico inſtrumento, & multi Doctores dicunt, quod concurrente quærela partis in delictis facti tranſeuntis, ſola confeſſio delinquentis ſufficit ad condemnandum. Et *Marſilius* ait, eſſe communem opinionem, quod ſpontaneè con-

fef-

ſeſsus, præcedentibus legitimis indicijs, poteſt condemnari, etiam ſi proceſsus inordinatus ſit. *Conſtit. cap. 1. ſtat. 1. §. 11. & Pænal. cap. 10. quæſt. 2. diffic. 2. in fine*; vbi etiam habetur, quod vnica rei confeſſio ſponte, & non vi tormentorum extorta, & etiam ſi per tormenta extorqueatur, dummodo poſt tormenta ratificetur, ſufficit ad condemnandum; requiritur tamen officium Iudicis. Verum tamen eſt, quod confeſſio de crimine infamante, etiam facta in iudicio, non infligit infamiam iuris, quæ ſolum conſurgit ex ſententia condemnatoria. Confeſsus enim in criminalibus non habetur pro condemnato, ſed requiritur ſententia. *ibidem* Vide *Infamia num. 3.*

3 *Si Frater Minor peccati pænitens ſuum Prælatum coram teſtibus confeſſione præuenit, poteſt Prælatus pro prima vice tantum de conſilio teſtium, impoſita ſalutari pænitentia, confitentem ab externo iudicio liberare, proteſtatione tamen præmiſſa, ſi relabatur etiam de condonatis in iudicio rationem exacturus. Ita Stat. cap. 7. ſtat. 6.* Salutaris autem pœnitentia quæ imponitur de teſtium conſilio, non conſenſu, Prælato arbitraria eſſe debet, non grauis. Praxis etiam iſta eſt in viridi obſeruantia in Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officio, vt refert *Amerius 2. p. direct. pag. 170.* Debent tamen rei præuenire iudicium, quia ſi accuſati fuiſsent,

feſsus, præcedentibus legitimis indicijs, poteſt condemnari, etiam ſi proceſsus inordinatus ſit. *Conſtit. cap. 1. ſtat. 1. §. 11. & Pœnal. cap. 10. quæſt. 2. diffic. 2. in fine*; vbi etiam habetur, quod vnica rei confeſſio ſponte, & non vi tormentorum extorta, & etiam ſi per tormenta extorqueatur, dummodo poſt tormenta ratificetur, ſufficit ad condemnandum; requiritur tamen officium Iudicis. Verum tamen eſt, quod confeſſio de crimine infamante, etiam facta in iudicio, non infligit infamiam iuris, quæ ſolum conſurgit ex ſententia condemnatoria. Confeſsus enim in criminalibus non habetur pro condemnato, ſed requiritur ſententia. *ibidem* Vide *Infamia num. 3.*

3 *Si Frater Minor peccati pœnitens ſuum Prælatum coram teſtibus confeſſione præuenit, poteſt Prælatus pro prima vice tantum de conſilio teſtium, impoſita ſalutari pœnitentia, confitentem ab externo iudicio liberare, proteſtatione tamen præmiſſa, ſi relabatur etiam de condonatis in iudicio rationem exacturus. Ita Stat. cap. 7. ſtat. 6.* Salutaris autem pœnitentia quæ imponitur de teſtium conſilio, non conſenſu, Prælato arbitraria eſſe debet, non grauis. Praxis etiam iſta eſt in viridi obſeruantia in Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officio, vt refert *Americus 2. p. direct. pag. 170.* Debent tamen rei præuenire iudicium, quia ſi accuſati fuiſsent,

vel captæ informationes, vel quoquo modo cæptum iudicium talis confeſſio illis ſuffragari non debet in foro exteriori, quia præſumitur facta per metum, ſi tamen conſtaret Prælato, quod reus neſciret, ſe præuentum eſse à delatore &c. poſset etiam ex abundantia pietatis ad hoc benignum tribunal admitti. Difficile tamen erit id probare, cum non ſit illi credendum. Praxis autem abſoluendi ſpontaneè præuenientes, eſt, quod Prælati ſcribant talem confeſſionem cum ſubſcriptione confitentis, & teſtium, & proteſtatione de futura inquiſitione, & punitione confeſſi delicti in caſu reincidentiæ. Ac ſubiungant ſententiam abſolutiuam cum ſpecificatione pœnitentiæ, vt in omnem euentum pro, & contra conſtare poſſit: Teſtes autem eligi debent ab ipſo confitente, & poterit Prælatus illis ſub grauiſſimo præcepto ſilentium imponere, illoſque monere de naturali obligatione, quam habent conſeruandi famam proximi; aliàs enim ad famæ reſtitutionem tenerentur, ſicut & ipſe Prælatus; cum nulli fas ſit ſecretum fratris peccatum reuelare. *Conſt. cap. 7. ſtat. 6. in fine.*

4 Confeſſio Sacramentalis debet ab omnibus noſtri Ordinis Fratribus ex vi Statuti fieri, ſaltem bis in hebdomada. *Conſtit. c. 5. ſtatut. 3.* debetque præire Communionem. *ibidem*: immò magis neceſſaria eſt ad perfectionem acqui-

ren-

rendam, Confeſſio, quam Communio. Non tenentur autem ſub peccato mortali ex vi talis ſtatuti ad frequentiam confeſſionis, & communionis, niſi in caſu contemptus, & ſcandali, & eo magis ſi peccata mortalia non habeant: Immò communis ſententia eſt, fideles non teneri ad annuam confeſſionem in vim *cap. Omnes vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.* Si peccata mortalia non habent, & ad vitandum ſcandalum ſufficere, quod ſe Confeſſario præſentent, fateanturque ſe mortalia non habere; & tamen præceptum illud annuæ confeſſionis obligat ſub mortali, quod non facit ſtatutum. Itaque Religioſus, etſi optimè faciat, ſi bis in hebdomada, & ſæpius venialia confiteatur, tamen poſſet ad vitandum ſcandalum dicere Confeſſario, ſe non habere materiam neceſſariam, quam confiteatur. Quoad mortalia verò, licet ex vi ſtatuti ad hanc confeſſionem non obligetur ſub mortali, ex vi tamen ſtatus Regularis, qui tendentiam ad perfectionem includit, tenetur, cum quilibet teneatur ſub mortali tendere ad perfectionem; tenetur etiam quocumque tempore peccata remouere mortalia. Poſſet nihilominus id ipſum præſtari per contritionem, includentem votum Sacramenti; at quia cognoſci non poteſt, an vera ſit contritio, totius erit ad confeſſionis remedium recurrere. *Conſtit. ibid. c. 5. ſtat. 3. in fine.*

An

Archipresbyteri. *Ibidem quæſt.* 2.

7 Cuſtodes noſtri, modò cum non habeant ſubditos, ſicut habebant antiquitus, non ſunt proprij Sacerdotes. Et licet in Statutis Ordinis *tit. de Abſolutione ab excomm. ob violentam manuum iniectionem* dicatur: *Poſſit Cuſtos, vel Guardianus abſoluere, ſi Miniſtri, aut Cuſtodis præſentia infra triduum haberi non poſſit*. Vndè videtur eſſe Ordinarius quoad principaliorem caſum Sedi Apoſtolicæ reſeruatum, & per conſequens proprius Sacerdos: Attamen reſpondetur, vel quod hic eſt caſus vnicus, & ſingularis, quem non licèt extendere; vel loquitur de Cuſtode Reformatorum; qui antiquitus erat Prælatus, vel retenta eſt forma loquendi antiquorum Statutorum, & cum verè nunc iuriſdictionem non habeat, ſtandum eſt modernis iuribus: Vel loquitur de illis Prouincijs, in quibus tempore, quo emanatum fuit præfatum Statutum, adhuc Cuſtodes remanſerunt. Ex quo reſoluitur, Cuſtodes non eſse proprios Sacerdotes. *Ibid. quæſt.* 3.

8 Commiſsarij, aut Viſitatores ad particulares Prouincias deſtinati, non poſsunt Confeſsarios inſtituere; ſunt tamen proprij Sacerdotes; vndè in fine viſitationis abſoluunt Fratres à cenſuris, & cum eis diſpenſant: De Commiſsarijs autem Generalibus nulli dubium eſt; ſicut & de Commiſsarijs Curiæ in ſuos ſubditos.

tos.

tos. *Ibidem quæſt.* 4. Vide *Procurator Generalis num.* 7.

9 Clem. VIII. *in Conſt. de Caſibus reſeruatis* prohibet Prælatis, ne ſubditorum confeſſiones excipiant, niſi ſponte ad illos occurrere volentium. Quare de iure inſtitui debent Confeſſarij alij à ſuperioribus, non ſolum qui ſint Pœnitentiarij, ſed etiam qui ordinarias confeſſiones audiant. Quod intelligi debet de peccatis mortalibus, immò etiam extra Ordinem, & Religioſis, & ſæcularibus confiteri poſſumus in caſibus neceſſitatis, præcipuè ſi ſit mortis articulus, iuxta *Trident ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *Nulla eſt reſeruatio in articulo mortis, atque adeò omnes Sacerdotes quoslibet pænitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt.* Hinc Statutum noſtrum. *Confiteri extra Ordinem, præterquam in neceſſitatis articulo, & tunc de Superioris licentia, Apoſtolicis Conſtitutionibus prohibetur:* Quinimmò ſi de reſeruatis agatur ab aliis, quàm à Fratribus Ordinis abſolutio impendi non poteſt; ait enim Regula: *Si qui Fratrum inſtigante inimico &c.* iniungi faciant *per alios Sacerdotes Ordinis*; licèt Corduba non putat, vetitum eſſe Miniſtris per Regulam noſtram poſſe delegare abſolutionem extra Ordinem, cum in Regula ſolum prohibeatur delegatio reſeruatorum publicorum, & pro foro exteriori, atque adeo ſi non obſtarent Conſti-

tutio-

tutiones Apoſtolicæ,adhuc poſsent; & de cenſuris affirmatiuè tenet. *Ibid.q.5.*

10 Caſus autem neceſſitatis ſunt. Primus, ſi reperiatur in terris infidelium, vbi noſtri Ordinis Sacerdotes non ſunt: ſecundus,ſi neceſſitetur celebrare, aliàs ſcandalum ſequeretur: tertius non ſolum in mortis articulo,ſed etiam in probabili periculo, putà ſi timeretur hoſtis, prædo, crudelitas potentis, tempeſtas, minus proſpera nauigatio, tranſitus per itinera periculoſa; & inſidijs obnoxia; Hæc enim ad articulum mortis reducuntur, & boni viri iudicio determinari debent: quartus eſſe poteſt, ſi vrgeatur periculoſis tentationibus, & muniri ſe exiſtimet peccatorum confeſſione, ne cadat in peius. In his ſiquidem, & ſimilibus caſibus, non tantùm conceſſionibus Apoſtolicis, & Ordinis, verum etiam diuino, & naturali iure vti poſſumus, & antiquitus liberum erat cuilibet fideli cuilibet Sacerdoti confiteri. *Ibidem quæſt.6.*

11 Licentia Superioris requiſita ad confitendum extra Ordinem ſufficit, ſi fuerit generalis, & etiam præſumpta,& licèt ſubditus malitioſè noluiſſet; diſcedens à Prælati præſentia, talem licentiam petere, conſtitutus tamen in vera neceſſitate; adhuc legis concèſſione vti poterit. Quinimmò in licentia itinerandi implicitè continetur licentia confitendi extra

Or-

reſpectus, & eo minus facilitas extorquendi confeſſionem, quæ recidiuæ ſolet, vt plurimum fomenta præbere. *Ibid.q.*10.

13 Deligere Confeſſarium &c. independenter ab alijs poſſunt Epiſcopi, & alij Superiores, necnon minores Prælati exempti præter ſui Superioris licentiam; Inter Prælatos autem exemptos numerantur Generales, Prouinciales, Commiſſarij, Viſitatores, Superiores locales, Commiſſarij, & Procuratores Curiæ Romanæ, & non ſolum in Conuentu, vel iuriſdictione, verùm etiam extra, ſicut etiam poſſunt, & ſubditorum confeſſiones audire etiam extra, quia priuilegium eſt perſonale, non locale; Nec requiritur, quod talis Confeſſarius electus ſit ex approbatis, approbatur enim per ipſam electionem: Vicarii autem Conuentus, dummodò abſolutè Conuentum regant in abſentia, vel morte Guardianorum habent etiam hanc facultatem eligendi ſibi Confeſſarium, immò Portella *verb. Confeſſ. Regular.art.*22. ait, Guardianos poſse abſolui à Confeſsario à ſe electo, etiam à reſeruatis. Auctor tamen hoc Portellæ dictum reprobat, eò magis, quia concedens licentiam eligendi Confeſsarium, & nihil aliud addendo, non cenſetur concedere facultatem, qua poſſit à reſeruatis abſolui. *Ibidem Conſt. cap.*7. *ſtat.*1. *quæſt.*7.

Ap-

Digitized by Google

14 Approbari autem debet Confeſsarius, non ſolum quoad ſæculares, ſed etiam quoad Regulares à proprijs Superioribus. Modus verò approbandi Confeſſarius Regulares eſt, *vt eligantur in Capitulo Generali, vel Prouinciali aliquot graues, & periti ex fratribus cuiuslibet Prouinciæ ſaltem tres, qui admittendos ad prædicationem Verbi Dei, vel ad audiendas confeſſiones, etiam ipſorum fratrum, ac Lectores publicos, diligenter ſimul examinent priuſquam probentur, & ad huiuſmodi miniſteria admittantur*. Decreuit Clemens Octauus. *Ibidem quæſt.*8.

15 Non poſsunt autem noſtri Superiores ad Confeſſiones admittere ſine examinatoribus Capitularibus, exceptis Generalibus, qui licet teneantur Confeſſarios à ſe admittendos examinare, vel examinari facere, non tamen tenentur adhibere examinatores Prouinciæ: Nec obeſt, quod eligi debeant in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, quaſi vtroſque comprehendat; nam ibi ſermo non eſt de noſtris Capitulis generalibus, in quibus nunquam nec electi ſunt, nec eliguntur examinatores, ſed de illis Religionibus, quæ ſola generalia Capitula celebrant, in quibus per triennium ſuperiores, & officiales ſuos inſtituunt, vt ſunt Vallis Vmbroſæ, Sanctorum Barnabæ, & Ambroſij, Ciſtercienſes, & alij &c. Item exa-

examen hoc debet fieri per modum congregationis, non ſigillatim, explorato ſeparatorum examinatorum ſuffragio. Itaque peccabitur grauiter, ſi aliter fiat, etiam ſi ſit valida approbatio. Hinc eſt, quod Prouincialis, ſiue ſuperior, ſi fratrem ad confeſſiones excipiendas admittat ſine examinatoribus, puniri debet; attamen approbatio erit valida. Notoriè autem litteratus non indiget examinari, vtpotè claſſicus Theologicus, vel inſignis Concionator, aut Magiſter. Obligatio ſiquidem approbandi dignum eſt ſub culpa mortali. *Ibidem quæſt.*8.

16 Immò in ſtatut.generalibus c.8.*ſtat.*52. imponitur Prouinciali, *vt in omnibus viſitationibus Confeſſarios ſæcularium, per ſe, vel per alios examinet, vt diligentius ſtudio vacent*; qua ratione Epiſcopi poſſunt iterum examinare Parochos à ſuo prædeceſſore approbatos, ſi ignorantiæ ſuſpicio incidat; licèt enim ſemel approbatus examinari ampliùs non debeat, id intelligitur de ijs, qui abſolutè approbantur, at Confeſſores Ordinis approbantur cum hac conditione, vt quotannis à Prouincialibus in viſitatione examinentur; præterquamquod contradicente Prælato Regulares noſtri, confeſſiones audire non poſſunt: non tenentur autem Prouinciales tales examinare, ſi pro certo ſciant, eos eſſe habiles, & ſtudioſos, quando

verò conſtaret oppoſitum, tenerentur, ne tantum munus obeant inhabiles, etiamſi Epiſcopi conſentiant: quia Religioſus magis ſpectat ad Prouincialẽ, quã ad Epiſcopũ. *Conſt.c.8.ſtat.52.*

17 Confeſsarij approbati à Prouinciali ſine reſtrictione ad locum, & perſonas, poſsunt audire confeſſiones etiam extra Conuentum, per totam Prouinciam, & Hoſpitium, & etiam extra Prouinciam per totam Religionem, ſi fuerint approbati à Generali. Et hoc ſeruandum eſt in omnibus illis, qui in Capitulo, aut Congregatione Prouinciali (vt moris eſt) approbantur, & declarantur Confeſsarij; ſi verò ſuperior declarauit, vel in tabula capitulari, vel in viſitatione, in tali Conuentu, hos tantum Confeſsarios, & non omnes aliàs approbatos, tunc illi nec Conuentualium, nec exterorum confeſſiones auſcultare poterunt. Verùm enim verò ſi tales approbati fuerint à Capitulo, ſuper quo Prouincialis non poteſt, licèt per obedientiam poſſit prohibere, ne confeſſiones audiant, tamen eſsent validæ accedente pœnitentis ignorantia. Si verò pœnitens ſciret impedimentum, faceret confeſſionem nullam, non ex defectu iuriſdictionis, ſed quia peccare facit mortaliter Confeſſarium, & licèt ille paratus eſset ad peccandum, pœnitens ad illam, tanquam fontem ſiccũ non debet accedere. *Conſt.c.7.ſtat.1.q.9.*

Poſi-

18 Poſita diſtinctione Prouinciarum inter Reformatos, & Obſeruantes, valent confeſſiones vtrinque factæ, quia formant vnum corpus Religionis ſub vno capite, & ſe habent vt diuerſæ Prouinciæ eiuſdem Religionis, dummodò tamen Confeſſarij à Generali approbati ſint, aliàs inualida eſſet confeſſio, ſi hoſpes non ſit, & itinerantium priuilegio non gaudeat: excipio caſum fortuitum cuiuſmodi eſſet, ſi quis ex familia Sancti Franciſci de Vrbe, vel Sancti Petri in Monte Aureo ob negotia ad Aracœlitanum Conuentum accederet, & ibi celebrare vellet, vel quid ſimile, tunc validè, & licitè confiteri, quis poſſet, provt in praxi fieri compertum eſt; immò *Candidus 2. par. diſquiſ.24.art.57. dub.3.* docet, poſſe ex priuilegio hoſpites etiam alterius Prouinciæ confiteri, & abſolui à reſeruatis. *Ibid.q.10.*

19 Confeſſiones Fratrum, præſertim Iuuenum in cellis, per noſtra ſtatuta audiri non permittuntur, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, tàm confitenti, quam Confeſſario, non ſunt tamen nullæ confeſſiones contra has Conſtitutiones auditæ. *Ibidem quæſt.11.*

20 Confeſſarij Monialiũ, quatenus ſpectat ad noſtram Religionem, tam ordinarij, quam extraordinarij communi Patrum conſilio, & conſenſu, in Prouincialibus Capitulis ſemper

Digitized by Google

inſtituuntur, qui ſint ætatis annorum 50. vel ſaltem 40. & in Religione 25. omninò excedant, vitæ innocentia, & moribus caſtiſſimis probati. Ex Conſtitutione autem Greg. XV. *Inſcrutabili; Confeſſores Monialium, ſiue ordinarij, ſiue extraordinarij quomodocumque exempti, nullatenus deputari valent, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano idonei iudicentur, & approbationem obtineant*, ad quorum verborum intelligentiam emanarunt ſequentes declarationes à Sacra Congregatione Concilij Tridentini, quod non ſolum Confeſſarij, verum etiam ipſimet Generales, ſi vellent Monialium confeſſiones audire, debent examinari, & approbari ab Epiſcopo, aliter confeſſiones auditæ à ſuperioribus eſſent nullæ. Nec approbati pro ſæcularibus ab Epiſcopo, cenſentur etiam pro Monialibus. Item approbatus pro vno Monaſterio, non poteſt audire confeſſiones alterius ſine noua approbatione Epiſcopi, tandem approbatus pro vna vice ad Monialium confeſſiones audiendas, non poteſt pluries ipſarum confeſſiones audire, niſi denuò ab Epiſcopo approbetur. Quæ quidem reſtrictiones non comprehendunt Confeſſarios ſæculares, excepto quod non poſſunt audire confeſſiones ſine approbatione Epiſcopi, quia declarationes prædictæ emanatæ fuerunt pro Regularibus. Vndè Confeſſarius ſæcularis ſemel approbatus

vel

Digitized by Google

vel pro vna vice, vel pro vno Monaſterio, ſi aliàs de iure habet facultatem audiendi confeſſiones, non indiget alia approbatione. Declarationes autem prædictæ inducunt illam obligationem, quam cęteræ declarationes Concilij. Vnum tamen eſt notandum, quod in *Tom.4. Bullarij Cherub.* Conſtitut. prædictam Gregorij ſolemniter publicatam fuiſſe apparet, non autem has declarationes, quæ ibidem apponuntur. Confeſſarij autem Monaſteriorum exemptorum in loco nullius Diœceſis non indigent approbatione Abbatis, vel alterius ſuperioris ſecundum prædictam Gregorianam *Conſt. cap. 11. ſtat. 7. concl. 13. q. 3. pag. 850.*

21 *Nullus Fratrum noſtri, aut alterius Ordinis Monialium confeſſiones audire poterit, ſine Generalis, aut Prouincialis ſcripta facultate. Superiores verò pro audiendis alterius Ordinis Monialibus facultatem non concedant; niſi vrgenti de cauſa, Patrum iudicio probata.* Ita Congreg. *Regul.* 3. *Septembris* 1638. vt refertur *in Regeſto Ordinis in Conuentu Aracœlitano, lib. 1. num. 69.* decreuit, *Nullum Regularem ſine licentia Superioris, Monialium, & ſpeciali approbatione Epiſcopi, poſſe accedere ad Monaſteria earumdem ad audiendas Monialium confeſſiones.* Confeſſarij enim Regulares quicumque approbati pro alijs, non cenſentur pro Monialibus, quod autem in noſtro Statuto dicitur de ſcripta fa-

facultate interpretandum eſt ſecundum regulas alibi dictas; & de iudicio Patrum attendenda eſt conſuetudo, quæ declarauit aliquando non poſſe commodè tale iudicium expeti, vt v.g. ſi multi Confeſſores in aliquo reperirentur Conuentu, & Epiſcopus aliquem peteret pro Confeſſionibus extraordinariè excipiendis ſuarum Monialium, ſufficeret conſenſus Guardiani, cui Prouincialis in genere talem licentiam conceſſiſset, formaliter tamen loquitur ſtatutum de Confeſsarijs ordinarijs, tàm noſtrarum Monialium, quàm exterarum. *Ibid.q.9.pag.855.*

22 Hiſce Monialium Confeſsarijs non licèt Moniales alloqui extra confeſſionem, niſi in caſibus ad confeſſionem ſpectantibus, vt pro ſcrupulis dubijs, & difficultatibus conſcientiæ, & eò minus eorum ſocijs, niſi in caſibus ſpectantibus ad eorum officium. *Ibid.q.4.*

23 *In quolibet Prouinciali Capitulo Ordinis noſtri, vel Congregatione, Confeſſarij Monialium vel perſonaliter, vel per litteras renunciare tenentur, quam renunciationem Patribus liberum ſit admittere, vel eos per triennium, & non vltra in eodem officio, & loco continuare, pro vt magis expedire videbitur.* Ita Statutum, & per quoddam Decretum Sacræ Congregationis ſingulis quibuſque trieunijs mutari debent; poteſt tamen biennium illud extendi cum licentia

centia Generalis, ex rationabili cauſa ad hoc triennium. *Ibid.q.5.*

24 Ipſorum ſocij debent eſse ætate graues moribus probati, & quantum fieri poteſt pares ipſis omninò aſſignentur à Superioribus, ſine quibus ſocijs per noſtras Conſtitutiones Confeſsarij in caſibus permiſſis clauſuram intrare non poſsunt. Quidquid dicant alij. *Ibid.quæſt.6.*

25 Subeſse debent hi Monialium Confeſſarij per noſtras Conſtitutiones; Guardiano eius Conuentus, cui adſcripti ſunt, præter ea, quæ ad eorum ſpectant officium, in cæteris omnibus, neque ipſis ire licèt per Ciuitates, & loca ſine ſpeciali licentia Guardiani, quam licentiam exeundi è Conuentu petere debent quoties ad Monialium confeſſiones audiendi cauſa accederent, quam ſi Guardianus negaret, ſine illa egredi poſſunt; niſi eſſet Monaſterium aliquod ſatis à Conuentu longinquum cuius Confeſſarij per ſe regerent ſocios aliquos tunc enim non tenerentur obedire Guardiano, cum ipſi eſſent veluti Superiores locales. *Ibid. quæſt.7.*

26 Per noſtras Conſtitutiones nullus inſtitui poteſt Confeſſarius Monialium, qui ſit actualis Diffinitor alicuius Prouinciæ, nec Secretarius pro tempore Prouincialis, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio eligentibus imponenda,

da, & per Decretum Sacræ Congregationis; nullus item ſuperior; & licet de iure Vicarius poſſit, de conuenientia, tamen non poteſt: extraordinarius autem Confeſſarius poteſt tum Diffinitor, tum Secretarius, tum Vicarius eſſe. *Ibid. quæſt.* 8.

27 Extraordinarij Monialium Confeſſarij per eaſdem noſtras Conſtitutiones, bis, aut ter in ſingulis annis concedendi ſunt, iuxta Decretum Concilij Tridentini, quem numerum excedere poſſunt Superiores, quoties legitima extat cauſa, vt celebritas ſolemnis, infirmitas, confeſſio Generalis &c. & vt omnes Moniales extraordinario confiteantur, conſulitur per idem ſtatutum, & præcipitur, vt ſi omnes confiteri noluerint, tamen omnes coram eo humiliter ſe præſentent, ad pedes eius genuflexæ pauliſper permaneant, atque ab eo benedictione recepta, diſcedant; & qui id omiſerit, ſi monita non paruerit, pœnam violatæ obedientiæ incurrat, monito etiam Prouinciali, ſi Præfecta oportere cenſuerit. Qui tempore, Extraordinarij Monialium confeſſiones earum Ordinarij ad Monaſterium non accedant, ſub pœna priuationis officij, vel ſuſpenſionis, Superioris arbitrio. *Conſtit. cap.* 11. *ſtatut.* 7. *quæſt.* 10.

28 Confeſſarij autem ſiue ordinarij, ſiue extraordinarij noſtrarum Monialium habent om-

Digitized by Google

omnem auctoritatem circa abſolutionem; vndè poſſunt abſoluere ab iniectione manuum, *cap. de Monial. de ſentent. excomm.* etiam ſi percuſſio ſit notoria, & enormis. Poſſunt etiam à caſibus Bullæ Cœnæ, & etiam ab hæreſi, quando ſine magna difficultate non poſſet impetrari licentia, quod ſi ſine tali difficultate huiuſmodi facultas impetrari poſſet, Confeſſarius abſtinere deberet, ſaltem in caſu hæreſis. *ibid. Conſt. c.* 11 *ſtat.* 7. *concl.* 13. *q.* 12. vbi multa ſcitu digna inuenies.

29 Victum, & veſtitum tàm Confeſſario, quàm ſocio, Monaſterium erogare tenetur. *ibidem*.

Confeſſarij Monialium, quando ingredi poſſunt Monaſterium. Vide *Clauſura*.

Confidentia Beneficialis, Pactionalis. Vide *Simonia*.

CONFIRMATIO.

Confirmationis Sacramentum non eſt neceſſarium ſimpliciter ad ſalutem, ſed ſecundum quid, & ad bene eſſe, tamen qui illud non reciperet quando poſſet (quod eſſet contemnere, ſicut quando eſſet periculum ſubuerſionis fidei) peccaret, excluſis his caſibus, licet per noſtras Conſtitutiones non poſſet quis recipi ad Ordinem noſtrum, niſi antea ipſum ſuſceperit, tamen ſi recipiatur, tam clericus, quam

lai-

laicus non committitur culpa lætalis, etiam ſi ſcienter id fiat, quinimmò neque determinatio Tridentini, ne prima Tonſura initientur, qui hoc Sacramentum non ſuſceperint, obligat ad mortale. *Conſt. cap. 2. ſtat. 2. & ſtat.* 55. vbi etiam habentur, quod qui hoc Sacramento muniti non ſunt, ad ſuperiores Ordines promoueri non poſſunt, & tamen non eſt neceſſarium ad validitatem ordinationis, ſicut eſt neceſſarius Baptiſmus. Sic enim qui ſcienter Confirmationem relinqueret, & ordinari ſe faceret, non incurrit irregularitatem, quam nec incurreret qui bis, vel amplius confirmari permitteret.

Confirmare electionem. Vide *Electio*.

CONGREGATIO.

1 *Capitularis ſingulo triennio bis, aut ſemel celebranda eſt per noſtras Conſtitutiones, prout magis pro locorum, & temporum diuerſitate, ac Prouinciarum bono, iudicio Patrum expediri videbitur*; vnde regulariter non poteſt cogi Prouincia à Generalibus ad celebrandam Congregationem, benè tamen poſſunt Patres, reluctante Prouinciali, petere Congregationem à Generali, dumodo maior illorum pars inſtet; Sic etiam cogi debet Miniſter, & Patres ad aliquam mediam Congregationem celebrandam. Præterea ſi magna pars ſubditorum recla-

reclamet ad Generalem pro Congregatione; & conſtet, Diſſinitorium non commune, ſed priuatum bonum intendere poteſt, & debet Generalis præcipere, vt Congregatio celebretur, & Prouincia obedire tenetur. *Conſt. c. 8. ſtat. 48.*

2 Sine licentia Generalis, congregatio celebrari non poteſt, aliàs eſſet nulla. *ibidem ſtat. 49.*

3 Regulariter non poſsunt Generales, dum præſentes eſse non poſsunt, Præſidentes pro congregationibus deſtinare, cum talis celebratio ad Prouincialem ex officio ſpectet, niſi tantùm in duobus caſibus. Altero, vbi notoria, & vrgens cauſa offeratur; altero, ſi maior pars diſſinitorij petat. (Quæ autem ſit cauſa notoria, *Vide Notorium.*) Itaque requiritur publica, & iam probata cauſa, quæ negari non poſſit, cuiuſmodi eſset ſi diſſinitorium totum, vel maior illius pars vni tantum functioni eſset addictum. Vel ſi diſſinitorium eſset inter ſe diuiſum, vnde bono publico, & paci periculum immineret: Vel ſi in diſſinitorio iudicandæ eſsent cauſæ Guardianorum, quibus Diſſinitores eſsent infenſi. Vel timeatur aliquod malum Prouinciæ ex tali diſſinitorio in congregatione cogendo: Vel aliquod graue negotium in Prouincia pertractandum pro concordia, aut ſatisfactione Prælatorum, Principum.

Digitized by Google

pum, Communitatum, quod concludi non poſſit, niſi in Congregatione, & eſsent hæc omnia, vel illorum aliquod notorium, tunc adeſset cauſa legitima deſtinandi Præſidentem. Item vrgens cauſa eſt, quæ ſuperiorem ad remedium adhibendum impellit; Iudex autem talium cauſarum debet eſse ipſe Generalis: Verum ſi Generalis malè informatus de notorietate cauſæ, mitteret Præſidentem, non ſubſiſtente cauſa, ſi de facto agendum eſset, obediendum eſt Generali; ſi autem de iure (vt procedi debet) ſuſpendenda eſt Congregatio, & recurrendum eſt ad Generalem informandum, qui tenetur audire Prouinciam, & probato, quod cauſa non ſubſiſtat, debet Præſidentem reuocare. *ibid.ſtat.49.q.1.*

4 Inſtantia Diffinitorij non ſe extendit ad alios Patres Prouinciæ, qui non habent votum in Diffinitorio, quod conſtat ex Prouinciali, ex Miniſtris, vel Commiſſarijs Generalibus emeritis, Cuſtode, & quatuor Diffinitoribus; adde etiam & illis, qui ex aliquo indulto Apoſtolico votum habent. *ibidem*.

5 Quod ſi conſtante Diffinitorio ex æqualibus votis vna pars ſola Præſidentem petat, non poteſt Generalis illum concedere, niſi illa pars eſſet ſanior altera, ſcilicet ſi conſtaret ex dignioribus Patribus, v.g. ſi ex Prouinciali, vel Generali emerito *ibidem*:

Gene-

Digitized by Google

6 Generalis, vel eius Præſes, licet ſuſpendere poſſit congregationes iam citatas, non tamen poſſunt inchoatas, inchoatæ autem cenſentur, vniti ſunt Patres in loco capitulari, puta in refectorio, vel Cubiculo ad ipſum deſtinato. *Ita Concil. Trid. ſeſſ.* 1. Sic etiam tunc dicitur inchoatum Capitulum; Immò non eſt neceſſe, vt in vnum Capitulum Congregentur, ſed ſufficit conueniſſe in deſtinato Conuentu, quia cum fuerint in vno Conuentu, Patres iam ſunt congregati ad celebrandam congregationem; vnde nec Generalis, nec Præſes tunc poſſunt impedire functiones ſpectantes ad Congregationem legitimè congregatam; functiones autem iſtæ ſunt, celebrare Miſſam de Spiritu Sancto, Patres ad ſonum tintinabuli in vnum locum vocare, inuocationes Spiritus Sancti præmittere, quemlibet in ſuo loco ſedere, officiales proponere, eos eligere; Prouinciæ nogotia diſponere &c. Itaque Generalibus auctoritas adimitur, poſtquam ad deſtinatum Conuentum Patres aduenerint aliquid contra congregationem moliri; adeout ſi ordinent, etiam ſub pœnis, & cenſuris illis obediendum non ſit. *ibidem conſtit. cap.8. ſtat.49. quæſt.2.*

7 Generalis, Præſidenti in hoc negotio aliam iuriſdictionem concedere non poteſt, niſi in ordine ad citationem congregationis,

& di

& diſpoſitionem negotiorum inibi tractandorum, nec ad ipſum Præſidentem ſpectat confirmare electiones, nec quærelas accipere, proceſſus formare, ſententias ferre, per obedientiam præcipere, niſi in caſu, quo Prouincia legitimum Præſidentem recipere nollet, tunc enim per iuris, & facti remedia, ſuam delegationem teneri poteſt. *ibid. quæſt.* 3.

8 Huiuſmodi autem Præſes non ſolum in procinctu, & actu celebrationis, ſed etiam poſt celebratam congregationem (non quidem 20. dierum prout Viſitatores, & Commiſſarij ad vniuerſitatem cauſarum deſtinati, ſed aliquo breuiori tempore) omnes de Diffinitorio præcedere debet. *ibid. quæſt.* 3.

9 Super congregationes autem Reformatorum poſſunt etiam deſtinari Præſidentes in ſupradictis caſibus, dummodò à patribus petantur, non autem contra ipſorum voluntatem. *ibidem in fine q.* 3.

Conſenſus. Vide *Aſſenſus. Conſilium*.

CONSERVATOR.

1 Eſt Iudex à Papa delegatus, ſed ab eo, cuius intereſt nominatus, qui habet ex munere tueri patientes à manifeſtis iniurijs, & violentias tollere, ac conſeruare priuilegia, & ipſis Regulares, tum actiuè, tum paſſiuè vti poſſunt. *Conſtit. cap.* 12. *ſtat.* 11. *quæſt.* 1. & 2.

Mani-

Digitized by Google

2 Manifeſtæ autem iniuriæ, & violentiæ ſunt quæcumque inſeruntur perſonis, bonis, & rebus ad Regulares perſonas attinentibus, quæ iudicialem examinationem non requirunt; itaque ante omnia debent huiuſmodi Iudices recipere probationes, quod factum ſit notorium, & ſummariè, ac de plano probare notorietatem, & fundare ſuam iuriſdictionem, & declarare ſe Iudicis competentes, nam conſtito, quod non ſit notorium, in cauſa ſe ingerere non debent, & ſi procedunt, per annum ab officio Conſeruatoris ſuſpenſionem incurrunt, & pars, quæ hoc fieri procurauit, ſententiam excommunicationis; quæ tamen ſuſpenſio non eſt ab officio clericali, ſeu à diuinis, & beneficio; Et excommunicatio, licet ſit latæ ſententiæ, & ab ipſa abſolui non poſſit, niſi ei, quem ſic indebitè fatigauit primò ſatisfaciat integraliter de expenſis; non tamen eſt Papæ reſeruata. Quod ſi pars procuret proceſſum Conſeruatoris in cauſa illi non competente, putans ad illum ſpectare, vt fit in caſibus dubijs, ſicut etiam ſi Conſeruator ad fundandum ſuam iuriſdictionem iudicaret notorietatem probabili perſuaſione; tunc neque Conſeruator, neque pars pœnas prædictas incurrunt. At in his ſententijs eligendi ſunt arbitri. *ibidem quæſt.* 3.

3 Non poſſunt Regulares apud Conſerua-

tores

tores citare aliquos pro cauſis ciuilibus redditúum, debitorum &c. quæ requirunt iudicialem indagationem: Si autem Regulares in prædictis cauſis ſint rei, & poteſt cauſa ciuilis ſummariè expediri; ſi debitum v. g. ſit liquidum, poſſunt Regulares ad ipſos trahi; ſic etiam poteſt ad Conſeruatores recurri, vbi violentia Conuentus, vel priuilegijs, vel iuribus, vel fratribus, vel Tertiarijs nobiſcum conuiuentibus, & famulis noſtris inferatur. *ibidem quæſt.* 3.

4 Conſeruatores autem eſſe poſſunt omnes Epiſcopi, Superiores, eorum Vicarij Generales, Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerij, Præpoſiti, Decani, Canonici Cathedralium, non autem inferiorem Eccleſiarum. Item Priores, Abbates, Guardiani de iure communi, licet nobis vetitum ſit per *Clement. Exiui*, quia omnes iſti ſunt conſtituti in dignitate Eccleſiaſtica; aliqui cum adminiſtratione, & iuriſdictione, in quo præcisè conſiſtit dignitas; alij cum ſola præeminentia, ac præcedentia ſine adminiſtratione, in quo conſiſtit perſonatus, debent tamen tales deputari in concilijs prouincialibus, vel Diœceſanis. *ibidem quæſt.* 4.

5 Poſsunt Conſeruatores delegare ſuas cauſas alijs eiuſdem diœceſis, dumodo habeant conditiones, ſeu qualitates ſupradictas, & ſue-

ſuerint etiam, vt ſupra electi; & ideo monentur Epiſcopi, vt quamplures perſonas nominent, in quorum decedentium locum, alios ſubrogent cum conſilio Capituli vſque ad futuram Synodum. *ibidem*.

6 Regulares poſsunt prædictos Conſeruatores ſibi nominare, quando voluerint, & quamdiu non elegerint, coram Ordinarijs locorum conueniri debent, in illis ſcilicet caſibus, in quibus conueniri deberent coram Conſeruatoribus. *Ibid. conſt. cap.* 12. *ſtat.* 11. *quæſt.* 5.

7 Conſeruatores huiuſmodi ſemel legitimè deputati, niſi ex legitima cauſa à Sede Apoſtolica, aut locorum Ordinarijs, prout eiſdem Regularibus, & alijs prædictis libuerit approbanda, durante quinquennio à die deputationis, amoueri, aut mutari nullatenus poſsunt: cauſæ autem poſsunt eſse, inimicitia ſuborta, impotentia, negligentia, & omnes illæ, ob quas poſſit recuſari Iudex. Continuari autem poſsunt vltra quinquennium, quouſque deputatio ipſorum in Synodis pro Iudicibus Conſeruatoribus, & qualitates requiſitæ in eiſdem perſeuerauerint, quia ſi v. g. renunciet dignitatem, non poterit amplius eligi in Conſeruatorem. *ibidem quæſt.* 6.

8 Huiuſmodi Conſeruatores poſſunt eſſe Iudices ſæculares in caſibus à Iure permiſſis,

Digitized by Google

dumodo tamen tria copulatiuè concurrant, videlicet, vt Regulares, & alij ſupradicti ſint actores, non autem rei, vtque agant contra laicum, non autem contra Eccleſiaſticum, vel aliàs à iuriſdictione ſæculari exemptum. Atque vt cauſa, in qua Iudex deputatur, fuerit prophana, non autem Eccleſiaſtica. *ibidem quæſt.* 7.

9 Exercere autem ſuam iuriſdictionem non poſſunt Conſeruatores extra ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus fuerint deputati, niſi intra limites vnius dietæ vltra finem diœceſum eorum. *ibidem quæſt.* 8. Dieta autem dicitur illa, quæ ex 20. milliaribus, vel ex ſeptem leucis conſtat. *Conſtit. cap. 8. ſtat. 36. q. 6.*

10 Conſeruatoris munus ſine cauſa, nemo recuſare poteſt, & peccat mortaliter, & incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam. *ibidem quæſt. 9.*

11 Ex his cauſis quoad temporalia nihil emolumenti conſequentur Conſeruatores, niſi poculentum, vel eſculentum aliquod ex mera liberalitate oblatum, quod paucis diebus conſumi poſſit, vel niſi, cum propter cauſam ſibi commiſſam contigerit extra ſuum domicilium proficiſci, moderatas impenſas à patribus æqualiter, & vbi fuerint pauperes notabiliter litigantes, nihil prorſus. Prohibentur etiam aſſumere aſſeſſores, niſi opus ſit, quos de competen-

petenti ſalario prouidere debet, per partes contribuendo, ſicut etiam de Notarijs, & ſi quid pro ſe accipiant, ad reſtitutionem tenentur. Quoad ſpiritualia verò communicant cum fratribus in pijs omnibus operibus in vita, & in morte, in qua plenariam indulgentiam lucrantur, & ex quodam priuilegio conceſſo Ordini Minimorum, poſſunt Generales ſingulo quoque triennio concedere ipſis Conſeruatoribus indulgentiam plenariam. Et ſi quinquies recitauerint Orationem Dominicam, & Saluationem Angelicam, indulgentias omnes Vrbis intus, & extra mœnia. *ibid. quæſt.* 10.

12 Poſſunt per iuris, & facti remedia procedere, etiam per cenſuras vſque ad brachij ſæcularis inuocationem, contra quoſcumque impedientes, dumodò ſimpliciter, & de plano procedant, ideſt ſecluſis ſolemnitatibus, ſed retentis eſſentialibus iuris; Etiam contra Epiſcopos, ipſos ab officio, & ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendendo, & excommunicando. Tenentur tamen Conſeruatores Epiſcopis ſuarum litterarum fidem facere, vt de auctoritate informatos, poſſint, ſi reſtiterint, tamquam rebelles punire. Immò cum ſint delegati à Papa ſunt omnibus alijs ſuperiores, vnde poſſunt procedere etiam contra Legatos Apoſtolicos, niſi Legati aliud habeant in commiſſis. *ibidem quæſt.* 11.

Digitized by Google

13 Si qua verò inter Iudices Conſeruatores huiuſmodi, & locorum Ordinarios controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos ſuper iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum. *ibidem quæſt.* 12.

14 Tenentur ſub mortali Prouinciales, & priuatione officij, infra ſex menſes pro vnoquoque loco Conſeruatores nominare, & eligere. Forma autem litterarum, quibus inſtitui debent tales Conſeruatores apponitur in Statutis Generalibus *cap.* 12. *ſtat.* 11. *ibidem* Vide *Bull.* Gregorij XV. ad quam reducitur tota auctoritas Conſeruatoris. Quæ Bulla ponitur hic inferius.

Bulla Papæ Gregorij XV. de Conſeruatoribus.

Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter D. Gregorius Diuina prouidentia Papa XV. ex certis rationabilibus cauſis, animum ſuum mouen. & de voto Venerabilium Fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, partim fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris ſui veſtigijs inhærendo. Primo reuocauit, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quaſcumque Iudicum Conſeruatorum electiones, nominationes, ſeu deputationes, tam

tam in vim litterarum conſeruatoriarum, iuxta formam in quinterno Cancellariæ deſcriptam, quam in vim quorumcumque priuilegiorum, perpetuò, vel ad tempus, nondum elapſum, Apoſtolica auctoritate conceſſorum, ſeu aliàs quocumque iure, vel titulo hactenus factas pro quibuſcumque Conuentibus, Capitulis Militijs etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani Congregationibus, Collegijs, Ordinibus, Monaſterijs, Hoſpitalibus, aut alijs quibuſuis pijs, tam ſæcularibus, quam cuiuſuis Ordinis, etiam Mendicantium, ſeu Inſtituti, vel Societatis Regularibus, locis quantumuis exemptis, etiam de neceſſitate exprimendis, ſeu illorum perſonis cuiuſuis qualitatis, ſeu conditionis exiſtant. Secundo. In futurum verò Sanctitas ſua hac generali, ac perpetuò valitura Conſtitutione, ſtatuit, & decreuit, vt Iudices Conſeruatores, huiuſmodi, ſiue principales, ſiue ſubrogati, eligi, nominari, aut deputari non poſſint, niſi non ſolum habeant qualitates requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione ſimilis rec. Bonifacij PP. VIII. etiam Prædeceſſoris ſui, quæ incipit, Statutum, *itaut vel dignitate Eccleſiaſtica præditi, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant, ſed etiam in Concilijs Prouincialibus, aut Diœceſanis, iuxta Decretum Concilij prædicti, Iudices electi, ſeu deſignati ſint. Tertiò. Quodque deinceps litteræ conſeruatoriæ per Sedem*

Apoſtolicam concedendæ ſupraſcriptis tantùm dirigantur, & ſi quæ litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huiuſmodi, omniaque exinde ſequenda, nullius ſint roboris, vel momenti. Quarto. Et nihilominus qui ſecus, quam iuxta formam ſuperius præſcriptam, Conſeruatores huiuſmodi cum effectu eligere, nominare, ſeu deputare, aut electis, nominatis, ſeu deputatis, vti auſi fuerint, Regulares quidem voce actiua, & paſſiua ſint ipſo iure priuati, adeò vt habilitationem à nemine, præterquam à Romano Pontifice conſequi valeant; Reliqui verò alijs pœnis arbitrio Sanctitati ſuæ coerceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monaſteria, ac loca huiuſmodi, eorumque perſonæ, ac bona careant Conſeruatore ad annum, itaut illorum cauſæ interea coram locorum Ordinarijs dumtaxat cognoſci, ac diffiniri debeant. Quinto. Cæterum, vt latius pateat Conſeruatorum huiuſmodi deligendorum facultat, Sanctitas ſua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, vt in Synodis Prouincialibus, aut Diœceſanis quamplures perſonas, ex habentibus qualitates in prædicta Conſtitutione eiuſdem Bonifacij prædeceſſoris contentas, & alioquin ad id aptàs deſignari procurent: & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci cum conſilio Capituli, alium in eius locum vſque ad futurum Prouincialem, aut Diœceſanam Synodum. Sexto. Inſuper

ſuper Sanctitas ſua, inhærendo hac in parte Decreto ſimilis rec. Gregor. Papæ XIII. etiam prædeceſſoris ſui, ſtatuit, & ordinauit, vt Regulares, ac perſonæ huiuſmodi in Italia infra duos; extra Italiam verò infra ſex menſes à die publicationis in Vrbe præſentis Conſtitutionis inchoandos, debeant ſibi eligere, ſeu aſſumere Conſeruatores iuxta formam ſuperius propoſitam. Septimo. Eiuſque electionis, ſeu aſſumptionis documentum infra tempus huiuſmodi pænes acta Curiæ Ordinariorum, exhibere, & demittere teneantur, alioquin eo termino elapſo, quamdiu Conſeruatores ſecundum formam præſentis Conſtitutionis non elegerint, coram eiſdem Ordinarijs conueniantur. Octauo. Quodque Conſeruatores huiuſmodi ſemel legitimè deputati, niſi ex legitima cauſa à Sede Apoſtolica, aut locorum Ordinarijs, prout ijſdem Regularibus, & alijs ſupradictis libuerit, approbanda, durante quinquennio à die deputationis, amoueri, aut mutari nullatenus poſſint, aut valeant. Nono. Ad hæc ſtatuit Sanctitas ſua, vt coram ipſis Conſeruatoribus Regulares, ac perſonæ ſupraſcriptæ conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint, ita vt memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares, & alij actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in ijs tantum, in quibus rei extiterint, neque extra Ciuitates, ſeu Diœceſes, in

quibus fuerint deputati, contra quoſcumque procedere præſumant. Decimo. Si qua verò inter Iudices Conſeruatores huiuſmodi, & locorum Ordinarios controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos ſuper iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum. Vndecimum. Quod ſi quis Conſeruatores, ſiue in hac parte, ſiue alias, quomodolibet ſuos limites exceſſerint, per annum ab officio Conſeruatoris huiuſmodi ſuſpenſi ſint, & pars, quæ hoc fieri procurauerit, ſententiam excommunicationis incurrat, iuxta formam alterius conſtitutionis eiuſdem Bonifacij, quæ incipit Hac Conſtitutione, quam ſanctitas ſua in omnibus, quæ præſenti conſtitutioni non aduerſantur, innouauit, & innouat. Duodecimum. Per hoc tamen non intendit Sanctitas ſua prohibere, quominus Regulares, & alij ſupradicti in caſibus à iure permiſſis, petant Iudicem non ſuſpectum à Principibus, ſeu Magiſtratibus Sæcularibus, dum tamen hæc tria copulatiue concurrant, videlicet, vt Regulares, & alij prædicti ſint actores, non autem rei, vtque agant contra laicum, non autem contra Eccleſiaſticum, vel aliàs à iuriſdictione ſæculari exemptum; atque vt cauſa, in qua Iudex deputatur, fuerit prophana, non autem Eccleſiaſtica, & in ea iuxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem laicus, vt præfertur, eligendus.

Iudex

Digitized by Google

Iudex competens exiſtat. Decimumtertium. Quæ omnia, & ſingula in præſenti conſtitutione contenta Sanctitas Sua voluit inuiolabiliter obſeruari: decernentes ſic in ijs cæteriſque omnibus præmiſſis per quoſcumque &c. etiam Sacri Palatij Apoſtolici Auditores nec non S. R. E. Cardinales ſublata &c. iudicari &c. nec non irritum, & inane &c. Decimumquartum. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac litteris Conſeruatorijs, quas omnes ad formam præſentis conſtitutionis reduxit in fauorèm quorumcumque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium; Militiarum etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, aut cuiuſuis alterius Inſtituti, etiam neceſſariò exprimendi; Collegiorum, Capitulorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac piorum quorumcumque, tàm Sæcularium, quam Regularium locorum; nec non illorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam Marimagno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de

Apo-

Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, & formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quo ad ea, quæ præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogauit, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Decimumquintum. Cæterum vt præſens conſtitutio facilius omnibus innoteſcat. Sanctitas Sua voluit, & mandauit, vt non ſolum in Cancellaria Apoſtolica, ſed etiam ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ publicetur, illiuſque exempla in ijſdē locis affixa dimittantur, ac in quinterno Cancellariæ inter conſtitutiones perpetuas deſcribantur, & adnotentur &c. Lecta, & publicata fuit die 20. Septembris 1621. Pontificatus ſui anno primo.

DV-

Digitized by Google

DVBIVM EXORTVM FVIT,
Super iſta Conſtitutione, & eius declaratio facta vt infra.

Videlicet.

In Conſtitutione de Conſeruatoribus, edita a San. mem. Gregorio XV. ex ſententia Sac. Congr. Concilij inter cætera ſtatutum eſt vt Coram Conſeruatoribus Regulares conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint; ita vt memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares, & alij actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in ijs tantum, in quibus rei extiterint. Dubitatur nunc. An per hæc verba ſublata ſit facultas, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares, & alios a manifeſtis iniurijs, & violentijs, quæ illis de facto inferuntur, dum a ſuis poſſeſſionibus deijciuntur, & proprijs bonis vti, ac frui impediuntur.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, cenſuit, eius modi verbis minimè ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares à manifeſtis iniurijs, ac violentiis, dummodò obſeruent formam præſcriptam in conſtitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis in *cap.* 1. *& fin. de offic. deleg. in* 6.

C. Card. de Torres.

Proſper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

CON-

CONSILIVM.

1 Prælatis neceſſarium excitat, non cogit, poſt factum nihil valet. *Conſt: cap. 1. ſtatut. 4. §. 17.*

2 In grauibus cauſis ſumitur pro conſenſu ſicuti etiam vbi præcipitur Conſilium capiendum à Collegis intelligi debet pro conſenſu. Et factum ſine conſilio, vbi ex lege requiritur, eſt nullum. *Conſt. cap. 8. ſtat. 39.*

3 Conſilia Euangelica non obligant Regulares, niſi aliàs ex Regula obligentur ad illa. *Pœn. c. 13. q. 5. verſic. Quod fortiùs.*

4 Recurrere ad Sæculares pro conſilio, & auxilio petendo, an ſit nobis prohibitum. Vide *Recurrere num. 2.*

5 Conſulentes delictum eadem pœna corripiendi ſunt, qua delinquentes, dummodò ſint cauſa efficax delicti, ita vt alias non committeretur, licet reuocet conſilium (quod non eſt de mandato, nam ſi mandans reuocet mandatum, non incurrit pœnas) niſi conſilium à ſola conſulentis auctoritate penderet, quod reuocatum cenſeri debet conſilio cum propriæ culpæ, vel erroris profeſſione. Verum ſi delinquens ante tale conſilium fuiſſet determinatus, vel non ità determinatus ad committendum delictum, & propter conſilium, & exhortationem maiori reſolutione, & pondere mo-

Digitized by Google

tus fuiſſet, vel completè, motus, tunc puniendus eſſet ſecundum menſuram additarum virium, & cauſarum exceſſum. Quod ſi conſilium nihil addidiſſet, quippè delinquens confirmatus erat ad delinquendum, Conſulens non tenetur ad pœnam. *Pœn.c.2.q.7.reſp.3.*

6 Conſulens alicui reſpondere Prælato in culpa acriùs punitur, quam qui reſpondet, dummodò ſecutus ſit effectus. *Pœnal.c.13.q.11.*

Conſulere in electionibus quando licitum. Vide *Simonia num.*10.

CONSPIRATIO, CONSPIRATOR.

1 Contra Conſpiratores adeſt ſequens ſtatutum in ordine noſtro. *cap.7.§.5.num.54. Qui per malitioſam concordiam, ſeu conſpirationem; aduerſus alium, maximè Superiorem inſurrexerit, omnibus Ordinis officijs priuetur, quouſque per condignam ſatisfactionem à Generali, vel Prouinciali releuètur. Pœn.cap.16.*

2 *Conſpiratio autem non eſt dicenda, quandu ſubditi aliquid intimare, aut ſignificarè Superioribus voluerint*, Conſpiratio enim duplex eſt, bona, & mala. Mala eſt fraudolenta confæderatio, facta in præiudicium alterius Perſonæ, vel dignitatis; vndè vt plurimum doloſa cenſetur; dicitur autem conſpiratio, quaſi ſimul ſpiratio, & tendunt contra aliquem, cui ſi addatur iuramentum inter Conſpirantes, dici-

Digitized by Google

dicitur *Coniuratio*. Quod ſi abſit malitia, & fraudolentia ſtatuto prædicto locus non erit; Vndè ſi aliqui, putantes, ſe bene agere, & ex zelo moueri, coſpirauerint in aliquem, non veniunt iuxta hoc ſtatutum puniendi, cum ad punitionem debeat conſtare de malitia, dolo, aut fraudolentia, quæ quoties non probaretur, eſſemus in conſpiratione bona debent enim verificari omnes qualitates ſtatuti, eo vel maximè, cum illa qualitas augeret pœnam, immò malitia in ſtatuto non ſolum auget pœnam, ſed illa ſola pœnam inducit, quia niſi ſit malitioſa concordia, non erit conſpiratio punibilis. *ibid.queſt.*1.

3 Si agitaret aliquis per malitiam multos fratres bonæ mentis, eoſque ad conſpirationem moueret contra Prælatum, puniendus eſſet ille, qui machinam agitaret, non autem ignorantes, dummodò qui bono zelo moueantur, aliquod verum Prælato denuncient, nam ſi deportarent falſum, quod tamen Conſpirator primus ſuggeſſiſset ſocijs, vt verum, & iſti credidiſsent, nec vlterius veritatem indagare curauiſsent, puniendi eſsent etiam iſti, vt Conſpiratores, quia ignorantia craſsa, & ſupina in ijs, quæ ſcire tenemur, æquiparatur dolo, & ſcientiæ. Deportans autem ſuum Superiorem ad Prælatum, tenetur ſcire, quid faciat, niſi quis tam rudis eſset, vt tanquam fera irrationalis

Digitized by Google

nalis excuſari deberet, & etiam puniendus eſſet pœna arbitraria, ne aſſueſcat tam iniquè, & beſtialiter in ſuos Superiores inſurgere, iuxta quem ſenſum interpretanda ſunt extrema verba ſtatuti *Conſpiratio non eſt dicenda, quando ſubditi aliquod ſignificare Superioribus voluerint*, nimirum, quæ vera ſint, & Conuentui, aut Religioni præiudicialia, nam ſi ſalſa eſſent, daretur locus ſtatuto punienti Conſpiratores, & Calumniatores. *Pœn.cap.16.q.1.*

4 Statutum prædictum in Conſpiratores latum non ſolum habet locum in illis, quę contra Superiorem inſurgunt, ſed etiam in quemlibet alium fratrem, immò Nouitium, & Tertiarium, & licet non compræhendantur ibi Conſpiratores in Sæcularem, tamen grauiori pœna eſſet puniendus, quia culpæ addit ſcandalum. Omnis enim Conſpiratio præcipuè contra Clericos, & quoslibet Religioſos, damnabilis eſt; & ideò de iure canonico Clerici, & Monachi Conſpirantes deponi debent, & adeò grauis eſt hæc culpa, vt Conſpiratores audiendi non ſint, vtpotè infames, nec ad ordines licentiari poſſunt, & eis conſentientes excommunicari debent; ideò aggrauanda eſt pœna pro qualitate perſonæ, contra quam itur, & pro qualitate conſpirationis: Hinc coniurantes contra Epiſcopum deponendi ſunt, & brachio ſæculari tradendi, ſi Clerici ſint, & *Gloſa in*

cap.

cap.Venerabilis de Teſtibus cogendis, *quod mitigat Panormit.ibi num.* 4. Si fuerint incorrigibiles: ſi verò Laici excommunicandi ſunt, & de iure ciuili. Si quis tumultum contra aliquem fecerit, aut ſeditioſas voces emiſerit capite plectitur. *Addo Canonem vndecimum Bullæ Cœnæ*, in quo excommunicantur hoſtiliter inſequentes Cardinales, Prælatos, & alios, pro vt ibi, cum nulla hoſtiliter perſecutio fieri poſſit in haſce Perſonas Eccleſiaſticas. *Ibidem quæſt.*2.

5 Licet in foro exteriori conſpiratio mala non ſit, nec punibilis, cum quis defectus Prælati Socijs proponit, & apud illos exagerat, eoſque ad conſpirationem adornat, ille tamen, vel illi mouentur ex odio, & vindicta, non bono zelo; cum Eccleſia non iudicet de internis: Attamen ſi tale odium probari poſſet ſine dubio, vt conſpirator puniri deberet, eò vel maximè, quia ſtatutum abſolutè prohibet conſpirationes, nec de veris, aut falſis diſtinguit, dummodò malitia in concordia reperiatur, quę quidem malitia poteſt eſſe etiam ſuper rebus veris. Poſſet tamen malus iſte animus, ac liuor probari, ſi Coniurator dixiſſet. *Nunciemus hæc Prælato*, *quia illum officio deſtituemus*. *De hoc noſtro inimico vindicabimur nunc certè vltionis tempus aduenit*, & ſimilia. *Pænal. ibid. cap.* 16. *quæſt.*2.*verſ.Primus eſt.*

Item

6 Item ſi quis ſcriptam querelam ad hunc, vel illum Religioſum deferret; eiſque perſuaderet ſe ſubſcribere, veris falſa admiſcens, rem ſupra merita apud illos exagerans eo tantum fine, vt Superior localis malè audiat, & corripiatur; vt conſpirator puniri debet. *Ibidem art.2.*

7 Sicut etiam ſi quis volens Superiorem ſubditis odibilem reddere, illius mores, verba &c. apud conſocios deportat vim, & energiam illorum exagerando, & in malam partem interpretando, ita vt ex vi talis officij ſubditi à Superiore ſe ſubtrahunt, vel duri, & intractabiles euadant, qui eſt germanus ſtatuti ſenſus. *In Superiorem inſurrexerint. Ibidem art.3.*

8 Item ſi exiſtens aliquis Theologus, Concionator, Confeſſarius, vel operarius, ab aliquo quæratur, è tali Conuentu expelli, atque adeò contra illum conueniant ſuſcitantes machinationem iniquam, & inuentiones fraudolentas, v.g. quod non ſuo muneri aſſiſtet, quod cum Sęcularibus multum conueniat, quod munuſcula captet, quod inſanas amicitias affectet &c. *Ibid.art.4.*

9 Cum conſpiratio ſit contra iuſtitiam, quia ius alterius violatur, vel per falſitatis expreſſionem, vel per iuris Ordinis peruerſionem; ideò per iuſtitiam emendari debet. Condigna

autem erit ſatisfactio, ſi fuerit iniuriæ commenſurata, vel in exhibitione exterioris officij erga perſonam offenſam, vel in remiſſione partis. Remiſſio enim offenſæ liberat ab vlteriori exhibitione ſatisfactionis: Verùm tamen eſt, quod hæc remiſſio fieri debet in vtroque foro, ſcilicet interiori deponendo rancorem, & exteriori remittendo debitum; iſta enim non ſe mutuo inferunt, quia cum perſecutio iniuriæ ad punitionem, ſi ex odio non fiat, ſed ex zelo publicæ vtilitatis, ſit actus iuſtitiæ; poteſt quis amare fratrem ſuum, & de illo vindictam expetere. Si tamen offenſus completè dimittat offenſam, cenſetur etiam dimiſiſſe damna, & iniurarum actionem. Quia tamen Religioſi non vſque adeò tales remiſſiones affectant, vt per ſæcularium praxim incedere teneantur, eò vel maximè, cum tota ferè ratio punitiuæ iuſtitiæ apud Prælatos reſideat, in quorum manibus ſubditi ſuas voluntates depoſuerunt, vndè ipſis curæ eſt iuſtitiæ violationem emendare; etiam non petentibus offenſis, quibus non eſt ablatum quidem ius reclamandi, & ſuum ius apud Iudices promouendi, ſed ex ſeueriori profeſſione remittunt ſuperioribus ſuarum iniuriarum vltionem, qui poſſunt pœnas remittere, etiam non remiſſis offenſis, vt Princeps. Igitur (etiam tacente Fratre, in quem conſpiratum eſt) ſpectat ad Prælatum

iudi-

iudicare de condigna ſatisfactione; Ideò non videtur condigna ſatisfactio, ſi Conſpirator priuetur officijs Ordinis, & ſtatim per ſententiam releuetur, quia eſſet illuſio iuſtitiæ, & poteſtatis abuſus, & niſi adiuuetur tempore, non poteſt à Prælato illo tolli, & ſicut Princeps peccat mortaliter faciendo gratiam ſine remiſſione partis, quando remiſſio partis tendit in graue damnum Reipublicæ, ità Prælatus Religionis permittens, vt Conſpiratores, & peruerſores pacis impuniti remaneant, & quod peius eſt, auctore Prætore: Quamobrem condigna ſatisfactio non ſolum conſiſtit reſpectu partis offenſæ, ſed etiam reſpectu pœnæ, & durationis illius, ita vt condignè ſatisfeciſſe cenſeatur, qui per multum temporis arbitrio ſuperiorum manſerit ſub priuatione. *Ibid.q.3. reſp.1.& 2.*

10 Conſpiratio in Prouincialem, ſicut iudicari debet à Generali, ita puniri; & aggratiari ab illo: facta autem contra Generalem, ab ipſo ſolo, ſeu à delegatis ab ipſo; ſed facta contra Superiorem localem inſignem, ſeu de menſa Generalis, ſupra quem Generalis ſpecialem reſpectum haberet, etiam ab ipſo Generali cognoſci debet ratione congruentiæ; non tamen eſſet attentatum, ſi Prouincialis ſuper eo procederet, dummodò cauſa à Generali non eſſet affectata, ſatisfaceret opportuni-

tas, abſentia, vel præſentia, vt ſcilicet Generalis non conſulatur etiam in vrgentiſſima cauſa, ſi nimirum abſens fuerit, & Prouincialis ſuo iure vtatur. *Ibid. reſp. 3.*

11 Releuari poterit Conſpirator poſt punitionem à tota pœna, ſi id bene viſum fuerit Prælato, quia datur facultas, non coactio, vndè poterit vel totam, vel partem pœnæ dimittere, iuxtà ſatisfactionis, & emendationis modum, & *ly quouſque releuetur* importat abſolutam libertatem in releuante, qui ad releuandum cogi non poterit; quinimò ſupponit ſatisfactionem condignam, tunc enim poterit Conſpiratorem habilitare ad Guardianatum, non ad Diffinitoratum, Generalatum, & ſic in partem, non in totum. *Ibid. reſp. 4.*

12 Hæc releuatio non eſt merè arbitraria; & nullis legibus alligata, ſed debet habere iuris ordinem, & conditionum in ſtatuto poſitarum obſeruantiam, vndè adimitur facultas releuandi Generalibus, & multo magis Prouincialibus Conſpiratorem, niſi de condigna ſatisfactione conſtet. Qua non apparente fas erit cuique Fratrum reclamandi, quia agitur de delicto publico, & grauiſſimo, contra quod quilibet de populo reclamare poteſt, *Ibid. reſp. 5.*

13 De ſatisfactione autem condigna conſtabit ex actis, examinando Teſtes, quod parti

Digitized by Google

ſatisfecerit, quod per bonam conuerſationem infamiam abſterſerit, & præcipuè, quod in Conuentibus pacificè vixerit, quod Conuenticula, & turbas non concitauerit, quod ſecretas practicas vitauerit, & præcipuè circumſtantiam temporis, intra quod emendationem præſtiterit, quo non conſtito, gratia erit nulla. Hæc Prælato aſſerenti in litteris releuatorijs conſpiratorem ſatisfeciſſe credendum eſt, niſi Iudex eſſet Notarius, ſed apud nos eſſe non poteſt; Immò nec ſufficeret adnotatio Notarij, niſi per duos ſaltem teſtes conſtiterit Conſpiratorem condignam ſatisfactionem exhibuiſſe ad verificandum formam Statuti; nam ſi reuocatur in dubium, poteſt cauſa à ſucceſſore reuideri, & ſententia nulla declarari; Quinimmò poſſet etiam Prælatus inferior de hac nullitate cognoſcere, dummodò ſit Ordinarius, ſcilicet Prouincialis, ſi fuiſſet releuatus à Generali inſiſtente parte de nullitate gratiæ, non verò delegatus. *Ibidem verſ. Sed quomodo conſtabit.*

14 Aduerte tamen hic, quod licèt in ſtatuto dicatur *à Prouinciali, vel Generali releuetur*: tamen non poteſt Prouincialis abſque Diffinitorio ad hanc releuationem deuenire. Quidquid ſit de Generali, qui in his, & ſimilibus cauſis non indiget Diffinitorio. *Ibidem verſ. dices 2.*

15 Licèt in ſupra allato ſtatuto dicatur. *Conſpiratio tamen non eſt dicenda, quando ſubditi aliquid inſinuare, aut ſignificare Superioribus voluerint.* Attamen nullo modo permittendum eſt, vt Fratres, etiamſi ex zeli ſpecie conſpirent, nunciando defectus ante correctionem fraternam, vel poſt correctionem iam emendatos, aut occultos, & minimè pernicioſos communitati, tunc enim Prælatus deberet punire delatores, & Conſpiratores, quando Regulas Euangelicæ correctionis non ſeruaſſe cognouerit. Attendendum eſt etiam tempus, & materia, vt ſcilicet agatur de exceſſu notabili, & tempus viſitationis non ſit in limine, ſed ad plures menſes differatur, ex quibus intempeſtiuæ, & difficilis curationis timor effulgeat, *exempli gratia*. Imminet ex commercio Sæcularium, vel Monialium ſcandalum aliquod periclitatur intra domeſtica odia charitas, timentur in Cœnobio rixæ contentiones, lapſus contra vota eſſentialia, & ruinæ de vicino parantur; Superior abeſt, temporis tractus incommodat, ratio dictat de vicino remedium adhiberi; & quia ſi vnus, aut alter ſcribat fortaſſe beneuolas Prælati aures minimè nanciſceretur, expedit, vt multi in bonum pacis, & obſeruantiæ conſpirent, ideò vnanimi conſpiratione ad Superiorem ſcribunt, ſicut iſta conſpiratio laudatur, ità intempeſtiua, & temeraria

raria abijcitur. Nam ſi defectus non ſint ita vrgentes, & præſentaneam medelam non expetant, ità vt pari profectu expectari poſſit viſitatio, Conſpiratores repræhendendi, & corripiendi eſſent. *Ibid.quaſt.vltima*. Vide *Calumniator. Infamator.*

CONSTITVTIO.

1 Conſtitutio Ordinis noſtri ad mortalem non obligat, niſi tales eſſent exceſsus, qui à diuina lege, vel præcepto Eccleſiæ inducerent ad mortale. *Conſt.cap.2.ſtat.71.quæſt.1.* & *cap.12.quæſt.1.* vbi habetur, quod vbi adſit contemptus, tranſgreſſio ſtatutorum noſtri Ordinis, eſt peccatum mortale, aliàs minimè. Immò vbi conſtitutiones noſtri Ordinis per obedientiam, vel excommunicationem præcipiunt, non obligant in quantum præcepta ſunt ſtatutaria ad mortale, ex vi ſcilicet ſolius præcepti à materia præciſi, ſed quia materiam grauem continent, quæ etiam ſecluſo ſtatuto, vel Conſtitutione, peccatum mortale induceret. *Ibidem*, & *Pœnal.cap.2.quæſt.3.reſp.3*. Vide *Contemptus.*

2 Conſtitutio poſterior reuocat priorem, etiam ſi de priori mentionem non faciat, dummodò priori repugnet. *Conſt.cap.2.ſtatut.72. dub.8.*

Conſtitutiones Ordinis, & Nicolai III.

& Clementis V. quæ noſtram Regulam declarant, legi debent ter in anno. *Conſt. cap. 4. ſtat. 1.*

3 Martinianæ tanquam Regulæ Minorum relaxatiuæ, ſicut & quælibet aliæ Pontificiæ Conſtitutiones ſimiliter relaxatiuæ, ſunt ſubreptitiæ, & ideò non ſubſiſtunt, & nullæ ſunt, nec eis vti poſſumus poſt renunciationem, declarationem, & diſpenſationem relaxatiuarum Regulæ factam in multis Capitulis Generalibus noſtri Ordinis. *Conſt. cap. 4. verſ. Reſpondeo negatiuè.*

4 Quid veniant nomine Conſtitutionum Apoſtolicorum, & quomodo puniatur contra eas obloquentes. Vide *Carcer num.* 1. Vide *Statutum.*

CONSVETVDO.

1 Non inducitur per non vſum, ſed per replicatos actus. *Conſt. c. 2. ſtat. 14. obiect. 3. reſp. 1.*

2 Conſuetudo Minorum dormiendi cum habitu non obligat ad mortale, quia conſuetudo non facit materiam grauem; vel leuem, ſed firmat rem, ſuper quam cadit, nec facit de veniali mortale, nec mutat materiam actus prohibiti. *ibidem ſtat. 71. quæſt. 1. verſ. Præmittit tamen.*

Non

Digitized by Google

3 Non dicitur conſuetudo legitimè introducta, niſi poſt præſcriptionem, quæ contra ius canonicum debet eſſe ſpatio 40. annorum. Et contra Priuilegia Regularium ſexaginta annorum *Conſt. c. 2. ſtat. 14. concluſ. 5. obiect. 4. & Pænal. c. 7. caſ. 14. diffic. 1.*

4 Contra noſtram Regulam, eiuſque præcepta nunquam fuit introducta legitima conſuetudo. *Pænal. ibidem*; immò nec induci poteſt, ſicut nec contra ius diuinum, aut naturale. *ibidem probat. 5. & conſtit. cap. 12. ſtatut. 13. dub. 2.* Valet enim conſuetudo, licet difficillimè inducatur contra Ordinis noſti conſtitutiones. *Conſt. ibidem, & Pænal. ibidem difficult. 3. & cap. 6. quæſt. 9.* vbi etiam habetur, quod Generalis poteſt abrogare conſuetudinem hanc contra Ordinis conſtitutiones introductam.

CONTEMPTVS.

1 Legis, ſeu Præcepti eſt triplex. Primo cum quis aliquid vel facit, vel omittit ea intentione, vt faciat contra intentionem Superioris, nolens illi obedire, illumque contemnens, & ſic eſt peccatum mortale. Secundo cum non vult obedire, tenens, Superiorem præcipere non poſſe, niſi quod Deus præcipit, & ſic non ſolum eſt peccatum mortale, ſed error in Fide, niſi euidenter illi conſtaret Superio-

rio-

riorem præcipere, quæ non poteſt, vt eſſet in noſtro Ordine, quæ ſunt contra Animam, Regulam, & conſtitutiones. Tertio cum quis paratus eſt quidem obedire, ſed accedente occaſione, labitur in rem vetitam; tunc peccat quidem mortaliter, ſi res grauis ſit, & ſi haberet animum peccandi, prout ſeſe occaſio obtulerit, ſiue leuis ſit materia, ſiue grauis, tunc enim ex præparatione voluntatis, & ex habituali, vel virtuali intentione peccat, etiam ſi actualiter non tranſgrediatur præceptum. Quare contemptus (ideſt formalis, vt dicemus numero ſequenti) non fundatur formaliter in ſola inobedientia. Cui doctrinæ adhærens noſtra Religio, ſtatuit, fratres non peccare mortaliter in tranſgreſſione Statutorum, niſi ex grauitate materiæ, & ratione contemptus. *Pæn. c. 2. quæſt. 3. in fine.*

2 Contemptus, alius materialis, alius formalis, & licet omnia peccata contemptum contineat materialem, ſicut etiam dicitur contemnere Sedem Apoſtolicam, qui illi non obedit, tamen non omnia peccata contemptum continent formalem. *Pænal. cap. 10. quæſt. 2. diff. 7. verſ. An quia.*

3 Contemptus Clauium eſt, cum quis non vult ſe ſubmittere poteſtati Eccleſiæ putans illam eſſe intolerabilem. *Conſt. cap. 2. ſtat. 14. quæſt. 9. in fine.*

CON-

Digitized by Google

CONTRADICERE.

In materia inobedientiæ, & rebellionis (ideſt apud nos) *reſiſtere ſe opponere, aut rebellem ſe exhibere* contra Superiores, vt Superiores; licet enim in iure *contradicere* in bonam partem aliquando ſumatur, vt pro allegare iuſtam læſionem, hinc verbum illud, quod ſolet apponi in apoſtolicis commiſſionibus, non comprehendit eos, qui contradicunt de iure, ſed tantum de facto, quia licitum eſt ſuas rationes exponere, & ſuam læſionem oſtendere de iure tantùm, & non de facto. Quæ tamen doctrina non eſt vniuerſaliter extendenda ad omnes caſus, quia hac ratione obedientiæ votum conſtitueretur in materia diſputationis, quod non eſt dicendum, cum in obedientiæ voto ſubditus non habeat nec nolle, nec velle, ſed tenere debet Abbatem pro Deo; & ſic quando Generalis mitteret v. g. delegatum ad viſitandam Prouinciam, vel ad cauſas particulares, vel aliquid præciperet ex ijs, quæ non ſunt animæ, & Regulæ contraria, nullo modo, nec de iure, nec de facto poſſet ſubditus contradicere; ſi verò delegaretur inimicus, vel notoriè ſuſpectus, poſſet in hoc caſu contradicere, ideſt ſuas læſiones exponere, & expectare delegati, vel delegantis reſolutionem ſecundum Regulas Eccleſiaſticas de Appellatio-

Digitized by Google

tionibus. Sic enim ſi commiſſarij attentarent aliquid contra Ordinis Statuta, vel Ius naturale, & Diuinum, aut Apoſtolicas Conſtitutiones, non dicerentur rebelles, nec contradictores, qui reſiſterent. *Pœnal. cap.6. quæſt. 1. verſ. Tandem rebellio*. Vide *Rebellis*.

CONTRITIO.

Quando quis priuatur ſepultura Eccleſiaſtica ob delictum, regulariter intelligitur, niſi ante mortem ſigna contritionis dederit, ad quod probandum ſufficit vnus teſtis. *Pœnal. cap.7.quæſt. 1. verſ. Tertia pœna*.

CONTVMACIA, CONTVMAX.

1 Contumacia eſt multiplex, videlicet cum quis vocatus comparere peremptoriè contemnit: vel comparens ſine licentia confugit: vel ſententiæ parere detrectat. Diſtinguitur etiam in veram, ſiue expreſſam, quando citatus dicit: Nolo comparere; & fictam, ſeu tacitam, quando citatur, & non venit, ſeu latitat, vel impedit ne citetur. *Pœnal. cap. 6. quæſt. 1. conſtit. cap. 1. ſtat. 4. §. 3. & 4.* Vbi dicitur, quod rebellis eſt, non ſolum qui Domino ſuo naturali reſiſtit, ſed etiam cum Iudici non vult parere, vel ſuam iuriſdictionem impedit. Contumax verò is dicitur, qui non vult comparere ad citationem Iudicis, & qui

non

Digitized by Google

non vult obedire officiali Principis propter ipſum Principem, poteſt dici rebellis, ſecus ſi non vult obedire officiali propter ipſum officialem. Vide *Rebellio num.* 1.

2 Contumax autem licet ſit, qui tribus edictis poſitis, aut vno pro tribus comparere, vel parere contemnit, vel qui Superioris, ſiue Prætoris decreto non obtemperat, vel aliquid facere iuſſus non paret, vnde diffinitur. *Contumacia eſt inobedientia voluntaria, qua quis monitionem Iudicis contemnit.* Tamen contemptus ob firmatam in non parendo voluntatem oſtendat, non indiget trina monitione, vt contumax declarari poſſit: quare his monitionibus relictis, ad pœnam contumacium, & inobedientium deueniri poteſt. *Conſtit. cap. 1. ſtat.* 4. §.18. Vide *Citatio. Inobedientia. Carcer.*

3 Inobediens ſi debitè monitus, in contumacia perſeueret, carceris pœnam incurrit, & conſequenter actibus legitimis priuatur; vnde non quilibet inobediens has penas incurrit, ſed contumax, ſcilicet qui trina monitione præmiſſa, per diem naturalem, congruis interuallis, inobediens perſeueret, aut vna habente vim trium monitionum, vel etiam vna tantum monitione præmiſſa, ſi diſcretorum conſilio tam conſpicua inobedientia appareret. *Conſt. ibid. cap.* 1. §. 18. *& Pœnal. cap.* 6. *quaſt.* 2. *reſp.* 2. *diffic.* 2.

Con-

Digitized by Google

4 Contumax habetur pro confeſſo, ficto tamen non vero, & tunc non prius quam declaretur, & pronuncietur; vnde poteſt condemnari abſens, & indefenſus; nam contumacia declarat, eum nolle ſe defendere. Contra ipſum enim omnia iura clamant, & regulariter abſens in criminalibus citatus, non poteſt comparere per procuratorem. *Dixi abſens*, quia carceratus poteſt: Dixi etiam *regulariter*, quia licet non admittatur procurator ad diſputandum ſuper crimine, admittitur tamen ad proponendas exceptiones legitimas pro reo, putà ſi aliquis Religioſus (quod Deus auertat) furtum, vel homicidium commiſiſſet, & poſtea in fugam ſe dediſſet, & citatus venire non potuiſſet ob infirmitatem ſibi ſui peruenientem in alia Prouincia, vel quia dum in naui veheretur, in manibus Turcharum incidiſſet: quas exceptiones acceptare tenetur Iudex, & ſuſpendere iudicium contumaciæ, etiam ſi exceptor nullum mandatum haberet: Debet etiam procurator admitti ad excuſandum innocentiam, quando in abſentia procedi poteſt. *Pœnal.cap.*1. *quæſt*. 4. *aduertentia 6. verſ. Excipiunt tamen*.

5 Sententia lata contra contumacem, vt talem habitum à Iudice, pleno iure valet, qui ſi doceat, legitimo ſe impedimento detentum, reſtitutione reſcinditur; vnde ſi redierit poſt an-

annum, etiam audiri poteſt, in quò eſt notandum, in cauſa criminali peti poſſe contra ſententiam, & proceſſum, non contra crimen directè, & principaliter; indirectè autem tollitur crimen, cum annullatur ſententia, vel proceſſus. *ibidem dubit. 3. verſ. Reſpondeo in cap. rurſus:*

CONVENTVS.

1 Nomine Conuentus non veniunt Superiores, & Officiales, niſi eſſet coactus conuentus, ſeu coactum capitulum; vnde delinquente conuentu in ſimoniaca receptione puniuntur Superiores, & Officiales, quorum conſilio res geſta fuit, quod ſi non eſſet coactus conuentus, ſeu capitulum, nec iſti incurrerent pœnas. *conſtit. cap. 11. ſtat. 7. concl. 5. quæſt. 3.*

2 De nouo erigi non poſſunt, aut relinqui ſine licentia Papæ, & habita licentia Ordinarij: qui quidem Ordinarius debet vocare partes intereſſe habentes (*hoc intellige quando erigi debent*) & auditis habitatoribus illius loci, vbi conuentus eſt ædificandus. Vel ſufficit, ibi poſſe habitare duodecim Fratres, & ali abſque detrimento aliorum Religioſorum, hoc autem debet conſtare Ordinario. Item quod diſtet quatuor milliaria ab alijs Religioſis intereſſe habentibus loci viciniori. Seruandæ ſunt etiã conſtitutiones Clem. VIII. incipien. *Quoniam*

ad

ad inſtitutum. Gregor. XV. *Romanus Pontifex*, & Vrban. VIII. *Romanus Pontifex anni* 1624. & Innocentij X. His conditionibus non indigent tranſmutationes conuentus vnius ad alium ſitum. *conſtit. cap.* 5. *ſtat.* 2.

3 Conuentus, in quibus non manent duodecim Fratres, ſubiacent Ordinario loci in omnibus, & per omnia, ſufficit tamen, quod duodecim Fratres fuerint collocati de familia, licet actu non ſemper maneant: & quod tales conuentus fundati ſint cum duodecim Fratribus, quibus deficientibus propter calamitates, vel peſtem, parum refert, quia iam fundati fuere cum requiſitis neceſſarijs, & non reſpiciuntur caſus fortuiti. *Conſtit. cap.*5. *ſtat.* 3.

4 Qui quidem conuentus non poſſunt decorari titulo Guardiani, niſi adſit communitas octo Fratrum cum Dormitorio, Eccleſia, & Refectorio, donec duodenarius numerus compleatur. *ibidem*. Et pro educandis Nouitijs fundari debent in ſolitudine, eo quia in ipſis Deus ad eos loquitur, & ſanctæ orationis lacte nutrit alumnos. *conſtit cap.* 2. *ſtat.* 27.

5 *Nullus ex noſtris (exceptis qui Miniſtri, vel Commiſſarij generales fuerunt) abſque ſocio, & licentia per ſingulas vices impetranda, è conuentu egredi poteſt*. Procuratores, & Commiſſarij Curiæ etiam exire poſſunt ſine licentia, non obſtante Decreto Clementis VIII. *de reform.*

Digitized by Google

form. Regul. num. 19. *conſtit. cap.* 3. *ſtatut.* 19. Sic etiam ſub apoſtaſiæ pœna exire è conuentu, niſi bini Fratres non poſſunt, immò etiam vbi conuentus non ſunt, debent bini incedere, excepto caſu neceſſitatis, maximè vbi ſingulos in certis caſibus emittendi inoluiſſet abuſio, vt Romæ, Neapolis, Genuæ, &c. in quibus ſinguli, & ſolitarij Fratres ad quæſtuationes deſtinantur. ceſſante verò neceſſitate, & abuſu, nec in excommunicationem Apoſtatarum ipſo facto egreſſus incurrit, niſi prius declaretur, vt declarari poſſet. *Ibidem ſtatut.* 20. Vide *Apoſtata num.* 18.

CONVICIVM.

Dicitur cum plures voces in vnum concurrunt; & quia in bonum, & in malum concurrere poſſunt, non ſemper in malam partem *Conuicium* ſumitur; plerumque tamen in malam partem ſumitur; & *eſt maledictio petulantis iactata*, & ſolis verbis conſiſtit; nec omne maledictum conuicium eſt, ſed id ſolum, quod cum vociferatione dictum eſt. Hinc quod cum in *ſtatut. cap.* 7. §. 5. *num.* 45. dicatur. *Si quia fratri non Prælato verbum improperij, vel conuicij dixerit, &c.* Verbum *conuicij* accipi debet non pro qualibet iniuria, irriſione, improperio &c. ſed pro his, vel eorum aliquo, ſi dicatur cum vocis contractione, concurſu, alteratio-

ratione, vt ſi frater dicat, ille reſpondeat, & vnà ſimul contendant, aliàs conuicium non erit, ſed aliud genus iniuriæ. Verumtamen eſt, quod Statutum non reſpicit hanc legum ſubtilitatem, ſed pro eodem punitur cum improperio, iniuria &c. *Pœnal cap.* 13. *quæſt.* 1. Vide *Iniuria num.* 2.

CONVICTVS.

1 Non dicitur quis, niſi delictum probatum fuerit, ſaltem per duos teſtes conteſtes, & integros. *Pœnal. cap.* 1. *quæſt.* 4. *aduert.* 6. *dub.* 2.

2 Non ſolum autem per teſtes, ſed etiam per inſtrumenta, per indubitatas probationes, & per argumenta poteſt conuinci reus, maximè cum inſtrumenta directè continent crimen, vt ſi producatur inſtrumentum ſimoniacum, vel conſpirationem continens, vel ſcriptura libellum famoſum &c. vel furtum aut alienationem rerum Eccleſiæ. Aduertendum tamen eſt, non omnibus ſcripturis, adhiberi fidem conuincentem, ſed ijs tantum, quæ publicæ ſunt, & ſine alio teſtimonio, vt veræ recipiuntur, vt ſunt inſtrumenta manu Notarij confecta, & apud nos tabula capituli, & electionis, Regeſta Ordinis, & Prouinciæ, libri publici; itavt ſi opus eſſet aliquem vt incorrigibilem verbi gratia expellere ad probandũ aliàs fuiſſe

cor-

Digitized by Google

correctum, non eſt opus teſtibus, ſed ſufficit, quod notata reperiatur punitio, vel iuridica ſententia in libro Prouinciæ, ad hoc parato; & ſic de ſimilibus. *Pœnal. ibidem*. Vide *Teſtis num.* 1.

CORRECTIO.

Delictum emendatum per correctionem, ſiue fraternam, ſiue iudicialem, an ſit denunciandum. Vide *Carcer n.* 22.

CREDITOR.

Creditoris nomine veniunt non tantum hi, qui pecuniam crediderunt, ſed omnes, quibus ex aliqua cauſa debentur, ſiue ex quacumque actione, vel perſequutione, vel iure ciuili, vel honorario, vel extraordinario. *Conſtit cap.* 2. *ſtat.* 14. §. 6.

CRIMEN. CRIMINOSVS.

1 Criminoſi licet non poſſint recipi ad Religionem ſub pœna priuationis officij, & inhabilitatis in poſterum in recipientes, tamen ſi recepti profiteantur, valida eſt profeſſio. Criminoſi autem huiuſmodi ſunt homicidæ, non caſuales, nec ex defectu lenitatis, cuiuſmodi ſunt Iudices. Milites in bello iuſto, & qui caſu, vel ad ſe defendendum alium occiderint, ſed voluntarij, & iniuſti. Item la-

trones, fures, adulteri, neſandarij, falſarij, hæretici, rei læſæ Maieſtatis, proditores patriæ, aſſaſſini, quibus imponenda venit pœna mortis, vel triremium, vel exilij perpetui. Minora autem delicta committentes, non ſunt inhabiles. *Conſt. cap. 2. ſtat. 3. concluſ. 2.*

2 Huiuſmodi criminoſi non arcentur à ſuſceptione habitus, niſi poſtquam conſtiterit, Iudices, vel Curiam ſæcularem de ipſo crimine accuſationem ſuſcepiſſe, vel Inquiſitionem inſtituiſſe, nec ſi accuſati abſoluti fuiſſent, vel ſatisfactionem dediſſent, niſi ex parte infamiæ excluderentur, nec ſi publici, & notorij, ſed ſecreti eſſent; nec ſi deductum eſſet crimen coram Iudice Eccleſiaſtico, ſed ſæculari. *ibidem*.

3 Crimen morte dignum in ſæculo qua ratione puniendum, & quæ ſint huiuſmodi crimina. Vide *Carcer num.* 19. Crimina quæ denuncianda. Vide *Carcer. num.* 22.

CVLPA.

1 Alia theologica, alia ciuilis, alia phyſica, ſeu materialis. Prima tantum, ſiue venialiter, ſiue mortaliter, animam afficit, reliquæ verò non, *Pœnal. cap. 2. quæſt. 3. reſp. 2.*

2 Apud Canoniſtas, & Legiſtas diſtinguitur culpa in latam, leuem, & leuiſſimam, quæ

Digitized by Google

quæ omnes diſtant à culpa theologica, quam nos diuidimus in mortalem, & venialem: Supradicti namque nomine culpæ intelligunt defectum diligentiæ, quam adhibere ſolent diligentes, diligentiores, & diligentiſſimi. Et *latam* vocant defectum illius diligentiæ, quæ adhiberi ſolet, & debet à perſonis ordinario modo diligentibus, vt eſſet, ſi quis librum relinqueret in foro; hoc enim nullus diligens faceret. *Leuem* appellant defectum diligentiæ, quam adhibere ſolent diligentes, vt ſi amittas librum, quem in non clauſo cubiculo reliquiſti. Diligentiores enim ſolent claudere cubiculum. *Leuiſſimam* tandem nominant defectum diligentiæ, qua vti ſolent diligentiſſimi, vt ſi non poſueris libros in foro, non in cubiculo non obſerrato, ſed in cubiculo, quem putabas eſſe clauſum, cuius experimentum non feciſti, oſtium impellendo &c. & tunc commiſiſti culpam leuiſſimam, quæ culpæ multoties peccata theologica eſſe non ſolent, ſed potius defectus memoriæ, & artis. *Pœnal. cap. 2. quæſt. 8. reſp. 2.*

3 Cum dicitur, in contractione pœnarum non ſufficere culpam latam (in criminalibus enim lata culpa non æquiparatur dolo) intelligitur pro culpa defectus naturalis ſine dolo. Nomine enim doli mali intelligitur fallacia, calliditas, machinatio ordinata ad decipien-

dum, & ſallendum aliquem cum formali propoſito nocendi, & peccandi. *Pœnal. cap. 2. quæſt. 8. & cap. 14. quæſt. 6. diffic. 2. verſ. Cauſale homicidium.*

Culpa Regularis. Vide *Capitulum culparum.*

CVRA.

Animarum maximum chriſtianæ pietatis, & perfectionis eſt opus; vnde Regulares ad illam ritè tranſeunt, & Miſſionarij ad hoc ſpecialiter deputantur, quando ſæcularium copia non adeſt: multò perfectius eſt animas ſaluare prædicando, Sacramenta miniſtrando, quam in ſolitudine recitare officium, & orare. *Conſt. cap. 12. ſtatut. 5. quæſt. 1. verſ. Non inquam vrget.* Vide *Baptizzare.*

CVSTODES.

Noſtri ante Bullam Leoninam, *Ite & vos*, præter votum electiuum in Capitulo Generali, habebant iuriſdictionem in ſua Cuſtodia, & erant verè Prælati; nunc autem non ſunt verè Prelati, ſed tantum in actu ſignato, non autem exercito, tamen poſſunt à cenſuris abſoluere volentes noſtro aggregari conſortio, ex vi Bullæ Clementis IV. *Conſtit. cap. 2. ſtat. 14. §. 4.* Vide *Abſoluere num. 4.*

An Cuſtodes in noſtra Seraphica Religione ſint proprij Sacerdotes, itaut habeant auctori-

ta-

Digitized by Google

tatem ordinariam in audiendis confeſſionibus. Vide *Confeſſio num.* 7.

Cuſtos carcerum. Vide *Carcer. num.* 28. & 41.

DEBILIS.

Nimis debilis eſt inhabilis ad profitendam Religionem. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 1. §. 3. Vide *Nouitius num.* 4.

DEBITVM. DEBITOR. DEBERE.

Debere neceſſitatem importat, etiamſi aliquando denotet honeſtatem, vnde debitor appellatur, à quo inuito pecunia peti poteſt. *Pœnal. c.* 13. *q.* 10. *reſp.* 3.

Fratrem Minorem debita contrahere? Vide *Proprietas*.

Debitorem recipi ad habitum, Vide *Nouitius num.* 6.

Decreta: Declarationes Sac. Congregationis.

1 Decreta Sancti Officij, quæ debent publicari 6. Feria poſt feſtum Aſſumptionis B. V. poſſunt publicari per totum reſiduum Auguſti. Sic etiam ad Decreta Sacri Concilij de celebrat. Miſſarum publicanda conceſſus fuit vnus menſis immediatè ſequens. *Pœnal. cap.* 3. *q.* 3. *in fine*.

2 Decreta Clementis Octaui pro Nouitijs in multis obligant ſub mortali. *Conſt. cap.* 7. *ſtat.* 1. *quæſt.* 10.

Declarationes Sacræ Congregationis an publicata vim habeant. Vide *Conſtitutio*.

3 Sacra Congregatio Concilij ſeuerè prohibuit ſuas declarationes imprimi publicari &c. eaſque niſi ſignatas, & ſigillo munitas in iudicio, vel extra nullum robur obtinere declarauit, eo quod alterari, diminui, immutari, & aliquando infingi occurrat, quæ ratio militat, etiam in Decretis Sac. Congregationis Regularium. Quam ob cauſam prohibita eſt collectio Bullarum Barboſæ. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 14. *concluſ.* 4. *obiect.* 1. *verſ. Sed Eminentiſſimo*.

DEFENSIONES.

1 Sunt de iure diuino, & naturali; Vnde neque per reſcriptum Papæ tolli poſſunt, immò nec Hæreticis denegari debere, & tanquam iniquus recuſari poteſt Iudex negans defenſiones, & quando Princeps reſcriberet, quod in cauſa procedatur, nulla exceptione obſtante, intelligendus eſt de exceptione friuola non legitima, quinimò Iudex debet reo offerre defenſiones, maximè vbi videret aliquo modo, poſſe innocentiam detegi; & in Supremo Tribunali Inquiſitionis carcerato, & inquiſito, etiam

etiam non petenti proceſſus copiæ offeruntur: Nec excommunicatis negantur; neque Diabolo, quod ſeruari magis debet, ſi rei eſſent perſonæ ſimplices, & Idiotæ. Immò in cauſa graui defenſionibus renunciare nequit Inquiſitus, quia hac ratione boni nominis curam non habere, conuinceretur, licet nonnulli oppoſitam opinionem probabiliorem teneant, quia non tenetur quis ita conſeruare famam illæſam, ſicuti vitam, & præcipuè Regulares, qui minus curare debent famam, quàm Sæculares, niſi eius iactura Ordini incommodet, cuiuſmodi eſſent, ſi puniendus eſſet Generalis, Prouincialis, vel aliquis Pater grauis nimis notus, &c. *Pœnal. cap. 1. q. 4. aduertentia 6.*

2 Benè tamen verum eſt, quod *cap. 4. q. 11.* reſoluit, quod ſine culpa mortali poteſt quis renuntiare defenſionibus, etiam ſi quis certus ſit ad mortis euaſionem defenſiones proficere. Extra Religionem conſiderandæ igitur ſunt conditiones ſtatus, qualitatis, & grauitatis delicti; neque quælibet defenſio ſufficit, quia qui malè defenditur; vt indefenſus condemnatur, vtpotè ſi Reo incarcerato petenti defenſiones, aſſignaretur Frater imperitus, eo prætextu, quia alius non adeſſet, vel nollet tale munus accipere, vel Sæcularis Patroni copia non concederetur; tunc enim ſine dubio inde-

fen-

ſenſus dici debet, quia defendere aliquem, eſt facere, quod Dominus faceret in ſua lite, ideſt nihil omittere, quod ad tuitionem pertinere poteſt. *Ibidem Pœnal.cap.1.q.4. aduertent.6.* Et Iudices peccant mortaliter, ſi deficiant negando defenſiones legitimas Reis. Vide *Proceſſus num.6.* Vide *Iudex.*

DEFLORANS.

Virginem cum promiſſione illam ducendi in matrimonium, non poteſt ingredi Religionem, niſi ipſam dotet. *Conſt.cap.1.ſtat.4.§.3.quæſt.2.* Vide *Fornicatio.*

DEFORMITAS.

Notabilis corporis, puta claudicatio, gibboſitas naſi, vel oculorum toruitas, & alia huiuſmodi, quæ notabiliter deformant aſpectum, reddunt inhabilem ad ſuſcipiendum habitum Religionis, niſi corporis deformitatem, generis excellentia, vel litterarum eminentia ſuperarent, *Conſt.c.2.ſtat.1.§.3.*

DEGRADATIO.

Actualis, ſiue ſolemnis fiat, vt exhautoritatio militis; qui militaria detrahuntur inſignia, & eius forma eſt. *Tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, exuimus te omni ordine, beneficio, & priuilegio clericali. Pœn.cap.4.quæſt.9.*

Degra-

Degradatus actualiter amittit priuilegium Canonis. *Pœn.cap.*21.*q*.4.

Delator. Vide *Proceſſus num.*1:

Delegatus. Vide *Iudex num.*1.

DELICTVM. DELINQVENS.

1 Delictum aliud publicum, aliud priuatum. Publicum eſt, cuius accuſatio, vel perſecutio permiſſa eſt cuilibet de populo, qualia ſunt læſæ maieſtatis. Adulterij, homicidij, patricidij; falſi teſtimonij, vis publicæ, vel priuatæ, ambitus repetundarum annonæ. Item omne delictum, quod fit principaliter in offenſam Dei, vt blaſphemia, deturpatio Eccleſiarum, Imaginum, hæreſis. Item omne delictum in offenſam Principis. Priuata verò delicta ſunt; quorum accuſatio, ſeu perſecutio ſpectat ad partem læſam, vt furtum. iniuria, arbores cædere, hæc autem de iure ciuili, nam de iure canonico omnia ſunt publica. Vnde nunc titulus de priuatis delictis non eſt in vſu, & ſecundum hoc Iudex poteſt procedere per inquiſitionem, denunciationem, & accuſationem, & hic modus procedendi apud Regulares ſeruandus eſt, Omnia igitur delicta apud nos ſunt publica, & à quolibet poſſunt ad ſuperiorem adduci. *Pœn.c.*8.*q*.12.

Delicta inquirere. Vide *Iudex num.*3.

2 Delinquens Religioſus, vt puniri poſſit

ab

ab Ordinario loci, debet moram trahere extra Conuentum formalem, ideſt qui habeat ſuũ Superiorem, & in eo regularis obſeruantia vigeat, ſi enim in domo ad erectionem noui Monaſterij deſtinata degat, in qua conuentualiter non viuatur, ſed ibi tanquam in domo ſæculari moretur, poteſt puniri, viſitari, & corrigi ab Ordinario, etiamſi degat cum ſuperiorum licentia; non poteſt tamen Ordinarius loci ſe in Regularem extra clauſtra degentem ingerere, niſi delinquat, nec poteſt contra ipſum procedere, niſi in viſitatione. Apoſtatas autem, etiam extra viſitationem poſſunt Epiſcopi carcerare, & ſuperioribus puniendos conſignare, *Conſt. cap. 2. ſtat. 66.*

3 Delicta minora ordinata ad vnum finẽ, & coniuncta confunduntur cum maiori, ita quod ſolum maius delictum puniatur; vnde ſi adſit ſtatutum puniens delationem armorum in centum, & aliud puniens inſultum in centum, & tertium puniens vulnerationem in centum, ſi quis armis inſultaret, & vulneraret, non eſſet puniendus triplici, ſed vnica pœna, quia pœna inſultus, & armorum confunditur cum pœna vulnerationis. *Pœn. cap. 8. q. 7. in fine.* Vide *Fornicatio num. 9.*

An vnicum delictum poſſit puniri à pluribus Iudicibus, & quando. Vide *Epiſcopus.*

4 In delictis notorijs non requiritur ſententia

tentia declaratoria delicti, ſed benè declaratoria notorij. *Pœn.cap 6.q.3.*

Delictum emendatum per correctionem: Vide *Carcer num.22.& Accuſatio num.8.*

Delicta incorrigibilia. Vide *Incorrigibilis.*

Delicta carcere digna. Vide *Carcer.*

Delinquens Religioſus in aliena Prouincia, à quo puniri debeat. Vide *Carcer in fine.*

Delictorum præſcriptio. Vide *Accuſatio num.2.& 15.*

Delicta carnalia. Vide *Fornicatio.*

In quibus delictis poſſunt Regulares accuſari apud Epiſcopos Vide *Epiſcopus.*

Quando Frater Minor teneatur denunciare delicta ſuperiori. Vide *Carcer num.22.*

Delicta morte digna. Vide *Carcer num.19.*

Denarij. Vide *Pecunia. Proprietas.*

DENVNCIATOR.

Quando talionis pœnam incurrit. Vide *Reuelare num.8. & Superior num.4.*

Quæ delicta denunciare tenemur: Vide *Carcer num.22. Accuſare num.8.*

DEPRAEHENDERE. DEPRAEHENSVS.

Licet depræhendere ſit capere in facto, vt in adulterio, in ipſo latrocinio, in demolien-

dis

dis Sepulchris &c. tamen repertum ſignificat etiam probatum, & compertum per teſtes, vt repertum crimen, adulterium, falſum &c. idem eſt ac in palàm deductum, & compertum. *Pæn. cap. 14. q. 4. reſp. 5. obiect. vnica*. Quidquid autem ſit de confuſione hac terminorum, quando ageretur de ſepeliendo proprietario in ſterquilinio reperitur, vt actu depræhenſus ſit, & mortuus in proprietate, non autem ſi conuictus fuerit. *Pæn. c. 7. q. 1. verſ. Dixi hoc dictum non eſſe*. Vide *Proprietas num. 2*.

DESCENDENTES.

A Iudæis, Hæreticis, & Saracenis, quorum corpora, oſſa, vel ſtatuæ combuſtæ ſunt; vel vt tales condemnati fuerunt vſque ad quartam generationem incluſiuè per lineam maternam, ſeu paternam ſine diſpenſatione Apoſtolica aſſumi non poſſunt in noſtra Religione ad Miniſteriatum, Vicariatum, ſeu Commiſſariatum Generales, Prouincialatum, Commiſſariatum, ſeu Viſitatoratum Prouincialem, Guardianatum; & ad grauia, & quæcumque officia, & dignitates Eccleſiaſticas, & Religionis, & ſi de facto electi fuerint, vel aſſumpti, electio eſt ipſo facto nulla, & eligentes ſunt ſtatim excommunicati, & priuati officijs, & dignitatibus, quas obtinent cum perpetua inhabilitate in poſterum, & non ſolum prædicti deſcendentes, ſed

mul-

Digitized by Google

multo magis ipſimet Iudæi, & Mahumetani, ſi ad fidem conuertantur. Gentiles autem (exceptis Mahometanis) vt ſunt Indi; Peruani, Iaponici &c. ſiue ipſi conuerſi ad fidem, ſiue eorum deſcendentes, his legibus non comprę-henduntur; tamen Schiſmatici, & eorum deſcendentes ſi condemnati fuerint, non tamen vltra quartum gradum incluſiuè, & in linea tantum directa non collaterali. His legibus non compræhenduntur deſcendentes ab hæreticis, ſeu ſchiſmaticis, pro talibus non declaratis, aut condemnatis, cuiuſmodi ſunt Græci, Schiſmatici, Lutherani, & Caluiniſtæ, hæretici, quia quamuis iſti notoriè ſint hæretici, & ſchiſmatici, non tamen ſunt nominatim pro talibus condemnati: Compræhenduntur tamen deſcendentes ab hæreticis pro talibus declarati etiamſi ipſi conuerſi fuerint, & catholici obierint, vel eorum oſſa, vel ſtatuæ crematæ non fuerint; poſſunt eſſe tamen omnes ſupradicti Diſcreti Capitulares, & Conuentuum Magiſtri Nouitiorum, Vicarij Conuentuum, Confeſſores Monialium, non tamen Cuſtodes, nec Diffinitores, immò neque Concionatores, & licet de conſuetudine non conſtet inhabilitas ad concionandum, tamen de iure conſtat, & poſſet in praxim deduci: hæ autem pœnæ non incurruntur niſi poſt ſententiam, nec in dubio, aut condemnãdus eſt aliquis, vt deſcendens &c.

aut

aut credendus. Quare ſi electus fuerit in tali dubio, nec ipſe tenetur deponere Prælaturam, nec ſubditi tenentur illi non obedire, nec Electores pœnas incurrunt, quia debet eſſe declaratus; vel denunciatus, & hoc Iudici conſtare debet. Tandem probabile eſt, non includi his legibus natum ab hæretico, antequam in hæresim inciderit; hæc tamen ſententia ſequenda non eſt ob honorem Religionis, quippè qui communiter exiſtimatur filius hæretici, & talem diſtinctionem populus non intelligit. In hac inhabilitate ſolus Papa poteſt diſpenſare, non autem Religio. Quæ tamen ab excommunicatione contracta ob electionem talium deſcendentium poteſt abſoluere. *Conſt.c.8.ſtat.17. & cap.2.ſtat.4.verſ. Quintus Geniti.*

DETRACTIO. DETRAHERE.

Detractio eſt iniuſta denigratio, vel læſio famæ alterius, quæ ſi fiat publicè; dicitur contumelia; ſi occultè, dicitur detractio, & octo modis fama proximi detrahi poteſt, ſcilicet imponendo alteri crimen falſum, reuelando crimen verum, ſed occultum, crimen verum augendo, interpretando ſiniſtrè factum alterius; qui quatuor modi propriè, & directè appellantur detractio, reliqui verò quatuor indirectè prout ſunt, negare rectè facta proximi, illa diminuere, reticere, quando pro tacita vitupe-

Digitized by Google

tuperatione acciperetur, vel frigidè laudare. *Pœn.cap.*10. *quæſt.*1. Vide *Infamia num.*1.*Caſu num.*3.*&* 4.*& infra.*

DEVOTIO.

1 Eſt voluntas quædam promptè tradendi ſe ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum, ex D.Thom. ex Auguſtino autem eſt pius, & humilis affectus in Deum, humilis ex conſcientia infirmitatis propriæ, pius ex conſideratione diuinæ Clementiæ. Eſt neceſſaria in volente Religionem ingredi, & peccant mortaliter, imò mortaliter induens indeuotum, & indiſpoſitum ad aſſumendam Religionem. *Conſtit. cap.*2.*ſtat.*1.§.4.

2 Duplex eſt deuotio, altera interior, exterior altera, prima conſiſtit in mente, & dicitur ſpiritualis, ſecunda, in corporis humilitate, quæ eſt interioris indicium, & affectus. *Conſt.cap.*3.*ſtat.*7.

3 Deuotio, & attentio, ſaltem virtualis requiritur in recitatione Officij Diuini ſub mortali. *Ibidem.*

DIETA.

Quælibet viginti milliaria, vel ſeptem leucas continet. *Conſt.c.*8.*ſtat.*36.*q.*7.

Dies termini non computatur in termino. *Pœn.cap.*9.*q.*1.*reſp.*2.

DIFFINITOR.

1 In Capitulo Generali duodecim Diffinitores ex vtraque familia: In Generali autem Congregatione intermedia, ſex in ſua familia eligi debent, qui ætatis 35. annorum, & Religionis 20. annum ſaltem exceſſerint. *Conſt.c.8. ſtat.36.in textu.*

2 Electio ipſorum eſt nulla, dum Præſes Capituli, ſiue per ſe, ſiue per alios nominat vocalibus, quos eligi vult, ſi talis nominatio eſt cauſa, vt electio cadat in nominatos; tamen permiſſa eſt conſultatio Vocalium inter ſe, quia moraliter impoſſibile eſt, vt Itali ſciant, quis Polonus, Boſnenſis, Germanus &c. ſit aptus, vt concurrat ad electionem, & è contra. *Ibid. quæſt.1.*

3 Defectus ætatis, & qualificationis, etiam electionem annullat, ſicut eſt nulla electio, ſi alius præter taxatum numerum duodenarium eligeretur. *Ibid.q.2.& 3.*

4 Sunt ſupremi Religionis Iudices, Aſſeſſores, & Collegæ Generalis Miniſtri: Sunt Patres, & Vocales pro tempore, quo in officio durant tàm Capitulorum Generalium, quam Prouincialium, & Congregationum intermediarum incidentium quarumcumque, in quibus habent votum actiuum, & etiam aliquando paſſiuum, vt in Capitulis Generalibus, & Prouincia-

Digitized by Google

uincialibus, in quibus poſſunt eligi Generales, Commiſſarij, & Prouinciales. Sunt Syndicatores Miniſtrorum, & Vicariorum, & Commiſſariorum Generalium in Capitulis, atque adeò, vt dictum eſt, ſupremi abſolutè Iudices, quibus ius eſt ſupremos Prælatos deponere, & punire, iuris ordine ſeruato, à quibus in Religione non eſt appellatio, ſed extra ad D. Protectorem, & Sedem Apoſtolicam. Eligunt Diſquiſitores electionum in Comitijs Generalibus; & quæ ſtatuta ſunt in Ordine, etiam ſi à Vocalibus omnibus concluſa fuerint, vim non habent, niſi à Diffinitorio Generali examinentur, & approbentur. Verum tamen eſt, quod non conſulto, aut non approbante Generali, nihil determinari, aut ſtatui poteſt, attamen nec Generalis poteſt ſtatuta condere, non conſentiente Diffinitorio, vndè vocare poſſunt Legislatores Religionis. *Ibidem quæſt.*4. Vide *infra num.*20.

5 Ad eos pertinet Auditores cauſarum nominare, Procuratorem generalem, & Commiſſarium Curiæ inſtituere, Guardianum Hieroſolymitanum, & Miniſtrum Candiæ deſtinare, ſtudia generalia, ac Lectores ibidem docturos nominare; futuro generali Capitulo locum præfigere. *Ibid.*

6 Officio functi, Patrum Prouinciæ prærogatiua potiuntur, primi poſt Prouinciales

Digitized by Google

Miniſtros, etiam officio functi incedunt, & quando opus ſit pro negotijs Prouinciæ eius Patres conuocare, ipſis etiam adeſſe neceſsè eſt. Quæ ſola prærogatiua præcedentiæ ſine, alio Paternitatis titulo, vel qualificatione, exacto officio, ipſis remanet modo. *Ibid.*

Dum actu ſunt Diffinitores, Guardiani eſſe non poſſunt, niſi cum eis vrgenti de cauſa fuerit diſpenſatum à Diffinitorijs pro principalioribus Prouinciarum locis, ſed poſſunt eſſe Vicarij, & Confeſſarij Monialium. Non eſt autem legitima diſpenſatio, niſi vrgens cauſa intercedat, quæ ſola eſſe poteſt, vt principaliori Conuentui prouideatur, cui aliæ perſonæ opportunæ non reperiantur, quia ſi aliæ reperiantur, nulla eſſet cauſa diſpenſationis, & diſpenſantes peccarent, & puniri poſſent, ac electus Guardianus; quare inſtituere vnum ex his, vel Prouincialibus Diffinitoribus Guardianum, vel vt partialitatibus ſatisfiat, vel vt perſonæ commodo proſpiciatur, vel vt ambitioni pabulum miniſtretur, graue peccatum eſt. *Ibid. quæſt.4.*

8 Tempore Guardianatus Diffinitor non eſt de corpore Diffinitorij, non quidem Generalis, ſed Prouincialis, niſi inſtitueretur Guardianus Terrę Sanctæ, qui ad Diffinitorium generale ſpectat; Immò non eſt de corpore Diffinitorij quoad ſuam electionem tantùm,

tùm, itavt poſtquam electus fuerit, redeat iterum in Diffinitorium, ſed omninò tanquam Diffinitor haberi non debet; itavt ad Congregationes intermedias vocari non poſſit, & conſequenter alius loco ſuo eſt ſubrogandus, aliàs electiones factæ nullæ erunt. Hinc dubitatur etiam, an Diffinitor Generalis poſſit eſſe Miniſter Prouincialis, & licet probabilis ſit opinio negatiua, tamen eſt etiam probabilis affirmatiua; Sicut etiam poteſt Prouincialis eligi in Diffinitorem Generalem. *Ibidem verſ. dum actu*.

9 Pro Hiſpanijs nullus Guardianus, defuncto Diffinitori ſubrogari poteſt, quod ſi ſecus factum fuerit, Guardianatu ſe abdicit; in noſtra autem familia, licèt non adſit hæc reſtrictio; immò cum diſpenſatione noſtris temporibus abſque renunciatione Guardianatus fuerunt nonnulli ſubrogati ex iure antiquitatis, infauſto tamen euentu. *Ibidem verſ. An autem*.

10 Diffinitores Prouinciales ſunt Iudices cauſarum Prouinciæ; Vocales pro tempore, & Patres, Sindicatores Prouincialium; Electores Diſquiſitorum in Capitulo Prouinciali; Legislatores Statutorum Prouincialium, Electores Guardianorum, & aliorum Officialium Prouinciæ, Prædicatorum, & Lectorum inſtitutores, Aſſeſſores, & Collegæ Prouincialium

in omnibus cauſis ad Prouinciam, Capitulum, Congregationem, & particulares Fratres ſpectantibus, ſine quorum conſilio, & aſſenſu nil moliri poſſunt Prouinciales. Quatuor tantum eligi debent, & non plures ætatis ſaltem 30. & Religionis 15. annorum (pro Reformatis autem non ſufficiunt 30. anni, ſed requiruntur 35.) quique prædicationis, aut lecturæ munus per 4. ſaltem annos laudabiliter tranſegerint. Vel triennio Magiſtri Nouitiorum, aut Secretarij Prouinciæ, aut Guardiani laudabiliter extiterint. In ſequenti triennio confirmari non poſſunt, vltra numerum latiorum, aut ſtrictiorum Prouinciarum non debent augeri. *Ibid.q.4.reſp.2.*

11 Diffinitores Generales in Capitulo, vel Congregatione generali ſunt digniores Prouincialibus, ipſoſque præcedunt; extra tamen Capitulum generale, vel Congregationem, minimè, ſed ipſos præcedunt Miniſtri Prouinciales; benè tamen verum eſt, quod in noſtra Familia Diffinitores generales præteriti præcedunt Miniſtros Prouinciales præteritos. *Ibidem quæſt.5.*

12 Non celebrata Congregatione generali intermedia ob aliquam cauſam, Diffinitores generales in Capitulo generali electi durant per ſexennium, vel vſque ad nouam electionem: *Ibid.q.6.*

Capi-

13 Capitulum, vel Congregatio ſine Diſſinitoribus celebrari non poteſt, vndè moriente aliquo Diſſinitore, vel abſente, ita vt infra tres dies eius præſentia haberi non poſſit, ſubrogari debet alter Pater dignior illius Prouinciæ; aliter electio eſt nulla. Subrogatio autem iſta debet fieri à Diſſinitorio; quod ſi Diſſinitorium nollet ad hanc deuenire, non poteſt ille Pater dignior ad Congregationem, vel Capitulum accedere: immò ſi accederet nolente Prouincia, eſſet puniendus vt Apoſtata, nec poſſet ab alijs Diſſinitoribus admitti ſub pœna vſurpatæ iuriſdictionis, & Congregatio, vel Capitulum eſſet nullum, tanquam celebratum à non habente poſſeſſionem, & exercitium iuriſdictionis. *Ibid.q.7.* Hinc eſt, quod Diſſinitor non poteſt intereſſe Diſſinitorio per Procuratorem. In Diſſinitorio enim generali, abſente aliquo ex Diſſinitoribus, debet ſubrogari alius ex eadem natione, ex ijs, qui fuerunt vel Procuratores, vel Commiſſarij Curiæ Romanæ, vel Diſſinitores generales; ſi verò nullus talis fuerit Miniſter, Vicarius, ſeu Commiſſarius Prouincialis, ex qua erat Diſſinitor defunctus, vel abſens. Diſtantia autem trium dierum poteſt dupliciter contingere, vel quia propè Capitulum eſt paucis milliaribus, tamen vocatus legitimè poſt tres dies non comparuit. Vel quia diſtat à Capitulo itinere trium dierum,

rum, vel per tres dietas, quarum quælibet viginti milliaria, vel ſeptem leucas continet: Et in his duabus conſiderationibus poteſt ſubrogari Diſſinitor, primo modo poſt legitimam citationem: ſecundo autem ſine illa, quia non tenetur Prouincia abſentem nimis conuocare, niſi reperiatur in Prouincia, & tunc vocari debet à Prælato, & expectari non ſolum tres dies, ſed quot erunt neceſſarij ad itinerandum, niſi eſſet in doloſa mora: Si autem reperiatur extra Prouinciam, non adeſt obligatio ipſum expectandi vltra tres dies, licèt adſit congruentia, & æquitas illum vocandi, & expectandi, maximè ſi abſens reperiatur ob Religionis vtilitatem, vtpotè ad prædicationem, commiſſionem &c. non enim videtur rationi conſonum, vt quis detrimentum deferat de obedientia, & Religionis obſequio. *Ibid. conſt. c.8. ſtat.36. q.7.* Vide *infra num.17.*

14 Diſſinitores generales non poſsunt eligi, niſi ex nationibus nominatis, ideſt ex Vltramontanis Prouincijs vnus, & Regnis Neapolitano, & Siculo duo, ex reliquis Italiæ tres, quorum tamen ſex, duo ex Reformatis eſse debent; ex Gallia duo, ex Belgis vnus: ex ſuperiori Alemania vnus, ex Hiſpania reliqui duo. Hique omnes ſi in Prouincia, ex qua vnus eligitur, alius in viuis non reperiatur, hoc tamen libertati, & meritis Pa-
trum

Digitized by Google

trum relinquitur; itavt ſit directio non præceptio: Quare ſi duo ex eadem natione eligerentur, electio valida eſset; & licèt regulariter non debeat eligi ex eadem Prouincia vnus, dum alter viuit, tamen excipitur Prouincia Romana, de qua in quolibet ferè Capitulo generali inſtitutus fuit aliquis vel Diffinitor generalis, vel Officialis Curiæ. Cœterùm hac excepta, perpetuò ſeruatum eſt, vt nunquam ex vna Prouincia duo eligerentur Diffinitores generales actuales, quia hoc eſt vetitum per ſtatutum generale, quod tantùm diſpenſat, vt viuente vno iam emerito, alter eligi poſſit poſcentibus meritis &c. *Ibid q.8.reſp.1.*

15 Diffinitores autem Prouinciales ex eadem cognatione duo eſſe non poſsunt, niſi ob excellentiam probitatis, & doctrinæ generalis diſpenſet, & eò minus poterit ex eadem cognatione eligi Prouincialis, & Diffinitor, vel Cuſtos, & Diffinitor: hæc autem prohibitio poſt quartum gradum durare non debet, poſſet tamen arctiùs limitari; Nomine autem cognationis hic non veniunt tantum illi, qui per fœminas coniunguntur, ſed etiam qui per maſculos; ſic etiam includuntur aſcendentes, & deſcendentes in recta, & tranſuerſali linea, vt pater, filius, nepos &c. frater, auunculus, conſobrinus &c. non autem affines. *Ibidem reſp.2.*

Quam-

16 Quamuis in alia familia, nec prouincialis Diſſinitor, nec Generalis niſi & præſentis ſint, & de corpore Capituli exiſtant, eligi poſsunt, tamen in noſtra poſsunt eligi, etiam ſi non ſint de corpore Capituli, dummodò præſentes ſint; præſentes autem cenſentur ſi in eodem Conuentu, in eadem Ciuitate, vel Suburbio, vel in alio Conuentu, ſeu Oppido, à quo per nuncium vocatus, vno die conuenire poſſit; in hoc tamen diſpenſare poteſt Generalis, non autem Capitulum prouinciale: *ibidem quæſt. 9.*

17 Diſſinitores generales, qui ex Generalis familia eliguntur, ſexennium durant, alij ex altera familia, & Prouinciales triennales ſunt, nec continuari, aut reeligi poſſunt, niſi vrgens cauſa differendi capituli, vel congregationis inciderit, quia tunc durant vſque ad ſequens capitulum; & niſi ſexennio tranſacto, cum decreto irritante per Bullam Gregorij XV. *Militantis Eccleſia*, & ſub pœna priuationis, & excommunicationis ipſo facto Generalibus, & Patribus; ſuper quo aduertendum eſt primo, quod dicente Gregor. XV. *Inſuper quod Fratres prædicti, qui officio Miniſtri Prouincialis, Cuſtodis, & Diſſinitoris functi ſunt, nullo modo poſſunt reeligi, niſi ſexennio tranſacto*: intelligi debet reduplicatiuè, ideſt Diſſinitor ad Diſſinitoriatum, Cuſtos

ſtos ad Cuſtodiatum &c. non autem prohibetur, Miniſtrum eligi in Cuſtodem &c. Secundo, quod ſexennium intelligi debet à die primæ electionis, non autem expleti officij. *Ita Author ibidem*. Tamen per Sacram Congregationem Regularium die 2. Iunij 1651. poſt ſuorum operum impreſſionem, fuit aliter declaratum, vacationem ſcilicet ſexennij prædictam, intelligendam eſſe à die expleti officij: Tertio hoc ſexennium debet eſſe capitulare, non naturale. Quarto, hoc ſexennium non debet expectari in ſubrogatione, quia poteſt ſubrogari Pater dignior ob mortem, vel ob priuationem, etiam ſi non elapſum fuerit ſexennium. Quod ſi ſubrogatio durauerit per biennium integrum, ſubrogatus vacare debet ſicuti electus. Sed quod attinet ad Diffinitores prouinciales ſub appellatione Patrſi prouinciæ veniunt illi, qui fuere Cuſtodes, & Diffinitores reſpectiuè, ſi nulli ſint digniores Patres, ſi autem nullus fuerit Pater in Prouincia, ſubrogandus eſt Guardianus principalioris Conuentus. *ibidem quæſt*. 10.

18 Suffragaturi ſedent ſecundum antiquitatem habitus, non electionis, vel votorùm frequentia, ſententias ferre debent maiores primùm in vltramontana familia, in noſtra autem ſtandum eſt conſuetudini, tamen prò maiori libertate debent primum Minores incipere. *ibid. q.* 11.

Plu-

Digitized by Google

19 Plurium ſententijs ſtari; & quæ plures determinarint valent, & teneri debent; Et nouiſſimè in ſtatuto Toletano ſub Reuerendiſs. P. Michaele Angelo de Sambuca ſtatutum fuit, quod minor pars tenetur ſubſcribere ſententias, & quaſlibet deciſiones diffinitoriales latas à maiori parte. *ibid.*

20 Diffinitores ex ſe ſine generali, vel prouinciali Capitulo nihil ad Ordinem, vel Prouinciam ſpectans determinare poſſunt; vnde neque Generalis; neque Diffinitorium generale, neque ambo ſimul habent in Ordine Minorico condendi ſtatuta, ſed tota vis legiſlatiua in Diſcretorio; ſeu Capitulo generali conſtituta eſt, quod complectitur Patres Vocales, Diffinitores, & Generalem, qui non poſſunt, niſi coniunctim facere ſtatuta. Quare deducitur, quod licet in Tabula Capituli generalis dicatur: *Generalis cum Diffinitorio ſtatuerit, Diffinitorium generale decernit, vnanimi conſenſu Diffinitorij generalis fuit decretum, generale Diffinitorium determinat, &c.* ijs tamen Religio obedire non tenetur. Immò (quod conſiderabilius eſt) poteſt Generalis præcepta toti Religioni imponere, ſuo tempore duratura, Diffinitorium verum generale non poteſt. Sed cum Tabula Capituli cum ſtatutis confici debent à Diffinitorio, ſi poneretur aliquod ſtatutum, quod in Diſcretorio concluſum non eſſet,

Digitized by Google

ſet, idque ſciret Præſes Diſcretorij, vel aliqui Prouinciales, qui aderant, tunc ſi hoc probari poſſet per congruos teſtes, pœna falſi puniendum eſt Diffinitorium, ſi de eius cōſenſu additum fuiſſet tale ſtatutum, & in conſcientia non eſſet obſeruandum; attamen niſi probetur, Obſeruandum eſt, quia præſumptio eſt pro Diffinitorio, de quo tamquam de grauiſſimo Tribunali tale ſcelus non eſt præſumendum, & ſic aliter dicentes, & tamquā tranſgreſſores, & tamquam calumniatores puniendi eſſent. *ibid. q. 12. & Pœn. c. 28. in fine*. Vocales autem, qui deponerent, talia ſtatuta non fuiſſe propoſita, & concluſa in Capitulo generali interrogandi eſſent, an ſingulis diebus, cum cogebatur diſcretorium ipſi aderant, quia potuit concludi ipſis abſentibus; neque ad duos, vel tres examen remittendum eſt, ſed ad quindecim, ſeu ſaltem decem probos, & Religionis zelo plenos. Maxima autem, & omni exceptione maior probatio pro, & contra eſt, monumentorum Capituli productio, quia ſi in actis capituli ſubſcriptis à Vocalibus omnibus, vel à Præſide Diſcretorij cum ſuis actuarijs, & aſſiſtentibus non reperiretur adnotatum, quod tali die coacto Diſcretorio, fuit propoſitum tale, aut tale ſtatutum, & per maiorem partem concluſum, vel excluſum, ſine vlla hæſitatione deduceretur validitas, & inualiditas illius. *Pœnal. ibidem*.

Pro-

21 Prouincialis ſine Diffinitorio licet poſſit formare proceſſus, & reum conſtituere, ac carceri mancipare ad cuſtodiam, & etiam ſuperiorem localem ab officio ſuſpendere, punire tamen non poteſt aliqua graui pœna carceris, exilij, priuationis ſuffragiorum, nullamque pœnam ſtatutariam ſubditum incurriſſe declarare ſine conſilio, & aſſenſu Diffinitorum. Hinc eſt, quod Diffinitores tenentur ſub peccato mortali, ac reſtitutione, damni illati, non minus ac Prouincialis probè noſſe merita cauſæ, quam iudicant, & ſi taliter periti non ſint, tenentur peritos conſulere, & ſi ex ignorantia procedant, pœna arbitraria puniendi ſunt, & priuationis officij, & dignitatis, ſi procedant ex dolo; ideſt tranſgrediendo clarè formam ſtatutorum, ſacrorum Canonum, iuris ciuilis, ſicuti ſi ex culpa lata, ſeu ex affecta, ex ſupina ignorantia iudicant, eadem pœna plectendi ſunt: Si autem ex culpa leui, vel leuiſſima, puniendi ſunt pœna minori. Nec excuſantur, quod iam electi fuerint Diffinitores, & non decet tale officium renunciare, nam iuri naturali repugnant, quod profiteantur munus, quod neſciunt. Et quamuis non peccaret mortaliter Diffinitor imperitus, dum cauſa diſcutitur, ſi peritiores audiat, & illorum ſententiæ adhæreat, tamen à mortali culpa non eximuntur illi, qui talem elegerunt,

quia

Digitized by Google

quia Republicam offendunt,& tales labendi euidenti periculo exponunt; & ideò per ſtatuta Ordinis cautum eſt, vt Diffinitores cum ætatis maturitate, Prædicatoris, vel Lectoris ſcientiam habere debeant. Quinimmò non ſolum tenetur, prout omnes Iudices, iudicare ſecundum allegata, & probata, ſed perpendere allegantias aduocatorum, & videre quid dicant, quomodo comprobent ſuas defenſiones, vel impugnationes, & ſupplere defectus aduocati, conferendo illorum allegationes cum iure, & certum eſt, hoc præſtari non poſſe, ſine ſcientia. Debent itaque Diffinitores call ere Statuta Ordinis, licet non ſit opus ſcire leges, & canones, quia ſufficit habere perfecta media ad iudicium ordinata, quæ ſunt ipſa ſtatuta Ordinis, iuxta quæ procedendum eſt. Debent etiam ſcire ordinem iuris neceſſarium in formandis proceſſibus; nam quamuis formare proceſſus ſpectet ad Prouincialem vſque ad ſententiam excluſiuè: vbi tamen opus eſſet arctatione (quæ ſine conſenſu Diffinitorij infligi non poteſt) neceſſe eſt ſcire; an proceſſus ſit benè, vel malè formatus, ſaltem quoad eſſentialia, & ſic dum de inferendis tormentis non minus, quam de ſententiando, cogitur Diffinitorium, Prouincialis docere tenetur de canonica formatione proceſſus, vel luſtrando, & legendo illum coram

toto

Digitized by Google

toto Diffinitorio, vel anticipatè illum tradendo ſingulis Diffinitoribus ad effectum, vt videant merita cauſæ, an ſcilicet contra reum legitima ſint, vt tormentis examinari mereatur. Sufficit itaque ſcire praxim Religionis, & ſecundum illam intelligere, an reus arctari, vel torqueri poſſit. *Pœnal.cap.*1.*quæſt*.2.*reſp*.3. *&* 4. Nec credere debent Iudici, ſeu Prouinciali etiam ſi perito, cum ipſi diffinitores ſint coniudices, & collegæ, & non ſatisfaciant ſuo muneri, credendo, ſed inſpiciendo, & multoties caſus docuit, erraſſe Diffinitores, ac propterea punitos fuiſſe, eo quod ad vnius relationem, etiam ſi docti, & probi ad cauſæ deciſionem deuenerunt. *ibid.*

22 Non eſt arbitrarium Viſitatoribus in decidendis cauſis, Diffinitores prouinciæ adhibere, vel ijs relictis, alios ipſorum loco aſſumere: ſed quotieſcumque non agitantur cauſæ contra ipſum Diffinitorium, vel Diffinitores ſuſpecti non ſunt, tenetur omninò Viſitator in decidendis cauſis vti conſilio, & aſſenſu Diffinitorij, quando autem agitandæ eſſent cauſæ contra Diffinitorium, vel Diffinitores eſſent ſuſpecti, tunc viſitator tenetur loco ipſorum vti alijs, ſeu alio Patre graui. Cauſæ autem vrgentes, vel recuſandi Diffinitorium, vel alios aſſumendi ſunt eædem, quæ ſufficiunt ad recuſationem Iudicis ſuſpecti, ſi nimirum

ſunt

Digitized by Google

ſunt inimici, ſi iuris ordinem non ſeruent, ſi parti nimium fauerint, qui inimico ſupra quam decet, familiares ſe oſtenderint, qui modum commiſſionis, vel exequutionis exceſſerint, qui fuerint reo vel actori coniuncti, qui reos extraiudicialiter grauauerint, qui votum ſuum ad fauorem partis manifeſtauerint, qui recuſantes minanti fuerint; quare non tantum Viſitatores, ſed etiam Prouinciales ob aliquam ex dictis, vel ſimilibus, aut grauioribus cauſis Diffinitores à iudico remouere debent, & loco remotorum, licet Prouinciales teneantur ſubrogare digniorem, vel dignores, iuxta numerum prædictorum remotorum, tamen Viſitatores, ſeu delegati, tam in cauſa ſpeciali, quam ad vniuerſalitatem cauſarum, non habent hanc reſtrictionem, ſed ſubrogare poterunt, quem, vel quos maluerint, dummodò ſint docti, & probi; aliàs delegati peccant mortaliter aliter faciendo. *Pœnal. ibid.*

An priuatus actibus legitimis poſſit eſſe Diffinitor. Vide *Priuatio num.* 3.

DISCRETI.

1 Locales, ſeu Conuentuales ſunt illi, quorum conſilio Superiores locales grauiora negotia decernunt, ex ſenioribus, & prudentioribus eſſe debent, & non minus quam duo; Diffinitores autem Ordinis, & Prouinciæ ſunt

Digitized by Google

Diſcreti ex ſuo munere, maiores Diſcretis localibus, & de ijs habenda eſt ratio in Conuentu, de quibus habetur in tota Prouincia, vel Ordine, quia tamen ij non in omnibus morantur Conuentibus, ſatis eſt, ſi Vicarius, & duo ſeniores, qui ex officio, & antiquitate diſcretionis, prudentiæque ſuffragium merentur, Diſcretorum localium aſſumant officium: & ſunt Guardianorum Conſiliarij, & Aſſeſſores. *Conſt.c.*1.*ſtatut.*4.§.16. Vide *Carcer n.*2.

2 Diſcretus localis huiuſmodi, qui ex antiquioribus in Conuentibus iure ipſo adſcitus cenſetur, non dicitur habere officium Ordinis; vnde priuatus officijs, vel voce actiua, & paſſiua poteſt eſſe huiuſmodi Diſcretus, non autem poteſt, ſi diſcretatus ipſi competeret ratione alicuius officij habiti, putà ſi fuiſſet Pater Prouinciæ &c. ſicut etiam non poſſet eſſe diſcretus localis, ad ferendum ſuffragium in Capitulo; prout antiquitus eligebantur in quolibet Conuentu Diſcreti ad ferendum ſuffragium in Capitulo prouinciali. *Pæn. cap.* 3. *quæſt.* 2. *diffic.* 3. *reſp.* 1.

3 Diſcretus localis, qui antiquitus eligebatur ad ferendum ſuffragium in Capitulo prouinciali, erat dignior Magiſtro Nouitiorum, hac præciſa ratione, quia vocalis erat. *ibidem diffic.* 6.

4 Miniſtri Generales, ſicuti Vicarij Generales,

rales, qui biennio integro officium ſuper vtraque familia exercuerunt, ſunt Diſcreti perpetui totius Ordinis, & Commiſſarij Generales emeriti familiæ ſibi commiſſæ. *Conſt. cap.* 8. *ſtat.* 32. *&* 34.

DISCIPLINA.

Eſt proprij corporis ſpontanea flagellatio, quæ nunquam interruptè à principio Ordinis, vſque ad præſentem diem in viridi obſeruantia perſeuerat, Conſuetudo autem eſt, vt ter in hebdomada fiat ad memoriam paſſionis Chriſti, dicendo pſalmos *Miſerere mei Deus*, & *De profundis*, vna cum Antiph. *Chriſtus factus eſt pro nobis obediens*, cum Orationibus *Reſpice, &c. Conſt. cap.* 5. *ſtat.* 5.

DISPENSARE. DISPENSATIO.

1 Generales, vel Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes, qui à cenſuris poſſunt abſoluere volentes noſtro aggregari conſortio, tam ante ſuſceptionem habitus, quam in Nouitiatu, ſicut etiam poſt profeſſionem emiſſam (prout diximus *verbo abſoluere*) poſſunt etiam cum eiſdem diſpenſare in irregularitatibus. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 14. §. 1. cum cauſa tamen, quia diſpenſatio eſt relaxatio iuris communis cum cognitione cauſæ ab eo, qui poteſtatem diſpenſandi habet; vnde Prelati inferiores Papa di-

ſpenſare non poſſunt ſine cauſa, Papa autem poteſt relaxare ius poſitiuum ſine tali cauſa, non autem ius diuinum, & diſpenſantes ſine cauſa (excepto Summo Pontifice) in materia graui iuris communis, & præceptorum Regulæ, peccant mortaliter; Et impetrantes diſpenſatione vti non poſsunt, quia nulla, & inualida eſt. *Conſt. cap. 2. ſtat. 14. §. 5. quæſt. 1. & cap. 12. ſtat. 12. quæſt. 4. reſp. 3.* vbi habetur, quod licet in legibus proprijs poſſit Princeps diſpenſare ſine cauſa, quia etiam ſine cauſa poteſt illas tollere (quidquid ſit de diſpenſantis peccato, inæqualitatem in Rempublicam committentis) attamen in lege Superioris diſpenſatio facta ſine cauſa, inualida eſt, & nulla, & ſi res grauis ſit, qui vtitur diſpenſatione, toties peccat mortaliter.

2 Cauſæ legitimæ ad diſpenſandum, ſunt Charitas Chriſtiana, vrgens neceſſitas, debita obedientia, & Reipublicæ vtilitas, quæ omnes ad commune bonum reducuntur, & in particularibus caſibus remittuntur arbitrio boni viri. In caſu autem diſpenſandi in irregularitatibus cum ijs, qui volunt noſtro aggregari conſortio, vnica eſt cauſa, nimirum Religionis bonum, quia ſi reciperetur irregularis ad habitum, non diſpenſatus, eſset inutilis: huic adnecti poteſt vtilitas, & qualitas perſonæ, quia melius eſt, & honorabilius recipere in

Cle-

Clericum aliàs idoneum, & cum illo diſpenſare, quàm inter laicos irregularem reijcere. *Pœnal. c. 2. ſtat. 14. q. 2.*

3 Poteſt impendi diſpenſatio ſine abſolutione à cenſura; vnde extra Sacramentum confeſſionis poteſt volens Religionem ingredi diſpenſari, etiam ſi non ſit abſolutus ab excommunicatione, vel ſuſpenſione, ſaltem in foro conſcientiæ. *ibidem quæſt.* 3.

4 Poteſt etiam noſtram volens ingredi Religionem diſpenſari ab irregularitate proueniente ex homicidio caſuali vel patrato ad defenſam, vel voluntario occulto tamen; & quod dicitur de homicidio, dicitur etiam de mutilatione. *ibid. quæſt.* 4.

5 In ſententia illorum, qui concedunt poſse nos abſoluere ab hæreſi occulta, poſsumus etiam diſpenſare in irregularitate ob hæreſim contracta. *ibidem quæſt.* 5. Qui enim poteſt diſpenſare in crimine, poteſt in pœna, & qui poteſt à lege, poteſt à pœna legis diſpenſare, niſi aliud caueatur. *ibidem*, *& Pœnal. cap. 6. quæſt.* 12. Ab hæreſis tamen publicæ irregularitate diſpenſare non poſſumus. *ibidem quæſt.* 5.

6 In Bigamia ſimilitudinaria, quæ eſt quando quis in ſacris conſtitutus, vel profeſſus ducit vxorem, & conſumat Matrimonium, diſpenſare poſſumus. Immò poſſe Genera-

neralem, vel Prouincialem in bigamia vera, & interpretatiua cum ſuis ſubditis diſpenſare, docent Auila *de cenſuris par.* 7. *diſp.* 8. *dub.* 1. *concl.* 8. Henriq. *lib.* 12. *cap.* 6. *numer.* 11. *litt. Z.* Vbi citat priuilegium Sixti IV. Conceſſum Carthuſienſibus anno 1481. & Pauli III. Præmonſtratenſibus, in quibus indulgetur facultas diſpenſandi in foro conſcientiæ in omnibus caſibus nullo excepto, etiam cum homicida voluntario. Idem Sixtus IV. conceſſit Monachis Sancti Hieronymi in Hiſpania diſpenſare in quacumque irregularitate, quomodocumque contracta, & citat titulum 1. 2. Priuilegiorum Hieronymorum. Idemque habere Auguſtinienſes in *ſuis Priuilegijs fol.* 90. refert Compendium Priuilegiorum Mendicantium, *verb. diſpenſatio* 4. Compendium *Bernardin.* §. 6. Compendium *Societatis Ieſu* §. 4. & 6. Addi poteſt priuilegium Ciſtercienſium eiuſdem Sixti IV. anno 1476. apud Bullar. Rodr. *fol.* 222. *col.* 1. Quo omnes Monachos, Nouitios, Donatos, Conuerſos, ſeruitores, continuos Commenſales, Procuratores, Nuncios, & alias Ordinis perſonas, quæ Generali Capitulo interfuerint, & viginti dies poſt, Confeſſores à dictis eligendi, dummodo per Abbatem ſecundum Ordinis ſtatuta approbati ſint, ab omnibus cenſuris, & pœnis abſoluere, & diſpenſare in irregularitatibus, quouis modo,

Digitized by Google

do, & qualitercumque contractis; & aliud Pauli III. Benedictinis Vallisoletanis, quo poſſunt diſpenſari ſemel in anno primo diæ Lunæ Quadrageſimæ ſuper quibuſcumque irregularitatibus, quauis occaſione, vel cauſa contractis, apud *Rod. fol.* 366. de quo *Portell. verb. diſpenſare in addit. num.* 5. ait includi homicidium voluntarium, bigamiam &c. *Cumque conceſſio ſit tam ampla, & Generalis, & Papa id poſſit concedere, nec ab aliquo Succeſſore reuocatum inueniamus in ſpeciali, videtur, poſſe Religioſos illa vti, ſicut iacet ſine limitatione, quia cum lex non diſtinguit, neque &c.* Quod confirmat Hieronymus *Roder. reſol.* 16. *in fine* dicens: *Quæ ſententia tamquam pia, & probabilis poteſt in praxi ſequi, licet oppoſita ſit tutior*, & clariſſimè per priuilegium eiuſdem Pauli III. Societatis *pag.* 365. *num.* 9. quo conceditur *Generali, & eius delegatis diſpenſare cum ſuis in omni irregularitate ante, vel poſt ingreſſum Religionis contracta, & abſoluere, &c. niſi exceſſus abſoluendorum adeò graues fuerint, & enormes, quod ſint ad Sedem Apoſtolicam meritò deſtinandi, & ne ſæpè in dubium reuocetur, qui ſint ad Sedem prædictam deſtinandi, declarationem in ea parte per fel. rec. Sixtum Papam IV. in Bulla, quam Mare magnum vocant, factam, confirmamus.* Iſti autem caſus ſunt, *Hæretici relapſi, Schiſmatici, falſarij litterarum Apoſto-*

licarum, & deferentes probibita ad infideles. Ita declarauit Sixtus IV. in Mari Magno. Apud *Bullar. pag.* 152. *num.* 40. Cum ergo exceptio firmet regulam in contrarium, omnes aliæ irregularitates conceduntur. Itaque ex iſtorum ſententia, cum bigamis quoquo modo acceptis, poſſunt Prælati diſpenſare ad Ordines ſacros, etiam in foro exteriori, cum bigamia ſit publica, & notoria, neque Pontifex aliter diſtinguit, & arctat. Nam præfatum priuilegium non dirigitur Generali, vt Confeſſario, ſed vt Prælato; licet enim addat, poſſe abſoluere à peccatis, id propterea non tollit, quin extra confeſſionem diſpenſare, & à cenſuris abſoluere valeat. Nec poteſt opponi, concedi facultatem diſpenſandi ſuper irregularitatibus prouenientibus ex cenſuris, quia clarè aduertit, *alijſque Eccleſiaſticis, & ſæcularibus ſententijs, cenſuris, & pœnis, &c.* & loquitur etiam *de volentibus ſocietatis conſortio aggregari*. Cum igitur ſæculares ſententiæ, & pœnæ cenſuræ non ſint, elicitur, poſſe diſpenſari, etiam ſuper irregularitatibus, quæ ſine cenſuris contractæ fuerint, vt eſt bigamia, etiam cum Nouitijs. Et licet *Peyrinus tom.* 2. *de Prælat. q.* 2. *cap.* 5. §. 8. *num.* 100. dicat, hanc ſententiam non eſſe tutam in praxi ſaltem quoad forum externum, & confirmet opinionem negatiuam, quam tenuit *tom.* 1. *priuil. in conſt.* 2.

Iuly II.

Iulij II. num. 120. Tamen dubius hæret, & in hanc noſtram ſententiam, vel lubens inclinat, citans Auilam, & Henriq. S. Thom. Armil. Suarez, Tabien, Sairum, Paludan. Turrecremat. Nauarr. qui apud ipſum videri poſſunt *à num. 99. ad finem.* Scio *Roder. tom. 1. quæſt. 24. artic. 2.* Tenere, Prælatos Religionum non poſſe diſpenſare in bigamia vera, & interpretatiua quoad Ordines ſacros, benè quidem quoad Minores cum S. Thoma, & Silueſt. & in ſimilitudinaria, etiam quoad maiores, & refert, ſe tenuiſse contra Henriquez *in Summ. tom. autem* 2. *quæſt.* 105. *art.* 1. refutat Nauarr. *lib. 1. conſ. 15. de homicidio voluntario*, dicentem, inferri ex priuilegio Pauli III. Præmonſtratenſibus conceſſo, quo poſsunt diſpenſare in homicidio voluntario, quod poſsunt etiam in bigamia, idque ſibi non probari, quia hæc ſolent excipi, & adducit ſtylum Curiæ, & Sacræ Pœnitentiariæ difficultatem impetrandi &c. Confutat (inquam) quia in claris non eſt opus coniecturis; & alia ratio eſt habenda de Regularibus, alia de Clericis; ijs enim conceditur, quod negatur Epiſcopos. Tamen concludit articulum, quod illa verba, *quacmque occaſione contracta*, non includant homicidium voluntarium, & bigamiam. Articulo autem ſequenti, poſtquam contra Nauarr. tenuit, poſſe non diſpenſare in homicidio facto in bello in-

iuſto, & ex defectu lenitatis, concludit: *Vnde infert, quod Prouinciales non poſſunt diſpenſare in hac irregularitate (ſcilicet) bigamiæ, loquendo iuxta ius commune, & ſtylum Curiæ, & hoc mihi videtur ſecurius. Poſſunt tamen diſpenſare in ea, ſi verum eſt quod Paulus Quartus (corrige Paulus Tertius) hoc conceſſit, iuxta ea, quam in articulo ſuperiori dicta ſunt.* Ex quibus verbis, niſi ſibi contrarius, colligitur retractaſſe ſententiam, & primi, & ſecundi tomi, & ſummæ. De Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 2. nihil addendum, quia omnia ad litteram ex Rod. tranſcribit, ſicut facit Barboſa, *allegat.* 49. *de offic. Epiſcopi à num.* 27. ex Tamburino, quem citat. Qui accipiens à Rod. & Nauar. reſponſione, elidere putat priuilegium conceſſum à Sixto Quarto Minoribus abſoluendi, & diſpenſandi in omnibus irregularitatibus, excepto homicidio voluntario, & mutilatione, dicendo. *Non ſuffragantur, quia in priuilegijs ſuper intelligitur; excepta bigamia, niſi ſpecialiter explicetur.* Si quis autem huic maximæ aliam opponat, *omne qui dicit nihil excludit,* quam fuſè authoritatibus firmat Barboſa *axiom.* 168. videtur clauum clauo trudiſſe. Hæc enim intelligentia priuilegiorum non eſt in iure fundata, quia cum ſint amplianda, & Summi Pontifices omnes omnino caſus includant, quomodolibet ad Sedem Apoſtolicam

per-

pertinentes, nullos excluſiſſe, cenſendi ſunt. Hanc ſententiam, vt probabilem, & tutò ſequendam exſcribere ex auctoribus volui, vt ſciant Prælati, quid agere tutò poſſint &c. *Conſt. cap. 2. ſtat. 14. §. 5. quæſt. 6.*

7 Poſſunt etiam Nouitij, & fratres noſtri abſolui ab excommunicatione, quæ contrahitur per ſimoniam, & diſpenſari ſuper irregularitate contracta ex hoc vitio, ſiue poſt celebrationem cum hac cenſura, ſiue antea, ſiue inbeneficio, ſiue in Ordine. *ibidem q. 7.*

8 Non ſolum poſſumus diſpenſare cum irregularibus, qui celebrauerunt in locis, interdicto ſuppoſitis, ſed etiam cum ijs, qui fuerunt cauſa interdicti, ſicut cum ijs, qui perſonaliter interdicti fuerunt, & ſuſpenſi, *ibidem quæſt.* 8. etiam ſi quis peccauerit in confidentiam priuilegij, & in contemptum clauium, *ibidem quæſt. 9.*

9 Licet autem diſpenſare poſſumus in irregularitate, & abſoluere à ſuſpenſione contractis ob ſuſceptionem Ordinum ante legitimam ætatem, non poſſumus tamen concedere, vt ordinatus ante ætatem, quæ adhuc completa non ſit, exercere poſſit ſuum Ordinem: Suſpenſio verò, quam ipſo iure contrahit ordinatus ſine patrimonio per ingreſſum Religionis, ceſſat; vnde poteſt Nouitius ſic ordinatus ad celebrationem, vel actus aliorum Ordinum admit-

admitti relapſurus, ſi habitum dimittat. Cum ordinis verò per ſaltum, non poſſumus diſpenſare, nec vt Ordinem non ſuſceptum exerceant, nec etiam ſuſceptum, putà ſi recepiſſent Diaconatum, ſiue Subdiaconatum; poſſumus tamen diſpenſare, vt ad Ordines non ſuſceptos promoueri poſſint, non autem defectum ordinis ſupplere. Etiam ſuper interſtitijs intermiſſis, & ſuper ordinato cum dimiſſorijs fictis diſpenſare poſſumus. Quod etiam dicendum eſt de eo, qui duos Ordines ſacros, vel Minorem, & Sacrum vno die ſuſcepiſſet, ex quo ſuſpenſio ipſo facto contrahitur. *ibidem quaſt.* 10.

10 Infamia iuris conſequens ex infami delicto, vt hæreſis, criminis nefandi, tolli non poteſt à Prælatis Regularibus, neque ab Epiſcopis, ſed hoc ad ſolum Papam pertinet; benè tamen infamia facti, ſcilicet procedens ex graui aliquo peccato notorio, quo emendato, tolli poteſt infamia, ſicuti tolleretur per ipſam vitæ emendationem per multos annos; neque Prælati Regulares poſſunt diſpenſare in defectibus corporis, vel animæ, vt ſi eſſet claudus, mencus, cœcus, amens, furioſus, lunaticus, dæmoniacus, quia in pleriſque ipſorum neque Summus Pontifex poteſt, cum repugnet Ordinum exercitio, & cum lunaticis, præcipuè ſi ſpumam emittant, & frendeant dentibus.

ibi-

Digitized by Google

ibidem quæſt. 11. In pœnalibus *cap.* 10. *quæſt.* 7. *verſ. reſpondeo ſecundo* ait Auctor. Infamia iuris tolli &c. vt dixit etiam *dicto cap. quæſt.* 2. *diſſ.* 4. *verſ. Sed dices.* Attamen quia in Commentarijs ad ſtatuta *cap.* 2. *ſtat.* 14. §. 5. *quæſt.* 11. dixit, non poſſe noſtros Prælatos tollere infamiam, vt hæreſis, ſodomiæ &c. ſed reſeruari ad Papam, doctrinam vniuerſaliter traditam declarandum cenſuit, valere nimirum tantum ex iure communi, non autem ex priuilegijs Ordinis, concedentibus Prælatis Regularibus poſſe diſpenſare in omni irregularitate, & abſtergere omnem maculam, tam in foro exteriori, quàm interiori, vt fusè probauit in prædictis Commentarijs loco citato §. 5. *quæſt.* 4. vbi tenuit, poſſe diſpenſari irregularitas ex homicidio voluntario, *& quæſt.* 5. ex cauſa hæreſis, *& q.* 6. à bigamia, vbi ampliſſima diſpenſandi priuilegia recenſuit, & ſatis probat *Lezana in ſumma verb. Infamia n.* 17. referens priuilegia aliquarũ Religionum, putanſq; eos Pręlatos poſſe diſpenſare ſuper infamia, qui poſsũt ſuper irregularitate, ſed non ſequitur ex neceſſitate materiæ, quia infamia non eſt irregularitas, licet à conſecutione ordinũ, & beneficiorũ impediat; attamen eſt pœna in iure ſatis diuerſa, aliàs dicendum eſſet, eſse vnum, & idem, & hoc ex ipſis dictis colligi videtur, quia cenſet cum *Theſauro*, quæ citat, vnico con-

contextu tolli infamiam, & irregularitatem, quaſi verò idem ſint, cum tamen ſint pęnę diuerſæ ſibi ſuccedendæ, prius eſt culpa, deinde infamia, & infamibus dignitatum portæ clauduntur, & licet verum ſit, tolli irregularitatem ortam ex infamia, ſi ipſa tollatur, e contrario tamen verum non eſt, quia ſi Pontifex tolleret irregularitatem ortam ex infamia, & nihil de infamia loqueretur, certè illa remaneret, quia cum ſint duæ (aliàs tolleretur iſtarum pœnarum diſtinctio) ablata vna, quæ eſt effectus, non tolleretur alia, quæ eſt cauſa, & ſic non eſt reciproca conſequentia, melius probatur ex verbis priuilegiorum, quæ eo loco adduxit, nimirum Sixti IV. in in Confirmatoria, *Maris magni*, quæ incipit *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ*, declarans caſus, ob quos debeat adiri Sedem Apoſtolicam, nimirum hæreticos, relapſos, ſchiſmaticos; & litterarum Apoſtolicarum falſificatores, & deferentes prohibita ad infideles, ſubiungit. *Reliquis verò omnibus, etiam ſimonię prauitate quomodocumque irretitis poſſe per illos, quibus inhibi conceditur, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium, & gratià iuxta caſuum exigentiam impartiri*. Conceditur autem Prouincialibus, cuſtodibus, Generalibus, & eorum Vicarijs, & infra concedit Generalibus, & Prouincialibus Miniſtris, ne fratres vagandi occaſionem habeant, poſſe diſpen-

diſpenſare cum patientibus defectum naturalium ex quocumque coitu illicito, *necnon cum his, qui ex quacumque cauſa, præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum irregulares forent, poſtquam Ordinem ipſum profeſſi fuerint, vt defectu huiuſmodi, & irregularitate non obſtantibus, irregulares ipſi, ad quoſcumque etiam ſacros Ordines promoueri, &c. & ad quaſcumque adminiſtrationes, & officia dicti Ordinis eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere liberè, & licitè valeant, motu proprio, & ſcientia prædictis concedimus per præſentes*, & in Bulla, quæ appellatur *Aurea*, incipitque *Sacri Prædicatorum, & Minorum Ordines*. Confirmans ſupradictas facultates abſoluendi, & diſpenſandi ait; *Super diſpenſatione, & abſolutione cum eiſdem in quibuſcumque caſibus, præterquam in illis, pro quibus eſſent, ad Sedem Apoſtolicam mittendi &c.* Ex quibus patet ampliſſima facultas diſpenſandi in omnibus caſibus (notatis tamen exceptis) inter quos, ſine dubio eſt infamia, quia ſi conceditur de hæreſi non relapſa, de ſimonia, & de homicidio caſuali, multo magis conceditur de infamia, quæ eundem periodum cum irregularitate habet, mitto aliarum Religionum priuilegia, & noto vniuerſalem illam, *ex quacuque cauſa*, in qua includitur infamia, quæ reddit etiam irregularem. *Pæn. c. 10. q. 2. reſp. 2.*

Quæ-

11 Quælibet diſpenſatio noſtræ Regulæ relaxatiua eſt ſubreptitia, & proinde nulla; vnde diſpenſationes Iulij II. circa veſtes ſunt ſublatæ. *Conſt. cap. 2. ſtat. 72. dub. 2.* Immò Minores Obſeruantes nullam Regulæ diſpenſationem acceptarunt. *Pœnal. cap. 17. quæſt. 3.*

12 Diſpenſati etiam ob neceſſitatem in veſtimentis, ſunt inhabiles ad noſtri Ordinis officia, etiam ad Vicariatum. *ibid. ſtat. 74.*

In quibus caſibus Generales poſſunt diſpenſare. Vide *Generalis*.

Diſpenſare cum Illegitimis. Vide *Illegitimi*.

Diſquiſitores. Vide *Electio num. 4.*

Diuiſio. Vide *Reformare*.

DOLVS.

1 Alius bonus, alius malus. Primus eſt ſolertia, cum verbi gratia, ægros fallimus, vt curemus, latrones, hoſtes decipimus, & ſtratagemmate eludimus. Sic Salomon, veram Matrem dolo bono diſcooperuit. Dolus malus eſt fallacia, calliditas, machinatio ordinata ad decipiendum, & fallendum aliquem cum formali propoſito nocendi. Doli mali ſpecies eſt *Calumnia*, ideſt quæ falſa crimina intendit, *Præuaricatio*, quæ vera abſcondit. *Tergiuerſatio*, quæ ab accuſatione deſiſtit. *Cauillatio*, quę falſis diſputationibus imponit, & veris falſa colligit, ſoletque dolus ad aliquod maleficium deter-

determinatum influere; v. g. ſurtum, homicidium, periurium falſum; Aliquando producit factum criminoſum: quod tamen ſpeciali nomine non eſt ſignificatum, & communiter appellatur Stellionarus. *Pœnal.cap.2.q.8.* & licèt in omni delicto præſumatur, *ibid. q. 7. reſp.3.* tamen in delictis, quæ ex fragilitate, & ignorantia conſiſtunt non præſumitur; ex quo ſequitur, quod non in omnibus delictis requiritur dolus, vt puniri poſſint, provt eſt fornicatio, & ſimilia, quæ committuntur abſque intentione alteri nocendi; ſed tantum ad ſui delectationem &c. quando autem dicitur, quod in delictis puniendis requiritur dolus, intelligitur de illis delictis, in quibus regulariter dolus eſſe poteſt. *ibid.q.8.*

2 Quamuis negligentia craſſa, & diſſoluta comparetur dolo (negligentia autem, & dolus non preſumitur, niſi probetur, quod fallit in omittente facere id, quod ſcit, ſe debere facere, & etiam in faciente actum prohibitum) Verumtamen eſt, quod in dolo datur paruitas materiæ; ſicut & in qualibet materia morali. *Pœnal. cap.4.quæſt.11. diffic. 3. in fine*; attamen quando ageretur de imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, lata culpa non æquiparatur dolo.

3 In homicidio autem probatur dolus ſcilicet cum aliquod commodum occidens re-

cepturus eſt, ſi adſit cauſa delinquendi, ſi probata fuerit violentia; nam ea probata, dicitur probatus dolus. *Pœn.cap.14.quæſt.6. diff.2. in fine*; probatur etiam per coniecturas, quas purgare tenetur infamatus. *Pœnal. cap. 18. q. 4. diff.1.in fine.*

DOMINIVM.

Eſt facultas, ſeu ius re quapiam vtendi, & fruendi tanquam ſua, & independenter ab alio. Diuiditur in directum, & vtile. Directum eſt Domino proximum. Vtile conſiſtit in vſu, & differt à poſſeſſione, quia dominium eſt iuris, poſſeſſio autem facti; illo rem noſtram facimus, hac ipſam detinemus. *Conſt.cap.6.ſtat.1.*

An poſſit eſſe in Fratre Minori. Vide *Proprietas.*

DOMVS:

Si quis ex noſtris (quod Deus auertat) legitimè conuictus fuerit domos ſuſpectus ingreſsum fuiſſe, ab eo loco omninò eſt remouendus, & licet Author noſter *in Conſt. c. 11. ſtat.4.in fine* determinet, ſuſpectas eſſe quaſcunque domos mulierum; vbi caſtitas periclitari poterit, dummodò adminicula alia adſint, nimirum frequentiæ, ſequeſtrationis &c. *Pœn. cap.8.quæſt.2.* Subtilius materiam iſtam rimans ait, quod ſuſpectæ domus appellatione non

tan-

Digitized by Google

tantum veniunt domus meretricum (quæ Lupanaria, & Poſtribula nuncupantur, tunc enim nulli dubium eſt, puniendum eſſe Religioſum, qui infames haſce domos ingrederetur, niſi cauſam talem aſſignaret, quæ merito illum à temerario ingreſſu liberaret, putà ſi cauſa confeſſionis, ſi petendæ eleęmoſynæ, ſi ob caſum repentinum cum alijs &c.) ſed etiam aliæ ſuſpectæ, dici poſſunt, quæ nimirum inhabitantur à mulieribus vanis, indeuotis, iuuenibus non benè apud vicinum audientibus in veſtitu, inceſſu, in moribus, quæ frequentarentur à ſæcularibus non coniunctis, &c. quæque à probis, & honeſtis, vt ſuſpectæ haberentur, ita vt ingreſſus Religioſi in illas videntes, aut viciniam in admirationem induceret, ac murmurationem. Vide *Fornicatio.*

DONA. DONARE.

An Religioſi poſſint donare. Vide *Caſus num.*13.

DORMIRE.

Sine habitu. Vide *Conſuetudo num.*2.

ECCLESIA.

Eccleſiæ Regularium non ſunt Collegiatæ in odioſis; vndè in ipſis Miſſam Conuentualem

aliquando non celebrare, non eſt peccatum mortale. *Conſt.cap.3.ſtat.6.*

Egredi à Conuentu. Vide *Conuentus num.*5.

ELECTIO. ELECTVS. ELECTORES.

1 Electio eſt alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatem canonica vocatio. *Pœnal. cap. 3. quæſt.2.diff.8.& cap.15. quæſt.10. verſ.Dixi independenter.*

2 Electiones omnes in noſtra Religione fieri debent per vota ſecreta; quæ canonicæ dicuntur, cum à maiori parte Capituli concluditur, vt ſi vota nouem ſint, quinque maiorem partem efficiunt. *Conſt. cap.8. ſtat.2. in textu*: debent autem fieri per ſchedulas; tamen ſi fierent per compromiſſum, vel per inſpirationem, non eſſent nullæ. *Ibid.q.1.*

3 Si Superior ſit vnus ex eligentibus, & vota ſint æqualia, electio non fit valida in ea parte, ex qua Prælatus reperitur, quia cum per Trident. vota nunquam publicari debeant, ſciri non poterit cui parti acceſſerit; ſi verò ad Generalem deuoluatur electio, & Generalis fuerit vnus ex ſuffragantibus, poteſt noua ſui ſuffragij acceſſione in ſuam eandem partem inclinare, immò etiam in aliam partem, ſi ex diſcuſſione, quam facere debet, repererit electum primò à ſe non eſſe digniorem. *Ibidem quæſt.2.* Per Conſtitutionem verò Apoſtolicam

Vrba-

Digitized by Google

Vrbani VIII. incipientem *Religioſos viros, editam* 10. *Nouembris* 1642. In paritate votorum Præſes in electionibus Guardianorum votum deciſiuum habet; & in nouiſſimis ſtatutis generalibus compilatis à P. Reuerendiſs. Michaele Angelo à Sambuca *cap.* 8. §. 36. *num.* 7. etiam additur *num.* 11. quod in electione Guardianorum, ſi vota per tres vices erunt æqualia, Præſidens voto deciſiuo vtatur: iuxta quod Sac. Congreg. Regul. die 13. Martij 1653. ad euitandam paritatem ſuffragiorum, quæ ex numero pari ſex vocalium, quibus Diffinitoria Prouincialia conſtant tàm in electionibus faciendis, quàm in negocijs decidendis oriri poteſt, Miniſtris Prouincialibus deficiente Præſide, in huiuſmodi caſibus votum deciſiuum conceſſit.

4 Diſquiſitores neque plures, quam ſex, neque minores, quam duo eſſe debent, qui ſint de corpore Capituli, niſi communi conſenſu duo ex exteris deputentur. In Capitulo Generali proponantur à Generali, vel antiquiore Ordinis Patre, & communi Diſcretorum Ordinis, & Diffinitorum præcedentis Capituli conſilio, & conſenſu; In Prouinciali proportionaliter procedatur. *Ibid. ſtatu.* 3. *in textu*, Regulariter autem tres tantum, nec plures, nec minores Diſquiſitores eligendi ſunt. Dixi *regulariter*, quia in caſu neceſſitatis poſſunt eſſe duo, immò vnus; nam ſi Electores eſſent

tantùm tres, duo ex illis tertium ſcrutarentur; ſi verò duo tantum, vnus ſcrutabitur alterum; ſi vnus, ipſe ſuum votum publicabit. Excipitur etiam electio Capituli Generalis, in quo ob maximam amplitudinem, & cum alternatiuè Generalis eligi debeat ex vna, aut altera familia, in quas Minorica Religio eſt diuiſa, vt quieti, & fidelitati proſpiceretur, nec diſſidium eſſet, ex qua familia tertius ille Diſquiſitor eligendus eſſet, conſultum eſt, vt tres ex vna, tres alij ex altera eligerentur à Patribus propriæ familiæ. Accedit, quod cum in quolibet noſtro Capitulo Generali eligi debeant, & Generalis Miniſter, & Commiſſarius generalis: & ſex Diffinitores itidem generales, vtrinque prouiſum fuit, vt initio totius Capituli, ſex Diſquiſitores eligerentur; qui ſuis poſtmodum electionibus aſſiſterent, & omnes vnius Capituli ſuffragia ſcrutarentur, quæ cum ad numerum 250. pertingat, non eſt mirum, quod ſex Diſquiſitores habeat. Nulla enim in toto Orbe Chriſtiano amplior electio reperitur, in qua etiam aliquando Summi Pontifices præfuerunt, vt accidit in Capitulo Generali Reatino, in quo fuit electus Fr. Raymundus Gaufredi Generalis, Præſidente Domino Nicolao Papa IV. & Gregorius IX. præfuit electionis Fratris Haymonis ſexti Ordinis Generalis, & Bonifacius VIII. præfuit electioni

Fr. Io-

Digitized by Google

Fr.Ioannis de Muo decimusquintus Generalis. *Conſt.c.8.ſtat.3.dub.1.*

5 Extra Capitulum in caſu neceſſitatis etiam eligi poſſunt Diſquiſitores,ſed toto conſentiente Capitulo: caſus autem neceſſitatis ſunt primò, paucitas vocalium; ſecundus ſi diuiſi inter ſe Vocales, de fidelitate ſcrutatorum non fiderent, & tunc ad remedium communis quietis exteros eligerent, quo caſu duos eligi mandatur. *Ibid.dub.2.*

6 Electio facta ſine Diſquiſitoribus eſt nulla, niſi in caſu; quo duo; vel tres eſsent vocales, aut vnus, vt ſupra diximus. *ibidem dub. 3.* Electio autem canonica in vno voto conſiſtere poteſt. *Pœn.c.3.q.2.diff.8.*

7 Non eſt de eſsentia electionis, vt ſcrutatores eligantur à Diſſinitorio, denominentur à Generali,& aſsumantur in generali Capitulo ex hac, & illa familia; Immò ſi de Capitulo aliqui (verbi gratia) ſpontè ſe ingererent ad ſcrutanda vota, & Capitulum videns, & tacens non prohiberet, valida eſset electio. Sic ſi à ſolo Prælato nominarentur, & Capitulum taceret; Ita etiam ſi omnes ex vna familia nominarentur. Attamen ſi Capitulum inſtaret pro forma ſtatuti, & proteſtaretur, electio caſsari poſſet. *ibid.dub.4.*

8 Diſquiſitoribus genuflexis à Præſide imponi debet ſecretum ſub pœna excommunica-

nicationis latæ ſententiæ; itavt nullo vnquam tempore, vel modo eligentium nomina publicent. *ibid. Conſt. cap.* 8 *ſtat.* 4. *in textu.* Si tamen hoc præceptum non fieret, licet peccaret Præſes, non tamen vitiaretur electio; Immò ſi Diſquiſitores eſsent perſonæ adeò graues, vt de ipſis reuelatio timeri non poſset, neque peccaret Præſes, omittens tale præceptum ſecreti, *ibid. q.* 1.

9 Quod ſi Diſquiſitores publicarent vnum votum verbo, vel ſcripto, vitiaretur electio, & hoc tàm ante electionem, quàm poſt illam immediatè, etiamſi totum Capitulum conſentiret, vnum votum publicari, non autem ſi multum temporis poſt factam electionem, licèt peccarent mortaliter ſcrutatores ob violatum ſecretum, & præceptum impoſitum; At ſi vnus eligentium priuatim alteri publicaret ſuum votum, non vitiaret electionem; ſi autem publicè hoc faceret, & Capitulum admitteret, irrita eſset electio. Quod ſi quis perturbare vellet electionem, & publicè oſtenderet ſuum votum, debet excludi à Capitulo; & in electorum numerum non computari. *ibid. quæſt.* 2.

10 Excommunicatio iſta lata à Præſide ligat etiam ante ſententiam declaratoriam, & eſt reſeruata ipſi Iudici quouſque in officio manet, vel Generali. *ibid. q.* 3.

Diſ-

Digitized by Google

11 Diſquiſitores in Refectorio, tempore electionis ſedere debent ad menſam, quæ ab omnibus videri poſſit, in qua ſint vaſa ad recipienda ſuffragia, & inſtrumenta, ac ſchedulæ ad ſcribendum. *Conſt.cap.8.ſtat.5.in textu.* Non eſt autem de eſsentia electionis ſedere, nec quod votum ſcriptis detur, de eſſentia tamen eſt, quod vota ſingulorum in ſcriptis redigantur, & licèt in aliquo caſu ſuperior poterit confirmare electionem ad relationem vocalem ſcrutatorum, putà quando eſſent tria, vel quatuor vota; attamen in Capitulis generalibus, & prouincialibus caſus eſt moraliter impoſſibilis; quia multitudo vocalium diſquiſitorum mentes, & memoriam confunderet; vndè nullam iudicat Auctor electionem, quæ temeritati diſquiſitoris innititur, & malitiam præferre videtur. Minor difficultas eſſet, ſi ſchedulæ non in vaſe, ſed ſuper menſam ponerentur, aut in amplo diſco, puniendus tamen eſſet Præſes, vel redarguendus, vt grauiſſimi ſtatuti violator. *ibidem*.

12 Illatas ſchedulas Præſes coram diſquiſitoribus ſupra menſam extrahat, & numeret. Omnes diſquiſitores illas legant, & in folio notent. *ibid.ſtat.6.in textu*. Vndè ad extrahendas, & numerandas ſchedulas non poteſt adhiberi alius à diſquiſitoribus, vel à Capitulo, & quidem ſi in hoc admitteretur extraneus, vitiaretur

retur

retur electio, non autem ſi præſumptuosè alius de Capitulo in hoc ſe immiſceret, non tamen legeret ſchedulas. *ibidem dub.* 1. Nec eſſet nulla electio, ſi non numerarentur ſchedulæ, ſed inciperentur legi coniectura facta in fine de numero earum, qui non correſponderet numero vocalium, non vitiaretur ex lectura ſchedularum non numeratarum electio, ſed ob defectum; vel exceſſum ſuffragiorum. *Ibidem dub.* 2. Quod ſi omnes Diſquiſitores ſchedulas legerent, & vnus ex ipſis, vel contemneretur, vel ipſe ſua ſpontè nolit legere ſchedulas, & in foro exteriori conſtaret, nulla omninò eſſet electio. *Ibid. dub.* 3.

13 Si electio facta eſt, à Scriba intelligibili voce publicari debet. *Ibid. ſtat.* 7. *in textu* ab vno ex Diſquiſitoribus ſcilicet Scriba; Attamen ſi illam Præſes, vel alius Diſquiſitor publicaret, nullitatem non incurreret; quæ quidem publicatio facienda eſt ſtatim, ſcilicet nullo actu extraneo interpoſito, & ita de facto practicatur vt lectis, ac notatis ſuffragijs, nulla alia actione ad hoc extranea interpoſita, electio publicetur. Quo non obſeruato, nulla redditur electio, ſi ignauia, vel ignorantia electorum fuerit cauſatum, non verò ſi dolo, quaſi eos pœniteat elegiſſe. Quinimmò qui vota habuit, ſi electionem procraſtinari videret, poteſt adire Prælatum,

tum, vt illum cogat ad publicationem electionis; in qua appellatio non admittitur. Si verò non fiat electio per primum ſcrutinium, Præſes tenetur publicare electionem factam non eſſe, & ideò procedendum eſſe ad ſecundum ſcrutinium, & recenſeri debent ſuffragia, quæ quis obtinuit, aliàs non tenetur Capitulum ad nouam electionem deuenire, & poſſet de Scrutatorum fidelitate dubitare. Quinimmò publicanda eſt etiam electio indigni, & poſtea caſſanda. *Ibidem.*

14 Electio caſſata vitio perſonæ non poteſt replicari, ſicut poteſt vicio electionis. *Pæn. cap.* 10. *quæſt.* 2. *diffic.* 3. *verſ. Reſpondeo cum Abbate*.

15 Si Generalis non fuerit electus in die vigiliæ Pentecoſtes, electio ad Papam deuoluitur; ſi Prouincialis intra diem artificialem, ad Generalem deuoluitur electio. *Ibidem ſtat.*8. *cap.*9.*in textu*. Dies autem menſurandus eſt ab ortu ad occaſum Solis excluſiuè, licèt autem de nocte prohibeatur fieri electio, præcipuè Generalis; tamen facta adhibitis luminibus, eſſet valida. *Ibidem*. Sic etiam electio indigni facta ſcienter, ad Superiorem deuoluitur. *Ibid.ſtat.*10.*in textu*. Indignus autem eſt ille, quem Sacri Canones, & ſtatuta Ordinis inhabilem declarant vtpotè infamis, illegitimus, excommunicatus, priuatus, non habens con-

ditiones

Digitized by Google

ditiones requiſitas morum, doctrinæ, vitæ communis &c. & eligentes ſcienter indignum peccant mortaliter, & meritò eligendi iure priuantur. Dicitur *ſcienter*, quia ignorantia excuſat, ſicuti etiam bona fides, dum adhibitis diligentijs eligitur, qui credebatur dignus, ſcientia autem præſumitur, cum defectus eſt publicus, & notorius; hæc autem ſcientia debet eſse non apud aliquos, ſed apud maiorem partem Capituli. Hoc ſtatutum valet etiam de electione Guardianorum, & omnium aliorum officialium, excepto Cuſtode Vocali, quem Superior eligere non poteſt, & eſt Procurator Prouinciæ ad faciendum votum ad Capitulum generale, quem ſi indignè eligant, priuantur iure ſuffragandi. *Ibidem*.

16 Facta electione Secretarius Scriba eam intelligibili voce pronunciare debet, & licèt publicare poſset ſcripto, affigendo cedulam valuis Refectorij, tamen hæc publicatio debet eſse verbalis, aliàs eſt nulla electio. *Ibidem ſtat*. 11.

17 Quicumque electus, præter Miniſtrum Generalem, niſi à Præſide confirmetur (quod facere debet, niſi adſit cauſa) officium exercere non poteſt. *Conſt. cap*. 8. *ſtat*. 12. *in textu*. Nos autem in electionibus, & confirmationibus prædictis non arctamur ſolemnitatibus, & formis iuris. *Ibid. ſtat*. 13. *in textu*. Hinc eſt, quod ele-

electus exercens ſuum officium antequam confirmetur, eo priuatur, quamuis ex priuilegio Clementis IV. Generalis Minorum non indigeat hac confirmatione, ſed eo ipſo, quod eſt electus, eſt ſtatim confirmatus.

18 Cauſa non confirmandi electum, eſſe poteſt omnis illa, quæ reddit electum indignum prælatione, vt ſupra dictum eſt. Ad quod poteſt Præſes procedere, vel ex officio, quando ſcilicet ipſe tales cauſas notas haberet, vel ad partis inſtantiam; vt plurimum autem, cum ante electionem tractetur de eligendis, ſcit Præſes illorum merita, & ſic ſine illa diſcuſſione poteſt, & debet confirmare, maximè ſi habens votum illud ſuffragatus fuerit in fauorem electi à maiori parte. Quando autem ignotum eligent, tenetur ipſe in conſcientia inquirere merita electi, aliàs ſi indignum confirmaret, poſſet recurri ad Superiorem vſque ad Papam ſucceſſiuè, & puniri debet ſuſpenſione officij, & alijs pœnis, & confirmatio eſt ipſo iure nulla. In dubio autem debet Superior inclinare in confirmationem, & potiùs fauere debet iudicio eligentium, quàm exceptioni opponentium. Minùs enim malum eſt confirmare dubiam electionem, quam nouam cum ſcandalo celebrare. Et poteſt confirmare dignum, relicto digniore non electo. *Conſt.c.8.ſtat.*13.

19 Confirmatur igitur poſt confirmationem

nem differre, vſquequo informetur de electi meritis, & electionis validitate. *Ita expreſsè Clementina de verb.ſignific.* per hæc verba. *Et ſiquidem ad electionem huiuſmodi per formam, ſcrutiny procedetur, & votis in diuerſa diuiſis, electiones plures in diſcordia celebrari contingat, illa, quæ à maiori parte Capituli, nulla habita zeli, vel meriti conſideratione, ſeu contradictione quacumque alterius partis non obſtante, per dictum Generalem Miniſtrum de Conſilio Diſcretorum de Ordine (prius tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum, diligenti examinatione præmiſſa) confirmetur, aut etiam infirmetur, prout eis ſecundum Deum viſum fuerit expedire, & confirmauit Gregor. XIII. Cum illius vicem, §. 12. Guardiani verò in Capitulis electi, vel à Cuſtodibus inſtituti, à Miniſtro, vel alio quopiam, confirmari deinceps non egeant, ſed eorum inſtituta facta ſufficiant. Ibidem.* Ex quibus verbis colligitur primò, non currere diſpoſitionem, niſi in electione per ſcrutinium, non per compromiſſum, aut quaſi inſpirationem. Secundò valere, vbi electio fuerit nulla ex diuiſione votorum, non ob alios defectus electionis, vel perſonæ electæ, vt ſi electus eſſet illegitimus &c. Tertiò neceſſariò confirmandam eſſe electionem factam à maiori numero vocalium, nec Præſidentem debere differre proteſtationibus, & appellationibus opponentium, ſi electio à maio-

maiori parte celebrata fuerit, niſi grauem cauſam opponant, quia indignum confirmare non debet. Quartò Generalem debere examinare merita electionis, & electi, antequam confirmet, adhibito Patrum conſilio. Quod ſi aliundè ſciens veritatem non faciat; peccat & confirmatio eſt nulla. Hoc autem ſeruari mandatur tantùm in confirmatione electionis factæ in controuerſia, non in facta pacificè. Quintò poſſe Generalem delegare Præſidi ſuam authoritatem, prout de facto delegat, dum licentiam Capitulum celebrandi concedit. *Ibid. verſ. Ex quibus verbis.*

20 Confirmationis forma non eſt verbis arctanda, ſufficit enim, vt Præſes dicat electo. *Te elegerunt Patres in Miniſtrum, & ego authoritate mihi commiſſa à Reuerendiſſimo N. talem electionem in perſona tua confirmo. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen,* & deindè confirmato ſigilla Prouinciæ tribuere. Quando autem ad Generalem abſentem confirmatio deuolueretur, debet fieri mentio deuolutionis, examinis, & confirmationis eius partis, quæ ſibi in Domino benè viſa fuerit, latino, vel materno idiomate, prout mos erit. *Ibidem.*

21 Si ad Superiorem deuoluatur electio, quia intra diem celebrata non fuit, non tenetur Generalis nominare Prouincialem vnum

Digitized by Google

ex nominatis à Capitulo, ſed poteſt alium quempiam, quem maluerit, æquitati tamen congruit, vnum ex illis inſtituere, quos Capitulum aliqua in parte votorum qualificatione dignos cenſuit, niſi ſatius eſſet neutrum inſtituere ad tollendas partialitates, & ſchiſmata. *Ibidem*.

22 Quamuis Fratres Minores eſſentialia in electione ſeruare teneantur, ex ſummorum tamen Pontificum priuilegijs, ad ſolemnitates & formas iuris accidentales non arctantur, cuiuſmodi ſunt, quod electio non fiat ante ſepulturam prædeceſſoris, quod intra tres menſes prouideatur de Prælato, quod præſentetur electio infra octo dies, quod intra menſem electus conſentire teneatur, vel confirmationem petere, quod non fiat electio de nocte, quod prius cantetur Miſſa de Spiritu Sancto, quod præſtetur iuramentum de eligendo magis idoneum, & alia huiuſmodi, quæ eſſentialia non ſunt. *Conſt.c.8.ſtat.*13*.in fine.*

23 Qui abſque authoritate Apoſtolica electiones coarctauerit, officio priuatur, *ibid. ſtat.*14*.in textu*. Arctatio enim tollit libertatem requiſitam neceſſariò in electione. Arctare autem electionem eſt illam ad aliquos particulares reſtringere, non verò ipſam limitare ad aliquod genus perſonarum, vel nationis, niſi in tali natione vnus, aut alter dignus reperiatur;

tur;

tur; tunc enim certè ad illos arctarentur Vocales, vel cogerentur ad vſum libertatis indignos eligere, quod eſt mortale, & reddit electionem nullam. *ibid. concl.* 1. *&* 2. Sic etiam arctat electionem, & peccat mortaliter Præſes, qui dicit Electoribus: Generalis, vel Protector vult tamen, vel talem Prouincialem &c. ſeque habere litteras præceptorias, arctatiuas &c. quas tamen non habet; & huiuſmodi fraudis intuitu eligit Prouincialem, quem mauult, etiamſi hoc teſtetur aliquibus in particulari, & non publicè in loco Capituli. Quidquid dicat *Lezzana*, qui non audet reprobare electionem factam ad nominationem Prælati duorum, vel trium, quam in conſuetudine apud aliquos vigere audierat, & in ſua Religione id fieri teſtatur. Niſi enim adſit indultum Apoſtolicum ſiue in ſua, ſiue in aliena Religione, putat Author noſter electionem eſſe nullam, nec valeret conſuetudo. *ibidem ſtat.* 14. *in fine*, *&* *Pœnal. cap.* 15. *quæſt.* 8. *reſp.* 8. vbi ſi Prouincialis, Viſitator, aut Generalis precibus, vel comminationibus inſtet, vt eligatur aliquis, vel ſuam intentionem aperiat, deſtinando ſuos amicos, vel capita factionum, vel oſtendendo ſchedulam, in qua ſint adnotata nomina eligendorum, vt ipſos nominent &c. committitur ſubornatio, & electio eſt nulla. Vide *Simonia num.* 13.

Digitized by Google

24 Abſentium vota ſuppleri non poſſint, nec præſenti, vel abſenti votum committere, alicui licet. *ibidem ſtat.* 15. *in textu*; vnde non poteſt inſtitui procurator ad ferendum ſuffragium. *ibidem*.

25 Facta electione, mox ſchedulæ comburi debent, ſicuti quando in ſcrutinio aliquis error committeretur, & hoc eſt de forma eſſentiali electionis per ſcrutinium. Poſſunt tamen lacerari, & corrumpi abſque eo, quod comburantur, dummodò ita lacerentur, vt nunquam legi poſſint, quia ſic ſecretum etiam ſeruaretur; expeditius tamen fit combuſtione. *ibidem ſtat.* 16.

26 Trahentes originem ex Mauris, Mahometanis &c. eligi non poſſunt ad officia. *ibidem ſtat.* 17. Vide *Deſcendentes*. Item ex ſacrilegio procreati, etiamſi ad Ordines admiſſi fuerint, ad officia tamen, & dignitates promoueri non poſſunt, ſicuti illegitimi, niſi cum eis fuerit diſpenſatum. *ibid. ſtat.* 18. *in textu*. Vide *Illegittimi*.

27 Ante electionem Præſes Capituli, Vocales genuflexos, & confeſſionem facientes, abſoluere debet ab omni excommunicatione, & diſpenſare cum eis in omni ſententia irregularitatis, ſuſpenſionis, interdicti. *Conſt. c.* 8. *ſtat.* 25. *in text*. Cuius abſolutionis primus effectus eſt habilitare (ſi qui eſſent) excommunica-

nica-

Digitized by Google

nicatos ad eligendum tam actiuè, quam paſſiuè. Vnde ſi poſtea ſciatur aliquem Vocalem fuiſſe excommunicatum, contra electum ex hoc capite agi non poſſet, quia iam fuit abſolutus. Secundus eſt abſoluere ab omni cenſura, & irregularitate, qua Vocales innodati reperirentur, & ſecundum totam latitudinem verborum, etiam Sedi Apoſtolicæ quomodocumque reſeruatis, non tantum in foro conſcientiæ, ſed etiam exteriori. Itaque abſolutio iſta tollit omnes cenſuras impeditiuas electionis, cuiuſmodi ſunt Bullæ Cœnæ. Tertius effectus eſt, quod ſemel abſolutæ, & diſpenſatæ cenſuræ, & irregularitates, non redeunt; itaut poſt electionem Vocales reincidant. Hoc tamen priuilegium afficit tantum Vocales, & non alios. *ibidem*. Vide *Abſoluere num.* 9. *Diſpenſare*. Vide *Diffinitor*. *Viſitator*. *Simonia*.

Electio Abbatiſſę. Vide *Abbatiſſa à num.* 5. *& infra*.

Eleęmoſyna. Vide *Proprietas*.

Emere. Emptio. Vide *Proprietas*.

EPICHEIA.

Facit, vt relicto rigore legis, amplectamur quod recta ratio dictat, & quod faceret Prælatus, ſi adeſſet. *Conſt. cap.* 3. *ſtatut.* 23. *q.* 4. *& Pœn. c.* 9. *q.* 8. *in fine*.

Digitized by Google

EPISCOPVS.

1 A nobis Reuerendus, monito S. P. N. Franciſci. Hinc qui de ipſo, & alijs Eccleſiarum Prælatis oblocutus fuerit, itaut populo ſcandalo ſit, Superiorum arbitrio grauiter eſt puniendus. *Conſt. cap. 1. ſtat. 3.*

2 Eius dignitas eſt ſumma in Eccleſia Dei, cui Regnum fulgor, & Principum diademate, tamquam auro plumbo, cœlo terra, ſpiritui caro, diuinis humana ſubduntur. Eſt namque ſumma honorum omnium, qui hominibus tribui poſſunt, culmen dignitatum, poteſtas ineffabilis. *ibidem* §.1.

3 Eſt Princeps in ſua Eccleſia. *ibid. ſtat.* 4. *verſ. Itaque ex Rodriq.*

4 Poteſt à caſibus Bullæ Cœnæ abſoluere ſuos ſubditos in caſibus à iure permiſſis. *Conſt. cap. 2. ſtat.* 14. *concluſ.* 4. Poteſt etiam delegare facultatem ipſi à Tridentino conceſſam abſoluendi à caſibus, & irregularitatibus occultis, licet eius Vicarius ex generali mandato ipſam non habeat. *Pœnal. cap.* 29. *quæſt.* 5. *in fine.*

5 Non poteſt Religionem ingredi ſine ſpeciali licentia Papæ, tum quia tamquam ſponſus ſuæ Eccleſiæ eſt ibi ligatus, tum quia Epiſcopus eſt in ſtatu perfectionis, Religioſus autem in via. Ideò non poteſt facere regreſ-

ſum

Digitized by Google

ſum à perfectiori ad minus perfectum. Poterit autem ante confirmationem, quia tunc eſt ſponſus rato, non autem conſummato matrimonio. *ibid. conſt. c. 2. ſtat.* 1.

6 Poteſt in nonnullis caſibus procedere contra Regulares; & primò. Si Regularis ſit notoriè excommunicatus, poteſt per Ordinarium denunciari. Secundò. Si delinquat extra clauſtra, poteſt ab eodem capi, & præſentari ſuo Iudici, vt puniatur. Tertiò, in materia fidei, & hæreſis, ſuper quæ Epiſcopi ſunt Delegati Apoſtolici. Quartò, in ſpectantibus ad curam animarum; Quintò, de cura Hoſpitalium, & Monialium quoad clauſuram, redditus, electiones, & profeſſiones. Sextò, ſi vagentur ſine licentia Prælatorum. Septimò, ſi matrimonio contrahendo ſine licentia Parochi præſint. Octauò, ſi prædicent extra ſuas Eccleſias ſine licentia Epiſcopi. Nono. Si extra Monaſterium degant. In cauſis mercedum miſerabilium perſonarum, & in ſimilibus. Decimo. In controuerſijs proceſſionum. Vndecimo. Poſſunt Regulares recurrere ad Epiſcopos pro abſolutionibus, & diſpenſationibus illorum caſuum, qui ſunt Epiſcopis reſeruati priuatiuè quo ad Regulares. Dixi priuatiuè, quia ſi eadem authoritas eſſet conceſſa Prælatis Regularibus, ad Epiſcopos recurri non poteſt, quia vt alibi diximus, *Conſt. c. 2. ſtat.* 12.

ſtat. 12. maiorem, & ampliorem facultatem dispenſandi, & abſoluendi habent Prælati Regulares, quàm ſæculares. Sunt etiam nonnulli alij caſus, in quibus poſſunt Epiſcopi in Regulares procedere, quos videre eſt apud *Roder. Iuniorem reſol.* 3. *num.*15. *& reſol.* 63. *num.*24. *& Alphonſ. de Leon. recoll.* 2. *à n.*466. *vſq. ad* 488. qui ait, quod Epiſcopi non poſſunt cogere ipſos Regulares per cenſuras in omnibus caſibus ſibi permiſſis, quia Concilium Trid. declarauit quoſdam caſus, in quibus concedit, poſſe Epiſcopos cogere per cenſuras. *Pœnal. cap.*18. *quæſt.* 3. *verſ. Verum diſputant. multi.*

7 Aduertendum tamen eſt hic, quod poteſt etiam ſuperior Regularis procedere contra ſuos ſubditos in aliquibus ex ſupradictis caſibus, putà quia ſubditus Regularis, curam animarum habens, in fonte baptiſmali aquam non tenet, oleum Cathecumenorum non procurauit. Quod in contractu matrimoniali, vel non adfuit, vel ſcandalum commiſit. Quod in profeſſione Monialis, vel electioni Abbatiſſæ Epiſcopum non monuit: Quod matrimonio adſtitit, cum non eſſet Parochus, vel ſibi hanc licentiam procurauit, inconſulto Prælato Regulari. Quod in aliena Eccleſia ſine licentia Epiſcopi prædicauit, Hæc enim delicta non ſunt ità reſeruata Ordinarijs, vt Superior

Regu-

Digitized by Google

Regularis illa punire non poſſit in ſubditis. Et vniuerſaliter in omnibus caſibus, in quibus poſſunt Ordinarij procedere contra Regulares, poſſunt etiam Superiores Regulares, dummodo quoad iſtos non adſit diſpoſitio priuatiua, & propterea caſus iſti dicuntur mixti fori, & datur locus præuentioni cum limitatione tamen, vt infra. Nam ſi v.g. Epiſcopus non procederet contra Regularem delinquentem extra clauſtra, vel quia nolit, vel quia neſcit, non per hoc impeditur Prouincialis, quin ſuum ſubditum coerceat. Si tranſire ſinit Apoſtatam ſine correctione, non per hoc tollitur facultas ſuo Prælato illum puniendi; Sic etiam ſi ſuam iuriſdictionem Floccipenderet, dum ſine ſua licentia in aliena Eccleſia prædicabit, ſi ſubditus populum ſeditione conturbet in propugnanda præcedentia in proceſſione, & Epiſcopus contemnat, non eſt, cur Superior Regularis non poſſit illum de ſcandalo dato, & de exceſſu punire. *Pœnal. ibidem*.

8 Aduertendum ſecundo, quod in puniendo Apoſtata conceditur facultas Epiſcopo, ſi illum errantem inuenerit, non poſtquam Superior punire inceperit, quia tunc delegatio ſpirauit, & poteſt Prælatus Regulares ſe tueri in ſui iuribus per Eccleſiaſticas Sanctiones. *ibidem*.

9 In alijs autem caſibus, in quibus offen-

duntur iura Epiſcopalia, vt aſſiſtere matrimonio, prædicare ſine licentia, iudicare de clauſura, electione, computu, dotibus collocutionibus Monialibus &c. non poſſet inhiberi Epiſcopo, quin procedat, neque propterea tollitur Regularibus iuriſdictio, quia poteſt vterque procedere de eo, quod ad ſuum tribunal ſpectat cum vnum delictum à duobus Iudicibus puniri poſſit ob diuerſas conſiderationes, quas habet, & ſic puniri poterit à Superiore Regulari, tanquam delinquentes contra ſtatuta Ordinis, & ſtatum Regularem, & ab Ordinario quatenus violans ſuam iuriſdictionem. Et hæc eſt limitato, quam diximus paulò ſupra in prima aduertentia. *Pænal. c.4. q.3. verſ. Reſpondeo vniuerſaliter*.

10 Aduertendum tertio, quod poteſt Regularis accuſare alterum apud Epiſcopum de ſupradictis cauſis ad ipſum ſpectantibus. Et ad ipſum recurrere in ijs tantùm cauſis, quæ ad ipſum ſpectant, non quatenus concernant iuriſdictionem Regularem, verb. grat. ſi prædicaſſet in aliena Eccleſia, ſi matrimonio adſtitiſſet ſi profeſſionis, vel clauſuræ cauſa agitaretur &c. hæ enim cauſæ, cum directè ad locorum ordinarium pertineant, & in ijs Superiores Regulares ſolum ſe ingerere poſſint per regulam quandam generalem, quod ſcilicet ipſos deceat ſubditorum emandare delicta; ideo

ſi

ſi ſubditus grauetur circa has cauſas poterit pro declaratione, aut iuſtificatione, vel gratia ad Epiſcopum illumque monere, quod circa cauſam ad ipſum ſpectantem moleſtetur, & Epiſcopus poterit ſuo iuri cedere, & Religioſum liberare, non quidem à Regulari ſententia; ſupra quam nullam iuriſdictionem habet, quamque examinare non poteſt, cum non ſit Iudex appellationis, ſed Commiſſarius ad procedendum ſi voluerit; ſed tantùm ab eo pœna, quam ipſe Epiſcopus infligere poſſet. *Ibidem Pœnal. cap. 18. a verſ. Ego autem pro mea materia quæro, vſque ad finem quæſt. 3.*

11 Regularis factus Epiſcopus, licet non ſit à votis, eſt tamen à præceptis ſuæ Regulæ repugnantibus Epiſcopali dignitati abſolutus. *Conſt. c. 12. ſtat. 5. q. 1. verſ. Hac etiam ratione.*

12 In cauſis criminalibus procedere debet cum conſilio, & aſſenſu duorum à Capitulo electorum, tam in formando proceſſu, quàm in alijs actibus vſque ad finem cauſæ incluſiuè: conceditur tamen circa atrocia delicta, vbi de perſonali detentione opus ſit, quod poſſit ſolus ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem procedere, ſeruato tamen in reliquis ordine præmiſſo. *Pœnal. cap. 1. quæſt. 2. reſp. 3.*

Eius authoritas circa Moniales. Vide *Moniales, Clauſura. Abbatiſſa.*

Digitized by Google

EQVITARE EQVITATIO.

1 Religioſis minoribus ſub peccato mortali (dempta neceſſitate vel infirmitate) equitare prohibetur. Adeſt etiam præceptum ſanctæ obedientiæ, & pœna priuationis officiorum, & perpetuæ inhabilitationis in poſterum ipſo facto incurrenda, lata ab Vrbano VIII. *Militantis Eccleſiæ* 1. *Iunij* 1640. Et per ſtatuta generalia. *Qui ſine licentia Miniſtri Prouincialis equitare, bigare, quadrigare &c. præſumpſerit, bimeſtris carceris pęna mulctari debet, & Miniſter ſine neceſſitate cognita per teſtimonium ſcriptum Guardiani, & maioris partis diſcretorum illius Conuentus, id non concedat. Quam in abſentia Miniſtri poſſit indulgere, Guardianus cum conſenſu omnium ſuorum diſcretorum. Aliter facientes, Prouincialis caret voto in futuro Capitulo, & Guardianus ſit priuatus officio, & ſi equitantem ſine licentia, diſciplina, & triduano carcere non mancipauerit, per ſemeſtre ſuſpenſus ſit ab Officio. Miniſter autem in Viſitatione, vno tantum vili iumento vti poſſit, nec ſocios habeat, qui pedes ambulare poſſit. Conſt. cap. 3. ſtat. 23. in textu.*

2 Verbum *equitare* in communi modo loquendi, non ſolum ſignificat equo iter facere, ſed etiam Mulis, Aſinis, Camelis, & quælibet huiuſmodi equitatio prohibetur Minoribus.

Super

Super humeros autem hominum, vel lectica aut ferculo, præciſo, pretio, vel ſuperbia, vel ſcandalo Author non cenſet eſſe contra Regulam noſtram. De naui certum eſt, non comprehendi. Recurrere autem ad amicos ſpirituales ad ſoluendum nauigationis pretium regulariter non poſſumus, præciſa neceſſitate, puta ad excuſandum longi itineris tædium. Sic etiam vehi Curru vili à bobus tracto non eſt, contra Regulam. *ibidem q.* 1.

3 Cauſæ excuſantes equitationem à culpa ſunt neceſſitas, & infirmitas. Hæc autem neceſſitas excuſat etiam ſi proueniat ob negotium proprio marte aſſumptum, putà ſi quis ad ſanctuaria ſua deuotione proficiſcatur, & accidat in itinere debilitari, vel luto impediri, & alijs huiuſmodi, poteſt ſine culpa equitare, niſi voluntarium negotium aſſumens ſe præuiderit habiturum neceſſitatem equitandi. Infirmitas verò debet eſſe vel actualis, vel imminens de proximo, puta ſi timeret probabiliter infirmari, etiam leuiter. Quinimmo poteſt valetudinarius equitare animi gratia, ad recuperandas vires, ad refocillandum ſpiritum exercitio aeris mutatione &c. Et Superior poteſt, & debet in his caſibus ſua authoritate, ac pietate declarare ſufficientem cauſam, & diſpenſare cum ſuis ſubditis, vbi in dubio ſita eſſet, iudicio namque prudentis Superioris,

cui

Digitized by Google

cui ſtandum eſt in conſcientia, relinquitur examen, & determinatio manifeſtæ neceſſitatis. *ibidem quæſt. 2.*

4 Peccat mortaliter Prouincialis concedens facultatem equitandi, non ſeruata forma ſtatuti, ſi temerariè, ideſt nullo præhabito examine, nulla cognita cauſa, nulla conſideratione facta de veracitate, & qualitatibus Fratris equitare volentis: Secus non, poteſt enim eſſe, vt ſubditus ſit perſona grauis, probatæ vitæ, de qua præſumi non poſſit mendacium in re tam graui, tunc enim Superior credens, non peccat contra Regulam, licet peccat contra ſtatutum, quod non obligat ad mortale, ſufficit enim, vt Superiori probabiliter conſtet, ſubditum habere veram neceſſitatem. Superior autem localis non poteſt talem licentiam concedere abſque conſilio, & conſenſu triũ Diſcretorum, & in caſu vrgenti, abſente Prouinciali; Quod ſi illi fuerint indiſcreti, Superior localis cum vno ipſorum conſentiente, poſſet hanc licentiam concedere, ſicut etiam poſſet in caſu, quo Diſcreti ob aliquam minus iuſtam cauſam non conſentirent, & neceſſitas eſſet manifeſta, quia non irritatur actus, nec corrigitur ius naturale cum tanto incommodo; Immò contrafaciens Guardianus nullam pœnam incurrit in Bulla Vrbani, benè tamen ex ſtatuto, in quo non comprehenduntur diſcreti, &

in

Digitized by Google

in hoc ſtatutum eſt moderatum cum non neceſſe ſit adhibere omnes diſcretos, ſed ſufficiat tantum tres. Quorum delectus ſpectat ad Guardianum, non tamen abſolutè volontariè, ſed cum ordine dignitatis, & antiquitatis, & ſcilicet conuocet dignores, niſi caſus aliter ex ratione ſuaderet. *Conſt. c. 3. ſtat. 23. q. 3.*

5 In abſentia autem Prælatorum poteſt ipſe neceſſitatus ſibi declarare neceſſitatem, & vti Epicheia. *ibidem q. 4.*

6 Conceditur Prouincialibus per ſtatutum, & per ſupradictam Vrbanam Bullam, *etiam Prouinciarum Commiſſarijs, vt vno, eoque vili iumento pro ſe tantùm, non autem pro ſocijs in neceſſitatis articulo vti poſſint; alias ſi contrafecerint, eo ipſo deſtituti remaneant.* Quæ verba concernunt primo conceſſionem vilis iumenti, ſcilicet Aſini, vel Muli ad ſummum; non autem equi. Secundo non ſemper, ſed in neceſſitatis articulo ab ipſiſmet Prælatis iudicandæ. Tertio. Socij ſunt Laicus, & Secretarius. Quarto. Priuatio officiorum vltra materiam præcepti importat culpam grauem. Quinto. Non incurritur niſi poſt ſententiam, etiam in foro conſcientiæ. Peccant autem mortaliter Prouinciales, & Viſitator, ſocios ſibi aſſumentes, qui pedeſter ambulare non poſſint, in delectu tamen per ſe talium ſociorum, non autem in caſibus incidentibus, &

ſin-

ſingularibus, quia ſi ſocij in longo itinere laxarentur, vel debilitarentur, poterit præſenti ſociorum neceſſitati diſpenſationi ſuccurrere, ne cogatur ſępe ſocios mutare. *ibidem q.* 5.

7 Vt autem ſciatur, quibus vt plurimum permittatur equitare, etiam ſi ſani ſint; apponuntur hic verba Iulij II. in his Conſtitutionibus *cap.* 3. *quæſt. vlt.* litteraliter explicantia præceptum hunc Regulæ cuiuſmodi ſunt, videlicet. *Quibus etiam neceſſitatibus ſatis vagari declaramus, & dicimus, Prælatos maiores Ordinis, ac Viſitatores graues, ac ſolemnes Prædicatores, qui pro negocijs Ordinis, & animarum profectu habere per terras, & loca, & prouincias frequenter diſcurrere, vel ad Capitulum, & ſimilia longius ire, & quorum vita eſt Ordini neceſſaria, quæ aliàs poſſet exponi periculis, & infirmitatibus. Tales enim ex hoc non ſunt ſuæ Regulæ tranſgreſſores, immò à ſuis Superioribus debent pro loco, & tempore ad id compelli pro communi bono Ordinis, & animarum conſeruando: cum & de vita communi, & Regulæ obſeruantia ſit, fratres, & maximè tales in tali neceſſitate poſſe equitare, vt apertius exprimit Regula. ibidem quæſt.* 6.

8 Indebitè equitantes, & equitandi licentiam concedentes, ſunt grauiſſima pœna digni, & vltra culpam lætalem ſine remiſſione, contra ipſos exequendæ ſunt pœnæ ſtatutorum,

car-

carceris, ſuſpenſionis &c. Et Bulla ſupradicta Vrbani addit ſtatutarijs pœnis priuationem officiorum, & inhabilitatem ad omnia alia &c. requiritur tamen auſus, & temeritas, quæ veram neceſſitatem excludunt: Notandum tamen eſt, poſſe ex rationabili cauſa, has pœnas remitti à Miniſtro, & Commiſſario Generalibus; quæ remiſſio non valeret, niſi rationabilis cauſa adeſſet, vt diximus de diſpenſatione. *Conſtit. cap. 3. quæſt. 7. in fine*. Vide *Carcer num.* 4.

EVTRAPELIA.

Ex Ariſtot. *Eſt quædam vitæ requies, in qua homines ioco vtuntur, dicendo, & audiendo moderatè ea, quæ oportet, itaut perſonarum, locorum, & mediocritatis norma ſeruetur.* Eſt virtus, & per conſequens Religioſis permiſſa. *Conſtit. cap. 2. ſtatut. 76. quæſt. 3. in fine.*

EXAMEN: EXAMINATOR.

1 Sacris initiandi in noſtra Religione à Patribus ſpecialiter in Capitulo deputatis, de ſcientia, & idoneitate, prius approbari debent, quos Prouinciales per ſe, aut per alios iterum examinare tenentur. *Conſt. cap. 2. ſtatut.* 54. *in textu.*

2 Quamuis autem ritè ordinetur non examinati, eo quia per Trid. hoc munus examinan-

nandi ordinandos Epiſcopis poſitiuè præcipitur, attamen ſi falsò in dimiſſorijs affirmaretur eſſe examinatos, & propterea Epiſcopus reputaret idoneus, illoſque non examinaret, vt facere poteſt, tunc Prouincialis peccaret mortaliter; niſi tamen excuſaretur, ex eo quia non haberet examinatores præſentes, vel ordinandus eſſet nimis diſtans, & de illo ſufficientia præſumeretur &c. *ibid.quæſt.*1. Benè tamen verum eſt, quod Prouincialis non tenetur ſub culpa graui eoſdem iterum per ſe, vel per alios examinare. Neque requiritur vnio examinatorum, quamuis praxis ſit eos examinari coram Prouinciali, & examinatoribus ſimul iunctis (Quidquid ſit de approbatione Confeſſariorum.) *ibidem quæſt.* 3. Examinatores autem huiuſmodi debent eſſe tres, præter Prouincialem, tam duo etiam ſufficerent. *ibidem quæſt.* 4. In quo quidem examine poteſt intercedere ſimonia, cum detur ius ad ſuſcipiendos Ordines, qui ſunt res ſpirituales. *ibidem quæſt.* 5.

3 Diuerſum ſcientiæ gradum requirit Tridentinum pro exceſſu Ordinum, ne examinatores peccent approbando. Pro prima tonſura requiritur peritia legendi, & ſcribendi, ad Minores Ordines intelligentia linguæ latinæ: ad Subdiaconatum, & Diaconatum, peritia eorum, quæ ad dictos Ordines ſpectant: ad

Pre-

Digitized by Google

Presbyteratum, vt poſſit prædicare, & ſciat, quæ ad Sacramenta adminiſtranda requiruntur. At in Regularibus minor ſcientia ſufficit, & poſſunt, nedum à Fratribus, verum etiam ab Epiſcopis (licet linguam latinam non probè teneant) approbari: ſufficeret enim ſi rectè legere, & canere noſſent, quia Regulares ob continuum commercium, & exercitium cum Fratribus doctis, ſpem profectus oſtendunt, & facilè errare non poſſunt, ſicuti ſæcularis. *ibidem quæſt. vlt.* Vide *Ordinandi*.

Examen Confeſſariorum. Vide *Confeſſio. Confeſſarius*.

EXCEPTIO. EXCIPERE.

1 Exceptiones ſunt de iure naturæ. *Pœnal. cap. 1. quæſt. 2. probat.* 1. Vnde exceptio abſentiæ eſt acceptanda, etiamſi exceptor nullum mandatum habeat, vnde licet in criminalibus non admittatur procurator ad diſputandum ſuper crimen, admittitur tamen ad proponendas exceptiones neceſſarias pro reo. *ibid. quæſt.* 4. *aduert.* 6. *verſ. Cum hoc tamen ſtat*. Vide *Contumax n.* 4.

2 Aliquando exceptio ſapit naturam accuſationis, vt cum quis non ſtimulatus, nec in actionem vocatus ſponte excipiat contra electum, vel teſtem, vel accuſantem. *Pœn. c.* 10. *q.* 2. *diffic.* 3. *verſ. Reſpondeo cum Abbate*.

3 Exceptio infamiæ. Vide *Iudex num.* 4.

EXCOMMVNICATIO.
EXCOMMVNICATVS.

1 Excommunicatio alia eſt per modum ſtatuti, ſeu ordinationis, alia per modum præcepti. Hæc reſpicit particulares, illa verò communitatem primò, & per ſe: vnde excommunicatio lata per modum ſtatuti, ſeu ordinationis requirit ſcripturam, aliàs eſt nulla. Lata verò per modum præcepti non requirit ſcripturam. Verum tamen eſt quod excommunicationem per modum ſtatuti pro tota Religione, non poteſt ferre, niſi Capitulum Generale, pro tota Prouincia niſi Capitulum Prouinciale, & pro toto Conuentu niſi Prouinciales, & Viſitatores, non autem Guardiani; qui ſolum facere poſſunt aliqua præcepta ſuo tempore duratura. Et quidem Generales, ac Prouinciales ſoli per ſe poſſunt ferre excommunicationem pro toto Ordine, & Prouincia, quæ tantum durabit, quantum ipſi in officio perſiſtunt, & debet ferri ſcripto, aliàs eſt nulla. *Pœnal. cap.* 28. *quæſt.* 4.

2 Excommunicationem per modum præcepti poſſunt fulminare in Ordine noſtro Miniſter, & Commiſſarius Generales, Prouincialis, & Delegati ab ipſis, & Guardiani, tamquam verè Prælati in ſuos ſubditos, & contrarium

rium aſſerentes puniri debent grauiter tamquam perturbatores ad arbitrium Superiorum, & vniuerſaliter excommunicare poſſunt omnes Prælati, ſcilicet (Eccleſiaſtici) qui habent adminiſtrationem cum iuriſdictione coniunctam, niſi limitata eis fuerit authoritas. *Pœnal.c.*28. *quæſt.* 1. Pro rebus autem deperditis Generales tantùm, & Prouinciales, qui quaſi Epiſcopalem authoritatem habent, ipſam ferre poſſunt, & Commiſſarius Viſitator deſtinatus ad omnes cauſas à Generali in aliqua prouincia, qui eſt Ordinarius, & Miniſtro prouinciali ſuperior. Commiſſarius autem delegatus à Prouinciali, minimè hoc poteſt, niſi ſpecialiter ei delegata ſit facultas hæc. *ibidem quæſt.* 2. & 3.

3 De Vicario generali Epiſcopi eſt controuerſia, niſi ſpecialem habeat commiſſionem: non autem Vicarij foranei, neque qui nullius Diœceſis, ſiue Epiſcopi inferiores. *ibidem quæſt.* 2.

4 Non tantum autem pro rebus deperditis, ſeu ſubtractis poteſt excommunicatio ferri in Religione, ſed etiam pro qualibet reuelatione: poteſt enim Prælatus excommunicatione vti pro indaganda veritate alicuius delicti, putà ſi commiſſum ſit delictum, & authores ignorantur, poteſt Prælatus præcipere, vt ſcientes reuelent malefactores ſub pœna ex-

Digitized by Google

communicationis. Item ſi neſciatur aliqua poſseſſio, ius, ſeu factum prouinciæ finium, Conuentuum &c. poteſt ſimiliter ſuper his rebus monitoria expedire, vt ſcientes veritatem reuelet; & in terminis Concilium Tridentinum concedit excommunicatione vti in cauſis ciuilibus & criminalibus, dummodo alia probatio deficiat, immò pendente cauſa coram Iudice ſæculari, & maximè quando teſtes ignorantur, poſsunt impetrari monitoria contra teſtes pro ſcienda veritate. Item ſicuti Superior Regularis in inquiſitione generali procedit per impoſitionem præcepti ſanctæ obedientiæ, ita etiam poteſt in aliquo caſu præcipere ſub comminatione cenſuræ, vt ſcientes authorem libelli famoſi, fracturæ arcæ &c. reuelare teneantur. Nam licet in cauſa ſpeciali, in qua proceditur per viam accuſationis, non debeant expediri iſta monitoria, niſi ad inſtantiam partis, vel alterius intereſse habentis, non tamen videtur ademptum Iudici procedere poſſe ex officio, quando alia via non ſuppetat, quia ſi poſſit veritas haberi per teſtes, & congruas probationes legitimas, nullo modo ad cenſuras recurrendum eſt. Excommunicatio enim eſt remedium ſubſidiarium, & applicandum, vbi alius modus realis, & perſonalis, ac iuridicus non appareat. Monitoria autem expedita contra formam hanc, non ſunt nulla, licet

Digitized by Google

licet nonnulli affirment, tamen reprehendendus eſt Iudex incipiens à monitorio. *ibidem diffic.* 1.

5 Materia autem, vt monitoria pro reuelatione deperditorum expediri poſſint, licet remittatur in arbitrium Superioris, certum eſt tamen, quod debet eſſe conſiderabilis, non exigua, vel parui valoris, nec ſufficeret materia, quæ faciat peccatum mortale in furto, immò nec valor vnius auri, ſed requiritur ſaltem ſex, aut quinque aureorum in Religione noſtra, quæ profitetur ſummam paupertatem; verum quia caſus faciliter eſſe poſſet in furto libri, Scriptorum, Codicum in Concionatore, Lectore &c. etiam pro minori quantitate excommunicatio fulminari poſſet, habita conſideratione incommodi, damni, dedecoris, quæ aduenirent actuali Concionatori, vel Lectori, ſi furto conciones, vel lectiones auferrentur, vt omnes dicunt ex ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vt in operarijs, quibus inſtrumenta artis tollerentur, ità ſi quis prædicaturo in ſequentes dies furaretur concionem paratam, inferret damnum notabile; vnde in hoc caſu, licet materia eſſet nimis vulgaris; attamen, quia emergens eſt nimis præiudiciale, poſſet Superior præcipere ſub excommunicatione, vt reſtituatur ſcriptum. *ibidem diffic.* 2.

Digitized by Google

6 Non poſſunt, nec debent expediri monitoria, niſi cauſa diligenter, ac magna maturitate per ſuperiorem examinata, ne conijciat ſe periculo errandi, & ludibrio exponendi cenſuram; ſi de facto res ablata fuerit, ſi magni momenti exiſtat, ſi per aliam viam inueniri poſſit, nec moueri debet, niſi ad partis inſtantiam, ſi agatur de re particularis fratris vſui accommodata, quia ſi agatur de re Communitatis, vt de rebus Eccleſiæ, Sacriſtiæ Bibliothecæ, Dormitorij &c. poteſt procedere Superior ex officio. Sic etiam ſi offenſus frater aliquem apud Superiorem deportet, & teſtes nolunt veritatem deponere, vel ſi appareat commiſſum eſſe delictum, teſtes autem non appareant, poteſt Prælatus per ſua monitorias litteras præcipere reuelationem authoris, complicum, teſtium. Quod poteſt fieri non tantùm in iudicio Regulari, & Eccleſiaſtico, ſed etiam ſi ageretur coram Iudice ſæculari, & pars, ſeu Iudex imploraret auxilium ab Eccleſiaſtico, quia ſicut ſæculare adiuuat Eccleſiaſticum præbendo ſuum brachium, ita Eccleſiaſticum debet adiuuare ſeculare expediendo litteras monitorias, quæ tamen ſuffragari, non debent in pœnam ſanguinis, aut ſupplicij, nec continere crimen, vel infamiam alicuius. *ibid. diffic.* 2.

7 Expediri tamen ſcripto, & per tres, aut duas

duas vices, vel vnam, quæ vicem trium habeat, ſi enim non adeſt contumacia, non incurritur excommunicatio, & ſi quis non monetur, non redditur contumax. Hoc autem intelligitur de peccatis præteritis, non de futuris, quia ſi iſta ſub cenſura prohibentur, ipſa prohibitio monet, nec requiritur aliud ad contrahendum cenſuram, niſi actualis tranſgreſſio præcepti. Scripto autem mandare monitiones, & excommunicationem, ligat quidem reliquos omnes, non tamen Regulares de neceſſitate, qui poſſunt, & ſine ſcripto excommunicationem ab homine, & per modum præcepti ferre. *ibidem*: non tamen per modum ſtatuti, reſpectu Prouinciæ vel Conuentus, quia tunc inciderent in ſuſpenſionem ab officio. *ibidem quæſt.* 4.

8 Excommunicatio aliquando eſt iuſta, & valida, cum ſcilicet fulminatur ex cauſa, & ſecundum iura, & hæc eſt obligatoria, & timenda. Aliquando eſt iniuſta, & inualida, & tunc non obligat, neque timeri debet, putà quando fertur à non habente iuriſdictionem, vel à Iudice excommunicato, vel interdicto: vel excommunicatur quis contra tenorem priuilegij, vel à delegato contra delegantis intentionem, vel poſt appellationem legitimam, vel ſi continet errorem intolerabilem contra legem diuinam, naturalem, vel humanam:

quo caſu excommunicatio non eſt timenda, neque apud Deum, neque apud homines, dummodo notoriè conſtet de iniuſtitia, & nullitate, ſecùs antequam conſtet, ad vitandum ſcandalum, debet ſe vt excommunicatum gerere, quouſque per ſapientum teſtimonium conſtet de cauſa & ſit ſedatum ſcandalum. Aliquando autem eſt iniuſta, vel quia prætenditur lata ex cauſa iniuſta, vel non ſufficiente, quam tamen Iudex tenet iuſtam, vel quia licet habeat iuſtam cauſam, fertur tamen ex praua Iudicis voluntate, vel odio, aut vindicta: vel quia licet ſit animus bonus, & cauſa ſufficiens non eſt, tamen iuris ordo ſeruatur, vel quia non præceſſerunt monitiones, vel non eſt lata coram perſonis idoneis, vnde ſicut ad bonam ſententiam requiritur cauſa iuſta, animus, ſeu finis probus, & ordo iuris, ita ex horum defectu redditur iniuſta, & hæc ſeruanda, & timenda eſt, iuxta famoſum Axioma canonicum: *Sententia Paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda*; & in hoc ſenſu adeſt ſtatutum in noſtra Religione *cap. 7. §. 5. num. 27. Non liceat tamen ſubditis excommunicationem à Prælatis inferioribus latam contemnere, aut non formidare, quia non ad ſubditos, ſed ad Prælatos hæc cognitio pertinet*. Poſſunt tamen ſubditi reclamare apud ſuperiores maiores contra fulminatores talium excommunicationum, quando ſine diſcre-

diſcretione, & maturitate fulminantur. Sic etiam ſi Guardianus fulminaret ſententiam pro rebus perditis, non ſolum iniuſtè procederet, ſed etiam nulliter, quia in hac parte non eſt Iudex competens. *ibid.cap.*28. *quæſt.*3. *reſp.*2.

9 Per admiſſionem Vocalis excommunicati redditur nulla electio, niſi cum proteſtatione admitteretur in caſu dubio. *Pœn.cap.*15. *q.*10. *verſ.Reſpondeo poſſet etiam Præſes.*

10 Excommunicatio lata in ſubornatores eſt reſeruata Papæ. Vide *Simonia num.*15. Sic etiam excommunicatio lata in rebelles eſt reſeruata Summo Pontifici extra mortis articulum. Vide *Rebellis num.*2. & *Viſitator num.*3.

11 Excommunicatio Canonis: *Si quis ſuadente Diabolo*, non incurritur ſine dolo. *Pœnal.cap.*4.*quæſt.*6.*in fine*; tamen potens liberare Clericum à percuſſione, & non liberat, etiamſi non ſit officialis, incidit in excommunicationem. *Ibidem cap.*6. *quæſt.* 5. Vide *Abſolutio*.

EXPOSITI, ideſt *PROIECTI*.

Siue ex legitimo, ſiue ex illegitimo thoro nati ſint, cenſentur legitimi, atque ad Religionem recipi poſſunt. *Conſt.c.*2.*ſtat.*1.§.5.*verſ.Legitimantur igitur.*

F A-

Digitized by Google

FABRICA.

Quando Guardianus ſine licentia fabricare poteſt in Conuentu. Vide *Carcer num.* 12.

FACETIAE.

Dedecent Regulares, ſicut etiam vrbanitates incongruæ, etiamſi Eutrapelia non vetetur. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 76. *quæſt.* 3. *& in Pœnal. cap.* 13. *quæſt.* 9. *in fine* habetur, quod à Republica Chriſtiana ſunt exterminandæ.

FALSVM. FALSITAS. FALSIFICATIO.

1 Falſitas eſt immutatio veritatis, quæ poteſt fieri facto, aut verbo, & tripliciter accipitur. Primò pro eo, quod non eſt verum, licet ab alicuius mendacio non procedatur. Secundò pro mutatione veri fraudolenta, & ſic omnia mendacia ſunt falſa. Tertiò pro delicto, ſeu crimine falſi, quod committitur, non tantum ſimulando, vel mutando veritatem, ſed exequendo animi dolum contra proximum. *Pœn. cap.* 11. *in princ.* Ad hoc autem, vt falſitas ſit punibilis, copulatiuè concurrere debent tria, ſcilicet mutatio veritatis, dolus, & quod alicui ſit nociuum. *Conſt. cap.* 7. *ſtat.* 5. *caſu* 7. *&* 8.

Quando falſitas ſit caſus reſeruatus. Vide *Caſus reſeruati n.* 7. *&* 8. *& caſ.* 15. *&* 16.

Te-

Digitized by Google

2 Teſtis falſus eſt, qui iuratus veritatem negat, vel occultat, vel eſſentialia tacet, qui in alium ſenſum dicta interpretatur, qui depoſitiones mutilat, qui dubium pro certo affirmat, Cum enim teneatur teſtis Iudici legitimè interroganti veritatem fateri, quotieſcumque veritatem ad mentem Iudicis non dicit, quoquo modo id faciat, ſiue illam negando, ſiue tacendo, ſiue occultando, ſiue æquiuocando, ſiue decurtando, ſub nomine conſtituitur falſitatis, *ibid.q.*1. Vide *Teſtis*,

3 Quod ſi Teſtis deponens falſum non fuerit iuratus, puniri debet non ordinaria, ſed extraordinaria pœna, dummodo tamen falſitas non eſſet alteri nocibilis: vndè Auctor arbitrio Iudicis remittendum putat, an pœna ordinaria, an extraordinaria puniri debeat; conſideratis qualitate deponentis, contra quem deponitur, & cauſæ, & ſceleris grauitate (præter caſus reſeruationem, vt diximus verbo *Caſus reſeruati num.*7.*&* 8.) *ibidem diffic.*1.

4 Falſum deponens, aut reuocans, vel reuocari procurans, quod verè depoſitum fuerat, eſt ipſo facto excommunicatus, nec abſolui poteſt, niſi à Prouinciali, ſatisfactione præmiſſa, & ſemeſtri carceri mancipari debet, & infamis perpetuò exiſtit. Poteſt enim falſitas committi primò ſubornando teſtem ad dicendum

cendum falſum teſtimonium. Secundò producendo in iudicio teſtem falſum. Tertiò dicendo falſum teſtimonium. Quarto vtendo dicto ipſius falſi teſtis ſcienter; vndè ſolent periti procuratores facere, vt pars, quæ produxit teſtes interrogetur, an eis vti velit; vt poſtea nullam habeant excuſationem. Qui quidem ſuaſores, & procurantes plus puniendi ſunt, quam ipſimet falſi teſtes, cum iſti maiorem nocendi animum habeant, maximè ſi donis, promiſſis, vel minis id faciant. *Pœnal. ibid.c.*11. *quæſt.*2. Quæ quidem pœnæ afficiunt etiam ipſum teſtem falſum ex ſua malitia deponentem. Notandum autem eſt hic, quod cum falſum deponentes, & falsò quempiam infamantes puniendi ſint pœna talionis (quæ poterit eſſe aliquando carceris perpetui, triremium &c.) ſemeſtri carceris pœna ceſſat, ſi pœna talionis, quæ ſequitur infamantem, fuerit ad vlteriorem carcerem, vel ad triremes. *ibid. diffic.*1. Verum tamen eſt, quod iſtæ pœnæ non afficiunt, niſi poſt declarationem.

5 Licèt autem falſum deponentes ad defenſam non pœna ordinaria, ſed extraordinaria falſariorum ſint puniendi, attamen ſi falſitas non in ſola defenſione conſiſtat, putà in delictis, in quibus non ex officio proceditur, ſed ad inſtantiam partis, eſſent puniendi pœna ordinaria, quia tunc falſitas noceret accuſatori,

Digitized by Google

ri, & teſtibus ab accuſatore productis, qui reputarentur falſi, & vt tales puniendi venirent, cum reuerà non falſi ſint, vt ſupponitur. *ibid. quæſt.* 3.

6 Falſificatio litterarum, & ſigillorum, ſeu Bullarum, multis modis contingere poteſt. Primò, vt falſa Bulla, ſeu ſigillum falſis litteris apponatur, putà ſi de integro litteræ confingantur, & ſigilli adulterini impreſſio apponatur. Secundò, ſigillando falſas litteras cum vero ſigillo, quæ eſt falſificatio litterarum, & ſigilli etiam, cum fit vera ſigillatio; quæ fit de voluntate Domini, & ſic ſi ſigillum ab vna ſcriptura vera abſtractum falſæ affigatur, ſi non concurrit voluntas eius, cuius eſt ſigillum, ſigillatio falſa præſumitur, etiamſi non abſit ſubſcriptio, dummodo hæc non requiratur pro forma. Tertiò, cum in veris litteris aliquid per raſuram tenuem immutetur, quod ſenſum germanum notabiliter immutet, quia ſi aliter eſſet, non haberet locum pœna falſi; vndè immutantes litteras, aut punctum in Apoſtolicis Bullis, quæ tamen ſenſum à Pontifice intentum non corrumpat, non incurrunt excommunicationem. Aduertendum tamen eſt hic, quod nomine *raſuræ tenuis* non intelligitur litura leuis in ordine ad ſenſum, ſed reſpectu chartę, ſeu pergameni. Quarto, cum aboletur ſcriptura aliquo artificio, & de-

nouo

nouo ſcribatur, remanente ſubſcriptione, & ſigillo. Quinto, cum abolita priori ſcriptura, ſuperimponeretur alia ſubtiliſſimo (ſi tamen poſſibile eſt) glutino compaginata. Sexto, cum quis vtitur falſis litteris ab alio acceptis, quãuis non à ſe falſificatis. Et in noſtra Religione expreſsè cauetur, quod *Qui per ſe, vel per aliũ litteras, & ſigilla Prælatorum Ordinis noſtri falſificauerit &c.* vbi ſecundum iuris regulas *falſificare* ſtat etiam per alium. Septimo, quando quis inter multas alias litteras à Secretarijs confectas, aliquam à ſe fabricatam poneret, quam deindè Prælatus ſubſcriberet, & Secretarius ſigillaret. Quamuis autem cognoſci non poſſit falſificatio litterarum Superiorum in modo dictaminis, vel in forma ſcripturæ, vel in qualitate chartæ, vt cognoſci poſſet in litteris Apoſtolicis; tamen poſſet aliquando cognoſci, ſi eſſet magnus exceſſus, putà ſi ex parte Generalis ſcriberetur laico. *Reuerende Pater*, vel Clerico. Admodum Reuerende, vel aliquis iſtorum vocaretur *Pater*, vel *Dominus*, vel ſi litteræ continerent falſam latinitatem; totum hoc remittitur prudentiæ Iudicis, & rerum experimento. *Pœnal.cap.10.quæſt.quarta.* Vide *Caſus reſeru.num.15.& 16.* Ly *per ſe, aut per alium* includit auxiliantes, & complices, non autem conſultores; qui enim ſuaderet, & conſuleret, non eſſet puniendus pœna ordina-

ria

ria falſi; ſed extraordinaria ad arbitrium Iudicis. Sub illo autem vocabulo *alterius perſonæ notabilis* veniunt etiam Prælati Eccleſiaſtici, & aliarum Religionum Superiores, *ibid. quæſt.* 5. Vide *Caſus, caſu* 15. *&* 16.

7 Iudex autem competens de falſitate commiſſa circa litteras Generalium, ſunt primo ipſimet Generales, eorumque delegati, deinde Prouinciales, in quorum Prouincijs falſitas comprehenditur, cum hoc tamen ſtat, vt circa carceris prorogationem Prouinciales diſponere non poſſunt, ipſis Generalibus inconſultis, & non conſentientibus. *ibidem quæſt.* 5. *verſ. Quæritur quis*. Qui quidem Prouinciales (excepta determinatione carcerationis, ſi de litteris Generalium agatur) debent in falſarios omnes taxatas pœnas infligere. Perpetua autem inhabilitas oritur ex infamia, quæ ex crimine falſi reſultat, ſequiturque omnes falſarios, tam litterarum Ordinis noſtri, localium, Generalium, Prouincialiumque Prælatorum, quam etiam aliarum perſonarum. Verumtamen eſt, quod etſi in excommunicatione, infamia, & inhabilitate &c. parificentur falſificantes litteras, & ſigilla tàm Generalium, quàm Prouincialium, & aliorum &c. attamen diuerſificantur in longiori, & arbitrario carceri. Et falſarij litterarum Apoſtolicarum puniuntur excommunicatione lata in Bulla Cœnæ

Do-

Domini, officiorum, beneficiorumque perpetua priuatione, & ſæculari poteſtati poſt degradationem traduntur. Qui autem falſificant litteras Iudicis Delegati Apoſtolici non ita acriter puniuntur, ſicut minus puniendi ſunt, qui falſificant litteras inferiorum Iudicum, qui ſi criminaliter accuſentur, puniri debent priuatione, depoſitione, & detruſione in Monaſterium, vel ſi procedatur per inquiſitionem, qui talium Iudicum, aut Epiſcopi, aut Capituli falſauerit ſcripturas, ſaltem ſuſpendendus eſt ab officio, & beneficio, quouſque Sedis Apoſtolicæ mereatur indulgentiam obtinere. *Ibidem*.

Pœnæ falſariorum cognita cauſa, & conſideratis conſiderandis, poſſunt à Generalibus remitti. *ibid.q.*10. Vide *Conſtitutiones nouiſſimè impreſſas c.7.§.6.n.29.fol.*129.

Qui litteras Prælatorum Generalium &c. deſtruxerit, impedierit, vel aperuerit, non dicitur falſarius, licet grauiter etiam puniatur. *ibid. q.*6. Vide *Caſus reſeruati*.

Fama. Vide *Detractio*.

FOEMORALIA.

Geſtari debent ad honeſtatem, & fieri poſſunt, tum linea, tum lanea in noſtra Religione, non rugata, non criſpa, ſed ſimplicia: Quæ ſi quis conſuetudine dimitteret, remotò neceſ-

neceſſitatis articulo, peccare mortaliter putat Auctor; nam licet ad exteriorem habitus formam non ſpectent, de forma tamen habitus ſunt honeſtatem concernentia. *Conſtit. cap. 2. cap.74. in fine.*

FAVORES SAECVLARIVM.

1 *Prohibentur in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, per Bullas Papales, omnibus noſtris Superioribus concedere gratias, dignitates, & honores &c. ſuis ſubditis ad requiſitionem ſæcularium, ideſt eorum, qui ſunt extra Ordinem: ſubditis verò ſub pœna inhabilitatis perpetuæ ad obtenta, & obtinenda, ſi tales fauores procurent, vel oblatos recipiant, vel ad hunc effectum munera ſæcularibus tribuant. Conſt. cap.8. ſtat. 47. verſ. Dico tertiò,*

2 Quæ pœnæ non ſunt abrogatæ per non vſum, immò reualidatæ, & ad Reformatos extenſæ per Vrbanum VIII. anno 1639. in Bulla *Admonemur*, & infliguntur ad ambitionem in Ordine, qua ambitione ceſſante, non incurruntur, v.g. ſi ad auertendam iniuſtam amotionem in Ordine ad bonum publicum, formato ſibi vero, vel falſo conceptu ad Conuentus vtilitatem, & huiuſmodi, procuraret, & dignitatem, *ibid. verſ. Colligo.*

3 Nomine gratiæ, & honoris non veniunt

Digitized by Google

hic litteræ obedientiales, pro ſtudio, peregrinatione, negocijs &c. nec officia, quæ ambitionem non ſapiunt, vt Oſtiarij, Coquinarij, Quæſtoris &c. licèt malè, & ad malum procurentur; ſed tantùm quæ honorem præferunt, vt Generalatus, Prouincialatus, Commiſſariatus, Guardianatus, Vicariatus, Præſidentatus, Lectura Sacræ Theologiæ, Prædicatio, Confeſſio ſæcularium, vel Monialium, & Magiſtratus Nouitiorum, *ibid. verſ. Quibus.*

4 Has pœnas non incurrunt Superiores concedentes hæc officia ad petitionem Principum, ſi per hæc negata, magnum ſequeretur Prouinciæ, vel Conuentui damnum, *ibidem*, nec tenentur inquirere contra eos, qui tales fauores procurant, quia hoc eis non iniungitur; immò poſſunt formare ſuam intentionem quod talis procurans non fecerit ex ambitione, & ſic concedere gratiam ſine ſcrupulo, niſi conſtaret contrarium. *ibid. verſ. ſciendum, & Hinc.* Vide *Litteræ num. 2.*

5 Nec etiam Moniales incurrunt pœnas ſupradictas, ſi fauores præfatos procurent, quia non compræhenduntur in Bulla, *ibidem*, nec fratres in foro externo, ſi eas pœnas ignorent, nec ſi litteræ, in quibus eſt gratia, non mittantur, aut Miſſæ ad Superiorem non peruenerint, *ibid.* Vide *Litteræ num. 2.*

FOR-

Digitized by Google

FORNICARIVS. FORNICATOR.

1 Contra huiuſmodi fornicarios, & caſtitatis violatores noſtra Religio ſequens manauit ſtatutum *cap. 7. §. 6. num. 21. Quicumque conuictus fuerit, domos ſuſpectas ingreſſum fuiſſe ab eo loco omninò amoueatur, & grauiter etiam arctetur, & ſi confeſſus fuerit, in fornicationem, vel grauiorem culpam incidiſſe; vel de eo legitimè conſtiterit, pro prima vice ſemeſtri carceri mancipetur, & voce actiua, & paſſiua triennio careat, & ſi in illud ſecundò inciderit per annum in carceribus detrudatur, & omnibus Ordinis officijs decennio priuetur. Quod ſi tertiò illud ipſum admiſerit, ad omnia Ordinis officia perpetuò inhabilis exiſtat, & longiori tempore carceribus mancipetur, vel etiam ad triremes mittatur, Superiorum arbitrio, pro qualitate delicti, & ſcandali ratione. Si quis autem (quod abſit) ſacrilegium cum Moniali admiſerit, ad triremes omninò damnetur, aut perpetuo carceri, Superiorum arbitrio mancipetur. Quod ſi quis de innominabili crimine, quod Deus auertat &c.* Vide *Nefandum.* Et in eodem ſtatuto §. 80. *Qui morbo gallico, vel aloppetia affecti, aut in carnis illecebras, & errores prolapſi fuerint, ad nulla Ordinis officia promoueri poſſint, & omnium ſuffragiorum iure perpetuò careant, atque ab audiendis confeſſionibus, ſi Confeſſarij fuerint, perpetuò*

Digitized by Google

ſuſpendantur. Pœnal.cap.8. Vide *Suſpectum conſortium. Domus ſuſpecta* .

2 Dicente ſtatuto; *Si in fornicationem, vel grauiorem culpam incidiſſe &c.* hæc grauior culpa, eſt ſtuprum, raptus, adulterium, inceſtus mollities, beſtialitas, tàm cum bruto, quàm cum dœmone incubo, vel ſuccubo. Non compræhenditur ibi ſacrilegium cum Moniali, nec crimen peſſimum, cum de his duabus ſpeciebus diſpoſitio ſpecialis reperiatur. *Pœnal. cap.* 8. *quæſt.* 4.

3 Quamuis in recenſitis peccatis luxuriæ detur exceſſus in grauitate, attamen per ſtatutum non differentiantur pœnæ (excipe ſacrilegium, & nefandum) niſi dicatur, quod illa clauſula *pro qualitate delicti*, *&* *Superiorum arbitrio*, poſita in triplicante, delictum applicari poſſit ad præcedentia, quia poteſt eſſe prima fornicatio taliter qualificata, vt Superioris arbitrio acriter puniri debeat; putà ſi facta fuiſſet cum inſigni ſcandalo, virginis raptus, adulterij perſonæ conſpicuæ &c. Nec rationi congruit, vt eodem modo puniatur fornicatio ſimplex ſecreta, ſicuti violatio, vel raptus, vel violentia &c. licet enim verum ſit, pœnas ſtatutarias ſeruandas eſſe; relictis legalibus, & canonicis, id tamen intelligendum eſt cæteris paribus, & niſi circumſtantiæ mutentur, provt in caſu noſtro, magna namque mutatio eſt à ſim-

Digitized by Google

ſimplici fornicatione ad raptum, ad ſtuprum, adulterium &c. *ibid.q.6.*

4 Inhabilitas ad omnia Ordinis officia; quam incurrit, qui tertia vice in fornicationem incidit, eſt perpetua; ſicuti & carcer; qui licèt videatur non debere excedere biennalem, vel triennalem, tamen poteſt eſſe ita qualificatum delictum ſcandalo, vel fœditate, vt protrahi poſſit etiam in perpetuum. *ibid.q.5.*

5 Qualitas delicti (requiſita ad hoc vt Regularis, luxurię peccatum committens; ad triremes damnari poſſit) ex duplici capite iudicari poteſt. Primo ex qualitate ipſius, vt eſt ſacrilegium, & nefandus concubitus. Secundo ex eiuſdem multiplicatione, quia trinus actus tribuitur conſuetudini,& trina culpa facit operantem famoſum. Hinc meritò ſtatutum tres vices peccantem, arbitrio Iudicis remittit, vt illum condemnare poſſit ad triremes. Peccaſſe autem ter, conſtare debet iuridicè, ideſt quod appareant condemnationes factæ in Regeſto Prouinciæ,duæ ſaltem,& tertia,per quam compleatur trinus numerus, condemnetur ad triremes. *ibid.q.7.*

6 At ſi ob incuriam, vel ignorantiam Superioris non fuerint regiſtratæ ſententiæ taliter peccantis, vel non fuerit prima,& ſecunda vice ſententiatus iuris ordine ſeruato, ſed vel carceribus maceratus, vel aliqua alia afflictio-

Digitized by Google

ne correctus, non poteſt Prouincialis modernus inquirere de omnibus tribus vicibus, & teſtes ſuper lapſibus peccantis recipere, & probare, quod ter fornicatus fuerit, atque ipſum ad triremes damnare. Itaque legitimè conſtare debet pro qualibet vice, & poſtea puniri, ideſt, debent prius examinari teſtes, & per eos condemnari reus pro qualibet vice, legitimè enim conſtare; eſt plenariè, & non ſummariè probatum eſſe, & cum tales condemnationes non appareant, idem eſt ac ſi non eſſent: hinc ſi de nouo formetur proceſſus, in quod appareat, aliquem bis, terue peccaſſe, non poterit propter hoc condemnari ad duas, vel tres vices, ſed ad vnam tantùm. Immò etiam ſi centies peccaſſet, ante inquiſitionem, & ante ſententiam, infligi debet pœna primæ vicis, ſcilicet carceratio per ſex menſes &c. ſi autem poſtea reincidat (peccet quantum voluerit) & ad ſecundam inquiſitionem deueniatur, & ſententiam, tunc pœna ſecundò peccantis plectendus eſt, etiam ſi qui peccet ex interuallo dierum, vel menſium peccaſſet. Quod ſi is. contra quem itur, fuiſſet aliàs inquiſitus, & condemnatus, ſemel, aut bis condemnationes verò, & ſententiæ regiſtratæ non reperirentur ex incuria Notarij, vel ignorantia Superioris, aut liber ſententiarum non inueniretur, ſiue eſſet incendio conſumptus; tunc dicendum

eſt,

eſt, talem delinquentem puniri poſſe pro ſecunda, & tertia vice, dummodò examinentur tales, qui de præteritis ſententijs deponerent. *ibid. verſ. Dices primo.*

9 Quod ſi quis peccaſſet cum fœmina intra ſepta Monaſterij, quamuis pro peccato imponatur ſemeſtris carcer, ex ſupra allato ſtatuto, & ex alio *cap.* 11. §. 1. *num.* 8. imponatur carcer arbitrarius pro introductione mulierum in clauſuram, tamen ſic peccans, vltra ſemeſtrem, non incurrit arbitrarium, iuxta illud axioma. *Minora delicta confunduntur cum maiori*, ita quod ſolum maius delictum punitur *ibid. verſ. ſed demus caſum.*

10 Pœna triremium, vel perpetui carceris impoſita per ſtatutum ſacrilegio, intelligitur de ſacrilegio cum Moniali, etiamſi Religioſus peccans contra caſtitatem quocumque modo, ſacrilegium committat. *Pænal. cap.* 8. *quæſt.* 9. *reſp.* 1. Quod ſi ſacrilegium eſſet attentatum, vel ad proximum actum deductum, non tamen completum, tunc non eſſet ſacrilegus ad pœnas ordinarias condemnandus; dummodò attentatio fuerit remota, vt ſunt tractatus, & determinatio facta de peccando, ſiue proxima, vt eſſet conueniſſe ſimul in aliquo loco, & accinxiſſe ſe ad peccandum, quia adhuc non ſumus in formali notione ſacrilegij. Quod ſi attentatio fuerit proximior, vt eſſet cubare in

Digitized by Google

eodem loco, ad amplexus, oſcula, & tactus ruere, & ad vlteriores, & viciniores impudicitiæ actus progredi, ad pœnas ordinarias condemnari poſſet, *ibid. q.9. verſ. ſed dices ſi ſacrilegium*. Sic etiam ad eaſdem pœnas ordinarias condemnatur, non ſolum ob concubitum naturalem cum Moniali, ſed etiam ob quæcumque alia peccata venerea cum ipſa patrata, *ibid. verſ. Reſpondeo affirmatiuè.*

11 Pœna neſandi criminis de iure ciuili eſt mors naturalis, cuius rigorem ſeruat etiam Eccleſia ex Conſtit. Pij V. *Cum primum* §. 11. *Si quis crimen neſandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diſſidentiæ, perpetrauerit, Curiæ ſæculari puniendus tradatur, & ſi Clericus fuerit, omnibus Ordinibus degradatus ſimili pœna ſubijciatur*. Et in alia Conſtit. *Horrendum* diſponit: *Omnes, & quoſcumque Clericos ſæculares, & regulares cuiuſcumque gradus & dignitatis, tàm dirum neſas exercentes omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico, præſentis Canonis authoritate priuamus; ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati, poteſtati ſtatim ſæculari tradantur, qui de eis illud idem capiat ſupplicium, quod in laicos in hoc exitio deuolutus, legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum*. Verùm enim verò talis diſpoſitio Pia ad iudicium Regulare non extenditur, cum Regulares habeant

ſuas

ſuas leges à Summis Pontificibus confirmatas, ſecundum quas ſuos reos puniri debet, indeque egredi non poſſunt; quidquid dicant alij. Vnde ſupradicta Pij Conſtitutio intelligenda eſt, vt illos tantum Regulares comprehendat, quos puniri accidit, & condemnari per Iudices Eccleſiaſticos, qui poſſunt eos tradere Curiæ ſæculari, vt eſſet Summus Pontifex, eius Legati, vel ab eo ſpecialem delegationem habentes. *Ibidem q. 11. per totam*.

12 Contra Religioſos ſuſpectos de fornicatione, adulterio, ſtupro &c. procedendum eſt iuxta *cap. qualiter, & quando de Accuſ. ſecundo*, ſcilicet per inquiſitionem, vel denunciationem, vel accuſationem; debent tamen eſſe cauti Superiores, prout admonet Diaz *pract. crim. cap. 8. num. 8.* loquens de Adulterijs: *Generaliter autem* (inquit) *conſiderent Iudices Eccleſiaſtici, ne nimis diligentes de adulterijs occultis inquirant, propter periculum fœminarum, virorum infamiam, & clericorum fragilitatem; ſed vigilantes ſuper gregem ſuum, ſimilia potius præſeruare conentur, quam vſque ad vnguem inuenire, & caſtigare ſatagent.* Non enim debent eſſe faciles ad credendum relatis, & ad præſtandas aures accuſantibus Regulares de tam fędis delictis, & accidit ſæpè, vt pernicioſior ſit medicina, quam morbus; Infamatur ſiquidem Conuentus, & Religio,

gio, cum inquiſiti ſe defendere ſatagant, & vt plurimum peccata impunita remanent, quia probationes eludunt, perturbato nimirum Cęnobio, non autem purgato. Hinc, ſi verbi gr. Superior localis interpellaretur à ſubdito, vt comitatus teſtibus, ad quoddam cubiculum eccederet, inuenturus in illo ſolum cum ſola noctis tempore, & negligenter, non propterea talis Superior veniret puniendus; licet enim verum ſit, puniendum eſſe Iudicem, qui negligit bonum publicum, nec curat inquirere de delictis, cum hoc tamen ſtat, quod non tenetur Iudex quoquo modo ex præcipiti ductu in delicta inuehere, ſed ſecundum regulas canonicas, & præcipuè iuris naturalis, & diuini, putà cum infamia præcedente, vel clamoroſa inſinuatione; In caſu autem noſtro nullus ex his adeſt, nulla præcedunt indicia, ſed ſola deferentis fides cui Iudex nullo modo credere tenetur, cum poſſit denunciator deferre falſum, & ſic reputatio Iudicis vilipenderetur, nec debet ſe committere tali dedecori; tum quia Superior non debet opinionem alijs ingerere, quod ſubditorum infamia delectetur, & nulli dubium eſt, quod ex tali delicto occulto reſultaret fratri, & Conuentui maxima infamia: quinimmò ſi Superior ad prædictum cubiculum ſe conferret, poſſet de imprudentia coargui: multi ſiquidem modi vltra hunc violen-

lentum, & irregularem reperiuntur, quibus deueniri poſſit in cognitionem peccati, putà perſiſtendo circa cubiculum,& obſeruando exitum &c. *Pæn. ibid. cap. 8. quæſt.* 12. Vide *Delictum. Delinquens num.* 1.

13 Poterit Miniſter Generalis reum nefandi criminis ad perpetuos carceres damnatum, poſt aliquos annos liberare, ſi tanta in eo viderit contritionis indicia, vt eum venia, & miſericordia non indignum exiſtimet, vt ſupra in principio diximus. Duo igitur concurrere copulatiuè debent, vt Generalis ipſe aggratiare poſſit, nimirum emendatio, & tempus; quibus non ſeruatis, nullo modo diſpenſare poteſt. Porrò anni, qui tranſire debent, accedere debent ad ſeptem, & contritionis ſigna iudicare ex teſtimonio fratrum, qui illum pœnitentiam agere cognouerunt: Cum enim qualibet ſexta feria in publico Refectorio in pane, & aqua genuflexus ieiunare debeat, & flagella diſciplinæ ſibi infligere, conſtabit fratribus pœnitentis affectus; Nec aliter Generalis contritionis ſigna ſcire poterit, niſi fratres probos, qui ſecum conuixerunt interroget, quod eſt neceſſarium ex natura rei. De lapſu autem temporis, & annorum, licet ſupradicta doctrina tenenda ſit, attamen arbitrio ipſius Generalis remittitur, qui conſideratis circumſtantijs moralibus, vltra biennium, aut triennium

Digitized by Google

nium diſpenſare poterit. Diſpenſatus verò omni ſuffragiorum iure perpetuò caret, & inhabilis ad omnia Ordinis officia remanet. Si verò iterum de eodem vitio nefando notatus, ac legitimè conuictus fuerit, ad triremes perpetuò damnandus eſt. *Pænal. ibidem cap. 8. quæſt. vlt.*

Quomodo autem probetur actus iſti contra Caſtitatem, vt puniri reus poſſit pœnis ordinarijs. Vide *Adulterium*. Vide *Sacrilegium*. *Nefandum*. *Suſpectum conſortium*. *Adulterium*. *Caſus reſeruati*.

S. P. N. FRANCISCVS. FRANCISCANI.

1 Sancti Patris Franciſci abſtinentia admirabilis, itaut ſanitatis tempore cocta cibaria vix comederet, & raro admiſſa, aut commixtione cineris interdum faciebat amara, aut aquei ſuper infuſione liquoris, vt plurimum reddebat inſipida; Et quando ſitis æſtuabat ardore, vix audebat ad ſufficientiam bibere de aqua; & moriens ſe culpabilem corpori ſuo dixit eſſe, eo quod ipſum malè pluſquam deceret tractauerat. *Conſt. cap. 3. ſtat.* 18.

2 Vota eſſentialia Regulæ S. Franciſci ſunt tam eminentia, vt eis nullius Religionis ſint eminentiora. Paupertas ſiquidem Franciſcanorum non ſolum excludit paupertatem in

par-

Digitized by Google

particulari, ſed etiam in communi Obedientia ſe extendit ad omne, quod non eſt contrarium animæ, & Regulæ. Quoad Caſtitatem, autem non ſolum tenemur ex præcepto obligante ad mortale, peccata, & occaſiones fugere, vnde Caſtitas maculari poſſit, ſed etiam ſuſpiciones, & conſilia, quibus alius de nobis afficeretur (vt diximus verb. *Caſtitas*) etiam ſi nulla eſſet mala intentio, nullum periculum. Neſcio igitur quid vltra rationabiliter addi poſſit. Hinc patet, quam ridiculum ſit vota cuiuſlibet alterius Religionis, Franciſcanis votis anteferri. *Conſtit. cap.* 11. *ſtat.* 1.

Fuga. Vide *Apoſtaſia. Carcer.*

FVR. FVRTVM.

Excommunicatio fulminata pro rebus furto ſubtractis, non ligat fures principales ſecretos, cum non teneantur ſe prodere. *Pœn.c.*12. *queſt.* 7. *reſp.* 2.

Tria furta faciunt latronem famoſum, ac proinde morte dignum in ſæculo. *Pœnal.c.*4. §. *Circa* 19. Vide *Carcer. Caſus reſeruatus. Excommunicatio.*

GENERALIS.

1 Miniſter Generalis eſſe debet ætate grauis, morum honeſtate, integritate vitæ, & doctrinæ præſtantia inſignis, prudentia, conſi-

lio,

lio, & rerum agendarum vſu, tantoque vel maximè idoneus, qui Regulam ſeruare, & communem cum alijs vitam, quantum præoccupationes officij licuerit, ducere poſſit, vt verbo, & exemplo ſibi, & alijs proficiat. *Conſt. cap.* 8. *ſtat.* 26.

2 Licet ætas in Generali requiſita in ſtatuto non determinetur, elicitur tamen ex ætate Prouincialium, quæ debet eſſe annorum 35. & à ſuſcepto habitu 20. *ibidem* §. 1. Quoad doctrinam de iure Diuino, & poſitiuo, debent omnes Ordinis Prælati, maximè Prouinciales, & multo magis Generales habere ſcientiam ſuis officijs neceſſariam, qua ſi careant, peccant mortaliter, & ſunt ab officio amouendi: nimirum, vt Regulam, eius expoſitiones, & canones de illa tractantes, diſciplinam regularem, Ordinis Conſtitutiones, debita ſuo officio, licita, & illicita calleant: Sciant ſuos ſubditos conſolari, exhortari, reprehendere, ſermones ad fratres habere pro ſui muneris occaſionibus: Cum Prælatis, Principibus, & alijs negotiari pro ſui muneris occaſionibus: in Concilijs diſcurrere, quia ad Concilia generalia ſolent, & tenentur accedere, & ad ſumma negotia pro Republica Chriſtiana plures ex noſtris Generalibus fuerunt à S. Sede deſtinati; vnde non ſufficit, quod Generalis ſit Concionator, aut Theologus ordinarius, ſed per humana-

Digitized by Google

manarum litterarum, naturalium ſcientiarum, vtriuſque Theologiæ notitiam, & hiſtoriarum maximè ſacrarum, ſacrorum Canonum, & Conciliorum prædicta poterit excedere: quæ tamen inſignis ſcientia, ſi cum morum honeſtate coniuncta in aliquo vno non reperiretur, tunc probus aliquis mediocriter doctus poterit eligi. *ibidem* §. 3.

3 Debet eſſe prudens, & ſecundum iura, & Ordinis ſtatuta eſſe non poteſt, qui vſum agendorum non habet, quem vſum non habet, ſi inferiora munia, ſcilicet Guardiani, Diffinitoris, &c. officijs functus non fuerit. *ibidem* §. 4.

4 Communem vitam, & reformatam ducere, & in vim ſtatuti, & Bullarum Leonis X. Pij V. & Clem. VIII. & pro reformato haberi debet à tota Ordinis communitate. Chorum frequentet, non tantum, vt officio ſuo deſit, ſi enim ſubditos non audiat, lites non dirimat, ſi denique ſui muneris functiones notabiliter deſerat, mortaliter peccat. *ibidem* §. 5.

5 Eligi debet in Comitijs generalibus vnà cum ſex Diffinitoribus generalibus. *Conſt. cap.* 8. *ſtat.* 3. & ſtatim electus remanet confirmatus *ex priuil. Clem. IV. ibidem ſtat.* 13. Deuoluitur autem ad Papam, niſi in vigilia Pentecoſtes ſequatur electio. *ibidem ſtat.* 8. Vide *Electio*.

Quod

Digitized by Google

6 Quod ſi Generalis ſit vltramontanus, eius Commiſſarius generalis eſſe debet ciſmontanus cum ſex itidem Diſſinitoribus, & fratribus illius familiæ, de qua eſt Commiſſarius, eſt eligendus; qui tres annos durare debet, & parere Generali, ſicut alij Prælati. *ibidem ſtat.* 35.

7 Duos ſocios, ac duos Secretarios ex vtraque familia item habere debet, probitate, vſu, & litteris inſignes, in quorum veluti præmium eis hoc officium conferatur, & apud quos totius Ordinis ſecreta deponuntur; immò adiuuare debent Generalem exemplo vitæ, & integritate morum, ne auctoritatis baculo, eorum imperfectiones portare cogatur. *ibidem ſtatut.* 28.

8 Quamuis antiquitus eſſet perpetuus, *Pœnal. cap.* 15. *quæſt.* 10. *verſ. Scio etiam*, tamen modò per ſexennium durat eius officium. *Pœn. cap.* 1. *dub.* 3. *verſ. Item cum etiam*.

9 Dicitur Princeps in Religione, ſicut Archiepiſcopus in ſua Prouincia, & Primas, & Patriarcha in ſua iuriſdictione. *Conſt. c.* 1. *ſtat.* 4. §. 1. Ideò prima vice, tanquam Epiſcopus cum Cruce recipi debet. *ibidem cap.* 8. *ſtat.* 30.

10 Functo eius officio, remanet Diſſinitor perpetuus Ordinis cum voto in omnibus Capitulis, & actionibus, duoſque ſocios ſibi bene-

Digitized by Google

beneuiſos habet. *ibidem ſtat.* 31. Et propter eius merito Guardiano Conuentus non ſubijcitur. *ibidem cap.* 3. *ſtat.* 19.

11 Ordinariam poteſtatem habet, & ſummam in Ordine, à qua nullus eximitur, & cui omnes obedire tenentur; quæ poteſtas eſt à iure communi, diuino, & naturali, & tanta eſt in Ordine, quanta eſt Pontificia in tota Eccleſia, niſi vbi per ſacros Canones, vel Concilia, vel Apoſtolicas Conſtitutiones, vel per Capitulũ Generale Ordinis reperitur limitata, ab alijs enim limitari non poteſt. *ibid. ſtat.* 27.

12 Vnde ad eum poteſt appellari, prout dictum eſt *verb. Appellatio num.* 1. & 2. non ſolum ordinatè procedendo, *vt ibidem dictum eſt num.* 9. ſed etiam immediatè, ſi ſuperiores intermedij v. g. Prouincialis, Viſitator, Commiſſarius generalis ſint ſuſpecti. *ibidem verſ. ad Generalem appellari poſſe.*

13 Inſtituere debet Vicarium, quando aliam familiam proficiſcitur, qui in eius abſentia, ſcilicet vſque ad ſuum regreſſum, familiam, de qua aſſumptus eſt, cum plenaria poteſtate gubernet, quique Vicarius inſtitui poteſt à Miniſtro Generali præfato, cum conſilio tantum aliquorum Diſcretorum, & duo ſufficerent, quod etiam per litteras habere ſufficit, quando præſentialiter non eſſent. *ibidem verſ. ad Generalem pertinet.*

14 Non tantum vnum Vicarium inſtituere poteſt, ſcilicet vnum pro Obſeruantibus, alterum pro Reformatis, ſed multos pro vnaquaque parte, itaut aliquæ Prouinciæ vni, aliæ alijs committantur, ſicut fecit Reuerendiſs. P. Bernardinus de Senis, neque hoc repugnat, & facere id poteſt pro bono pacis. *Pœn. cap. 30. quæſt. 2.*

15 Immò Procuratorem generalem, & Commiſſarium Curiæ Romanæ in Comitijs generalibus, & extra, vbi ea vacare contigerit, inſtituere, de conſilio tamen, & conſenſu Diſcretorum Ordinis, & eius familiæ, ex qua prædicti aſſumuntur, ſine quorum conſilio nulla eſt eorum inſtitutio. *ibidem verſ. Ad eum ſpectat.*

16 Ad ipſum ſpectat inſtitutio vtriuſque Commiſſarij Indiarum, & hic nulla ei aſſignatur limitatio. Ad eundem pertinet electio Guardiani Hieruſalem, & Conſtantinopolis, de conſilio tamen Diſcretorum ciſmontanæ familiæ; qui Guardiani ex inueterata conſuetudine in Comitijs generalibus canonicè eliguntur, tamen ſi extra Comitia ea loca vocare contigerit, poteſt Generalis ſolus de aliquorum conſilio ſubſtituere, quos idoneos iudicauerit. *ibidem verſ. Ad eundem ſpectat.*

17 Pertinet ad eandem Congregationem generalem celebrare Commiſſarij generalis

iuxtà

iuxtà bullam vnionis, & Diffinitorum generalium electionibus præſidere, eoſque confirmare: Si Congregationem generalem differat, poteſt Commiſſarium generalem vel confirmare, vel de eius familiæ Diſcretorum conſilio ei alium ſubſtituere: Vniuerſum Ordinem per ſe, vel per alios infra ſexennium, ſub grauiſſimo præcepto viſitare tenetur. Nec huic ſatiſfacit, dum poteſt per ſe ipſum viſitare; tamen quia iam negotia in Romana, & Principum Curijs exercenda nimis excreuerunt, ſufficienter muneri ſatisfacit, ſi duos in Indijs, vnum in Belgio; in Gallia, in Superiori Germania deſtinat Commiſſarios generales, licet cum limitata auctoritate, & vnum cum ſuprema in alia familia, iuxta Bullam Vnionis inſtituat, & Commiſſarios viſitatores in ſingulas Prouincias ordinet. *ibidem ſtat.* 27.

18 Poteſt toti Religioni præcepta imponere, ſuo tempore duratura, quod non poteſt Diffinitorium generale, & benè de eo ſemper eſt præſumendum. *Pœnal. cap. 28. quæſt. 4. verſ. Ad quartum.* Etiam ſi delinqueret, vocari in iudicium non poteſt niſi in Capitulo generali, & exacto eius officio, ne filij patrem iudicent, & contemptibilis ſupremi capitis maieſtas reddatur. *Pœn. c. 30. quæſt. 1. reſp. 4.* De quo, & cæteris eius priuilegijs exacto officio. Vide *Patres, &c. & Conſt. c. 8. ſtat.* 31.

Digitized by Google

19 Diſpenſare poteſt in ſtatutis, & præceptis Regulæ (non tamen in votis eſſentialibus, nec in Bullis in ſtatuto inſertis) data legitima cauſa, & dictis ſeruatis conditionibus, niſi in ſtatuto contrarium determinetur, quia eius auctoritas pendet à Capitulo generali. *Conſt. cap. 12. ſtat. 12. quæſt. 4. verſ. Reſpondeo tertio.* Item diſpenſare cum illegitimis venientibus ad noſtrum habitum recipiendum. Vide *Illegitimi*. In caſibus dubijs poteſt declarare ſtatuta, illaque interpretari auctoritatiuè, non tamen ad libitum, & contra litteram, leges, & Canones quod eſſet ſtatuta abrogare. *ibidem*: licet in minutijs concedatur hoc etiam inferioribus Prælatis doctrinaliter interpretari. *ibidem*. Poteſt item limitare auctoritatem Commiſſario generali extra Capitulũ generale, non tamen ſine cauſa. *Conſt. c. 8. ſtat. 35. quæſt. 4.*

20 Ad Prouinciarum quietem transferre poteſt Miniſtrum ex vna ad aliam Prouinciam; eximere ſubditum à ſui Prouincialis obedientia (cum cauſa tamen legitima, quia aliter peruertitur ordo, & iniuriam facit Prouinciali) vt ſi eo vti velit ad viſitandas prouincias, ad prædicandum, & ſimilia, & eum ſeruitio alterius Prælati ſæcularis addicere. *ibidem*. Prædicatorem inſtituere, qui ſine licentia Prouincialium vbique ad populum prædicet. Prouincias de nouo fundare, ac diuidere. Eie-

ctum

ctum etiam vt incorrigibilem ab Ordine, iterum recipere. *ibidem*. Et Prouincialem ad viſitandas prouincias mittere, ſi alium opportuniorem Patrem non habeat pro tali officio. *Conſt. cap. 8 ſtat. 62. concluſ. 3. in fine*.

21 Diſpenſare non poteſt, vt quis ſimul habeat duos Guardianatus, aut vnum Guardianatum, & Diffinitoriatum, nec concedere, vt noui Conuentus ædificentur, niſi ei legitimè conſtiterit, poſſe ibi duodecim ſaltem fratres commodè ſuſtentari. *Conſt. cap. 12. ſtat. 12. quæſt. 4*. Ad triremes damnatos nequit habilitare, quinimmò pœnas ab inferioribus impoſitas remittere, niſi magna publicæ vtilitatis cauſa, aut alia vrgenti, & rationabili, & conſulto, ac matura deliberatione adhibitis, & cauſis cognitis, quibus non ſeruatis, inferiores Prælati contra ſuperiores iure ſuo vti poſſunt, eo quia in hoc facultatem non habet; & ſic licet pœnas ſtatutarias poſſit dimittere, non tamen ſi fuerint inflictæ ab homine, ideſt à Iudice, ſine cauſæ reuiſione, ſicut nec poteſt reſeruatas Sedi Apoſtolicæ pœnas condonare. *ibidem in fine*.

22 Nouitium ſi recipiat ad profeſſionem non exquiſito Capituli conſenſu, valida eſt profeſſio, poteſt tamen annullari, ſi conſtiterit iuſtè maiorem partem Conuentus tali profeſſioni minimè conſenſiſſe, quia ad pœna-

lem hanc ſententiam neceſſe eſt, vt præcedat declaratio nullitatis, quia incognita, adhuc profeſſio ſuſtineri poterit. *Conſt.cap.2.ſtat.20. quæſt. 3.*

23 Quamuis Auctor putet, poſſe Generalem diſpenſare ſuper ætate, vt quis Guardianus eligi poſſit 30. annis non completis, tamen poſt operis impreſſionem Sac. Cong. Regul. ſub die 14. Iunij 1652. in perſona Patris Pauli à Merato in Diffinitorem electi in prouincia S. Angeli, hoc prohibuit, illamque electionem ſic factam cum diſpenſatione Reuerendiſſimi P. Vicarij generalis, irritauit. *Conſt. cap. 8. ſtat. 43.*

24 Priuilegijs toti Ordini conceſſis nequit renunciare, quia alijs pręiudicare non poteſt. *Pœnal. cap. 6. quæſt. 3.* Decreta de Apoſtatis, & eiectis Vrbani VIII. etiam vbi non fuerint acceptata, ſeruare tenetur, quia cum expulſio collata ſit, Generali, ille ſi ſibi ſit intimata iſta noua diſpoſitio in aliqua parte ſuæ Religionis, non poterit contra illam operari in alia parte. *Pœnal. cap. 19. quæſt. 7.* Cauſam verò expulſionis non niſi Vicario, aut Commiſſario generalibus poterit delegare. *ibidem quæſt. 4. diffic. 1.*

25 Incognita cauſa, non poteſt inquiſitum abſoluere, eundem innocentem declarare; nec Prouincialis auctoritatem vt potè ordinariam,

riã, circa inquiſitiones iam inceptas, v. g. ei vt ab incepta cauſa abſtineat, aut perpetuum ſilentium imponat, præcipiendo cauſam ad ſe auocando &c. niſi prouincialis eſſet reo inimicus; tunc enim poteſt Generalis cauſam ad ſe auocare, ne Prouincialis reum per malum proceſſum in magnas difficultates valeat irretire. *Pœnal. cap. 29. quæſt. 3.* Non poteſt mittere Præſidentem ad Congregationem intermediam, niſi &c. Nec ſuſpendere Congregationem iam inchoatam. Vide *Congregatio*.

26 *Moriente Miniſtro Generali in ſua familia, Miniſter illius prouinciæ, in qua deceſſerit, vna cum defuncti Secretarijs Regeſtum Ordinis, cum omnibus ſcripturis ad officium ſpectantibus recognoſcat, & recognitum, ſigillo minori prouinciæ, & eius Conuentus, vbi eum mori contigerit, à Secretario familiæ defuncti conſignandum fideliter communiat: Quo facto idem Secretarius cum alio alterius familiæ ad dignorem Patrem perpetuum ſtatim properet, & ſcripturas ipſas, vnà cum ſigillis Ordinis fideliter ei conſignet. Ita ſtatuta generalia cap. 8. §. 16.* Pater vero debeat ſtatim conuocare patres ad electionem Vicarij Generalis Ordinis, & expedire litteras citatorias cum ſigillo Generali munitas, & deſtinare locum pro electione, contradicentibus etiam Prouinciali, & Guardiano, quia eſt ſuperior quoad electionem, non verò

quoad gubernium, & habet votum actiuum, & paſſiuum in electione. *Conſt.cap.8.ſtat.32.33. quæſt.* 1.

27 In interregno, ideſt in vacantia officij à morte Generalis ad electionem Vicarij, præfatus Pater, ad quem ſcripturæ ſunt deferendæ, nullo iure eſt ſuperior, neque ex electione, neque ex ſtatuto, nec alio modo; vnde non poteſt in Ordinis gubernium ſe ingerere, licet electio vel ex cauſa, vel ex malitia differatur. Et licet mortuo Commiſſario generali, primus Diſcretus, ad quem ſcripturæ, & ſigilla deferri debent, poſtquam Generalem monuerit, defuncti officium cum poteſtatis plenitudine exerceat, donec alius à Miniſtro Generali fuerit iuſtitutus; habet tamen præfatus Pater pro conuocandis Vocalibus, & pro electione Vicarij generalis omnimodam auctoritatem, & in his omnes ei parere tenentur; itavt poſſit nolentes, ſiue vocales, ſiue officiales, concionatores, cathedraticos &c. vi coercitiua cogere. *ibidem quæſt.* 1.

28 Hinc ſi præfatus Pater, Vicarij generalis electionem notabiliter differret, vt maximè Ordinem damnificans, & vt alieni detentor officij puniri poteſt. *ibidem quæſt.* 4.

29 Scripturas autem præfatas, dum eas habet, poteſt legere, ac integras conſeruare, vt eas Vicario ſtatim electo conſignare. *ibidem q.* 3.

quæſt. 3. Litteras verò conuocatorias ad electionem debet, vt fidem faciant, ſigillo Generali communire. Et Conuentum pro electione ipſe ſolus poteſt determinare. *Ibidem quæſt.* 5. *&* 6.

30 Si Secretarius generalis præfatas ſcripturas à Generali relictas, & cætera, vt ſupra à Prouinciali recognoſci, & ſigillo muniri non permittat, vel cum ſocio Conſecretario non reuideat, ſed ſolùm ad primum Patrem deferre velit, poteſt à Prouinciali iuris, & facti remedijs, etiam carceratione compelli, & fraudis, & falſitatis inſimulari, quia in re grauiſſima fidelitatem Religioni debitam offendit. *ibidem quæſt.* 2.

31 Si Generalis ante triennium ſui officij completum moriatur, Vicarius generalis, vt ſupra electus, in vim talis electionis durare vſque ad Capitulum generale Ordinis non poteſt, ſed debet Capitulum generale ſuæ familiæ (in quo altera familia in vim ſtatuti compromittit) conuocare, in quo ipſe præſideat electioni noui Miniſtri generalis in officio duraturi vſque ad completum ſexennium inceptum. Si verò Generalis in ipſo triennio, vel poſt moriatur, durat in officio Vicarius ipſe in vim prioris electionis, & ſi integro biennio regat vtramque familiam, remanet Pater Ordinis perpetuus, cum omnibus honoribus, &

one-

oneribus; vnde in Capitulo generali, vbi explet officium, in Commiſſarium, vel Miniſtrum Generalem eligi non poteſt, niſi tranſactis duodecim annis. *Ibidem dub.* 1. Si verò per integrum ſaltem biennium vtramque familiam non gubernet, nec onera, nec honores Generalis emeriti conſequitur, vnde vbi abſoluitur ab officio, poteſt in Commiſſarium generalem reeligi. *Conſtit. cap.* 8. *ſtat.* 34. *dub.* 2.

GEOMANTIA.

Eſt diuinatio per terram; *mantia* enim græcè diuinationem, *geos* terram ſignificat. *Pœnal. cap.* 22. *quæſt.* 8. *num.* 8. Vide *Libri diuinatorij*.

GLADIVS.

Ad ſcindendum panem, vel accommodandum calamum, artiumque inſtrumenta, armorum nomine non venit, etiam ſi cum aliquo ipſorum facillimè fieri poſſit, quod per arma fieri poſſet. *Pœnal. cap.* 14. *quæſt.* 4. Vide *Arma*.

GRATIA.

Eſt beneficium gratis conceſſum, quod mortuo concedente non ſpirat, priuilegium enim Principis debet, eſſe manſurum. *Pœnal.*

cap. 29.

Digitized by Google

cap. 29. *quæſt.* 7. Nec poteſt iuſtè, nec debet ſine cauſa reuocari à ſucceſſore, immò eſt omninò irreuocabilis, ſi tranſijt in rem iudicatam, & actum irretractabilem, vt ſi ſuſpenſus ab officio, & diſpenſatus, iam illud exercuit; poteſt tamen cum cauſa examinari à ſucceſſore; immò gratiæ contra bonum Religionis impetratæ, ſunt ſubreptitiæ, ideo nullæ; & eas impetrantes, grauiter ſunt puniendi, vt damnificantes Religionem. *ibidem cap.* 17. *quæſt.* 5. Quæque gratiæ impetratæ etiam à Generali, per Prouincialem cum Diffinitorio ſunt examinandæ. *Pœnal. cap.* 29. *quæſt.* 5. Nam gratiæ ſine limitatione conceſſæ, ſine limitatione ſunt interpretandæ. *Conſt. cap.* 2. *ſtatut.* 14. *quæſt.* 3.

GRAVARE.

1 Grauatus in graui pœna, v. g. triremium, carceris, infamiæ, poteſt pro conſilio recurrere ad pios Aduocatos ſæculares deuotos Religionis, quia ratio defenſionis cuique datur, defenſiones enim ſunt de iure naturæ. *Pœn. cap.* 18. *quæſt.* 2.

2 Vnde grauatus ſupra modum à Prouinciali, poteſt venire Romam abſque ipſius licentia, quando talem licentiam expectare non poſſit, putà quia Generalis eſt nimium abſens: vel etiam moraretur Romæ, & interim grauaretur:

retur: vel ſine dubio grauari timet, habet enim talis aditus vim appellationis, & quando ad portas Vrbis peruenit, petere debet licentiam introeundi. *Conſt. cap. 3. ſtat. 22.* Vide *Apoſtata num.* 8.

GVARDIANVS.

1 Debet habere 30. annos ætatis, & decem Religionis, ſuper quo Diffinitorium non poteſt diſpenſare, & quamuis Auctor putet, Generalem poſſe diſpenſare ſuper ætate, cum non ſit ipſi prohibitum, tamen per Sac. Congr. cauetur. *Conſt. cap.* 8. *ſtat.* 43. Vide *Generalis num.* 23.

2 Eſt verè Prælatus, & habet iuriſdictionem ordinariam in foro conſcientiæ. *Conſt. cap.7. ſtat.1. quæſt.2. & Conſt. cap.1. ſtat.3. §.9.* Vnde poteſt ibi eligere Confeſſarium, etiam non approbatum; (quod extenditur ad Vicarios, quando independenter gubernat) non tantum in Conuentu, vel iuriſdictione, verum etiam extra, quia priuilegium eſt perſonale. *ibidem quæſt. 7.*

3 Electus non indiget alia confirmatione, ſed ſufficit eius electio, quia non arctamur ſolemnitatibus, è forma iuris. *Conſt. cap.* 8. *ſtat.* 13. Tamen ſic electus, vltra triennium, nec vt Præſidens nec vt Guardianus durare non poteſt, niſi ad ſex alios menſes, quando ob

gra-

Digitized by Google

grauiſſimas cauſas protraheretur Capitulum. Ad triennium vero in eodem Conuentu, diſpenſari poteſt à Diffinitorio. *ibidem ſtat.* 44.

4 Quia verò Guardiani ſunt verè Prælati, eligendi ſunt per vota ſecreta, & canonicam electionem à toto Diffinitorio, nam antiquitus eligebantur, & poſtulabantur à fratribus propriorum Conuentuum. *Ibidem ſtat.*42. Vnde eorum reſidentia eſt de iure diuino ſuper quam ſine cauſa nec generali diſpenſare poteſt, niſi legitimæ cauſæ, chriſtianæ charitatis, vrgentis neceſſitatis, debitæ obedientiæ, & euidentis vtilitatis Reipublicæ ante probentur. *ibid. ſtat.* 62. vide *Reſidentia*. Tempore autem Congregationis, vel Capituli eorum officio renunciare tenentur, alias renunciaſſe cenſetur: *ibidem ſtat.* 40.

5 Nequit Guardianus ſimul eſſe Lector, quia tenetur ad Chorum. Vide *Chorus*. Immò nequit eſſe Magiſter Nouitiorum ob incompoſſibilitatem officij, quod Magiſtro committendum eſt, non Guardiano. *Conſt. cap.* 8. *ſtat.* 46. Nec ſuarum Monialium Confeſſor, ne illis in confeſſione confidentia tollatur: *Conſt: cap.* 11. *ſtat.* 7. *quæſt.* 8. Neque ſuadere debet nouitijs, vt aliquid ſibi, vel Conuentui relinquant, quia hoc proprietatem ſaperet. *ibidem cap.* 2. *ſtat.* 42.

6 Poteſt tamen concedere ſubdito, vt pro

Pa-

Digitized by Google

Patre ſuo egeno mendicet, etiam ad amicos ſuos ſpirituales recurrendo, immò ſuperior debet eleęmoſynam erogare, ſi in neceſſitate ſubditi pater extrema reperiatur. *ibid. cap.* 7. *ſtat.* 5. *caſ.* 13. *in fine*. Vide *Donare*.

7 Grauiter peccat Guardianus, qui ſua facilitate ſtudentibus lectiones relinquendi occaſionem præbet, ſed multo magis ſtudentes, ſi notabiliter otioſi in ſtudijs vacent, eo quod alijs occupent locum, & commoditate illis data abutuntur. *ibidem c.* 5. *ſtat.* 8.

8 Sic etiam concedere poteſt licentiam ſubdito equitandi, ſi adhibitis tribus Diſcretis, & vno ex eis ſecum conſentiente, aut ijs indebitè renuentibus, & manifeſta neceſſitate vrgente. *ibidem cap.* 3. *ſtat.* 23. *quæſt.* 3. Necnon interpretari ſtatuta in minimis, non in grauibus, maximè, ſi id faciat ſecundum ſenſum DD. *Conſt. cap.* 12. *quæſt.* 4.

6 In Moniales autem habet tantam auctoritatem, quanta ſibi à Prouinciali conceditur. *Conſt. cap.* 11. *ſtat.* 7. *quæſt.* 7. Et cum ipſis loqui poteſt abſque licentia, cumque ibi ſit Superior, poteſt ſuam alteri delegare facultatem. *Conſt. cap.* 11. *ſtat.* 7. *quæſt.* 2. In Conuentu verò habet tantam auctoritatem, quantam Prouincialis in Prouincia (niſi reſtringeretur per ſtatuta generalia) vnde ſuper ſuos ſubditos in foro conſcientiæ habet iuriſdictionem,

nem, ſicut Epiſcopus in ſuos. *Conſt. cap. 2. ſtat. 14. concluſ. 4.*

10 Requiſitus ab Epiſcopo, poteſt concedere licentiam ſubdito, vt ad confeſſiones extraordinarias Monialium ſibi ſubiectarum audiendas accedat. *conſt. cap. 11. ſtat. 7. quæſt. 8.* Sic etiam concedere licentiam ſubdito, vt cum cauſa extra Ordinem confiteatur, quæ licentia ſufficit, ſi fuerit generalis, vel præſumpta. *conſt. cap. 7. ſtat. 1. quæſt. 6.*

11 Peccaret tamen mortaliter, ſi ſubdito in neceſſitate licentiam exeundi extra Conuentum ex odio denegaret. *Conſt. cap. 3. ſtat. 19. in fine.*

12 Electus non poteſt eſſe de corpore Diffinitorij, vnde non poteſt in caſu vacantiæ ſubrogari, quia actus excludit potentiam, cum in ſtatutis habeatur. *Quo tempore Guardianus fuerit de corpore Diffinitorij eſſe non poſſit*, certum eſt, illa verba importare neceſſitatem, & actum contra geſtum omninò redditur nullum. *conſt. cap. 8. ſtat. 36.*

13 Benè autem poteſt eligi extra Capitulum, & Congregationem per vacantiam, tam congregato Diffinitorio, cum ſtatutum aſſerat: *Conuentu autem extra tempus vacante, per miniſtros, & Diffinitores prouideatur opportuno tempore. conſt. cap. 8. ſtat. 42.* Et in ipſorum Guardianorum electionibus, ac aliorum officia-

cia-

Digitized by Google

cialium, Præſes ſemper proponere debet; qui ſatisfactionem in Ordine ad pacem, & Prouinciæ quietem, dare debet, aliàs multa oriri poterunt inconuenientia. *ibidem*.

14 Ex obligatione ſtatuti vacans, debet vacare per integrum annum capitularem, qui ſex, aut ſeptem menſibus conſtet, vnde per aliquam vacantiam infra talem annum capitularem, reeligi non poteſt. *ibidem*. Aduerte tamen, quod in Capitulo generali anni 1658. ſub Reuerendiſſimo Sambuca decretum fuit, quod talis annus vacantiæ conſtare debet ex decem, aut vndecim menſibus.

15 Ex vi Conſtitut. Greg. *Quoniam noſtro* non eximitur à iuriſdictione Viſitatoris. *ibidem ſtat.* 54. Nec habet iudicium iuridicum; pertinet enim hoc ad Prouincialem; debet tamen admonitiones, correctiones, & pœnitentias ſalutares opportunè præmittere. *Conſt. cap.* 11. *ſtat.* 2.

Circa facultatem abſoluendi in foro conſcientiæ. Vide *abſolutio*.

26 Poteſt punire Patres Ordinis, & Prouinciæ pœnitentijs ſalutaribus, iuxta Conſtitutionum præſcriptum, nimirum ſi ad chorum, ad menſam, &c. Vide *Pater n.* 8. 9. 10. 11.

17 Poteſt excommunicationem ferre ſine ſcripto per modum præcepti, non per modum ſtatuti, nec pro rebus deperditis, quia in hac par-

parte non eſt Iudex competens. *Pœnal.cap.28. quæſt.2. diffic.3.& quæſt.3. reſp.2.* Vide *Excommunicatio*.

18. Carcerare etiam poteſt (non tamen ſine chorda, & caputio, ſed tantùm ad cuſtodiam) quando delictum eſt graue, & notorium, & periculum eſt in mora, nec Prouincialis in proximo repetiretur, tunc poteſt, & debet Guardianus, tanquam Prouincialis delegatus, de Diſcretorum conſilio; delinquentem carceribus, vel cuſtodiæ mancipare, & ſtatim Prouincialem de delicto certiorem reddere: talis autem carceratio non dicitur formalis, ſed ad cuſtodiam. *Pœnal. cap.4. quæſt.4.* Vide *Carcer num.25.*

Appellari à Guardiano quando, & quomodo poſſit. Vide *Appellare.*

19 Guardianos eligere, vt ad eligentis poſtea ſuffragentur, colligatio eſt ſimoniaca. *Pœn. cap.15. quæſt.10. verſ. ſecundo peccatum.* Eos deponere, etiam in notorietate grauis delicti, ſine proceſſu iuridicè formato, de conſenſu maioris partis Diffinitorij, omninò non poteſt ſuperior. *Pœn.cap.1. quæſt.2. reſp.3.* Poteſt tamen eos ſuſpendere ſine proceſſu, & Diffinitorio ad breue tempus, per modum pœnitentiæ ſalutaris; facere tamen non poteſt ſine cauſa. *ibidem quæſt.3. reſp.2.* Quę tamen ſuſpenſio nec perpetua, nec ad finem officij, ſed ad

tres menſes ad ſummum protrahi poteſt, quia ſuſpenſio perpetua, ſiue ad tempus, officio commenſuratum, æquiualet priuationi, *ibid. reſp.* 7. Si autem ſuſpendatur ob cauſas, quæ Conuentui non repugnant, vt v: g. ob rixas, conturbationem fratrum, & pacis violationem, non debet remoueri ab illo Conuentu, & in alium moraturus tranſmitti, quia Superior tenetur conſulere famæ proximi, & minus quam poteſt fratris reputationem lædere. *Ibidem reſp.6.*

20 Priuari poteſt, vel alia pœna arbitraria puniri, ſi proprietarium in loco ſacro ſepeliri permittat. Vide *Proprietas.*

21 Guardiano abſente, gubernat Vicarius quo etiam abſente, etiam non intimata abſentia, ſenior Pater, vel dignior Conuentum gubernat, quia talis viget in ordine conſuetudo. *Pœn.cap.13.quaſt.2.*

22 Eleemoſynas in manibus ſæcularium (exceptis Sindico, & ſubſtituto) omninò retinere non poteſt, niſi in manu dantis, aut apud alium de mandato ipſius dantis, per cuius manus inſcio Sindico Apoſtolico, & eius ſubſtituto, emere poteſt neceſſaria. *Pænal. cap. 7. quæſt.2.& quæſt.4. caſ.2.* quæ omnia poteſt in foro conſcientiæ exequi ſine dante, aut ſine nominato ab ipſo, tamen in foro fori poſſet, vt proprietarius puniri. *ibidem.* Vndè rogare

po-

Digitized by Google

poteſt ipſum benefactorem, vt apud ſe eleemoſynam retineat, aut apud aliquem ab eo, ſecundum *Clem. Exiui*, nominandum reponat, ſi Sindicum, & eius ſubſtitutum nouerit infideles. *Pœnal.cap.7.caſ.2.diff.4.* Quod maximè valet, ſi de mandato ipſius benefactoris, alium præter Sindicum, & ſubſtitutum receptatorem eleemoſynæ nominet, hoc enim facit nomine dantis. *ibid.*

23 Debet autem ſcire Guardianus, quæ debita, quæue eleemoſynæ pro Conuentu apud Sindicum, aut Subſtitutum reperiantur, vt prudenter in neceſſitatibus fratrum prouidendo ſe gerere poſſit, *ibid.caſ.15.diff.3.in fine.*

24 Vndè vocato Sindico coram Communitate fratrum) non tamen inter Reformatos, qui omnia Sindico remittunt) computum de eleemoſynis, & expenſis reddere, & conuictus de fraude ad tres aureos, eſt ipſo facto excommunicatus; Sindicus autem renuens ad hoc, non poteſt ciuiliter compelli, ſed debet moneri Prouincialis, vt de fideliori prouideat, *ibidem caſ.15.per totum*.

25 Fabricare, aut demolire ſine licentia ad valorem decem ſcutorum poteſt, vltra verò non. *Pœnal.cap.4.quæſt.4.* Vide *Fabricare. Carcer num.2.*

26 Poteſt vrgente neceſſitate fratres ſuos ſine ſocio etiam extra limites ſuæ iuriſdictio-

Digitized by Google

nis, vel quæſtæ mittere; ſecus verò non. *Pæn. cap.9.quæſt.8.* Cauſæ verò neceſſitatis, quæ ſint, Vide *Apoſtaſia num.33.& 34. Neceſſitas num.2.*

Pœnæ contra Guardianum defraudantem eleemoſynas, dilapidantem &c. Vide *Carcer num.9. & Computus.*

27 Guardianus Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus ſunt verè Prælati, ideò canonicè eligi debent in Capitulo, vel Congregatione à Miniſtro Generali cum conſilio, & aſſenſu, Diſcretorum Familiæ Ciſmontanæ, & durant ad triennium; infra quod ſi vacauerint poteſt Generalis ex ſe ſolo, de conſilio tantum aliquorum Diſcretorum alios ſubſtituere. *Conſt. cap. 8. ſtat. 37.* Intereà vacante Guardianatu, poteſt Familia Hieroſolymitana eligere ſibi Præſidentem, qui gubernet vſque ad prouiſionem faciendam à Generali, niſi ibi eſſet Vicarius inſtitutus ab ipſomet Generali. *Conſt. cap.12.ſtat.6.q.2.*

28 Dicitur autem Guardianus Hieroſolymitanus Guardianus Montis Sion, quia ad Conuentum primum ibi erigendum, Arcem Sion obtinuit à Sultano Aegypti noſter Pater Rogerius Guarinus Aquitanus anno 1333. In quo loco Cœnaculum extitit, Cœna Dominica, apparitionibus Chriſti reſurgentis, Matthiæ electione, Spiritus Sancti in Diſcipulos deſcenſu, nobilitatum. Quem S. Helena inſigni

gni

Digitized by Google

gni poſtmodum Templo decorauit. Quod Turcarum feritate, Minorica Religio, ad Saluatoris memoriam inhabitare, ac excolere cœpit, impetrauitque in Monte Sion, & in Sancto Chriſti Sepulchro commorari. Verum Turcarum auaritia huiuſmodi Templum ademptum fratribus, aliud Templum, & Monaſterium intra Ciuitatem ſub inuocatione Sancti Saluatoris ſibi extruxerunt, cuius ſub iuriſdictione loca multa ſubiacent. *Conſt.c.12.ſtat.1.q.1.*

29 Dicitur & Cuſtos, quia multos ſub ſe Conuentus habet; eſt etiam Commiſſarius Miniſtri Generalis, & Sedis Apoſtolicæ, quia ſuper fratres omnes eò aduenientes, ac etiam ſuper omnes alios; ſiue regulares, ſiue ſæculares poteſtatem habet Apoſtolicam, cum facultate expellendi omnes malè viuentes, etiam per cenſuras, & abſoluendi ab omnibus caſibus, excepta falſificatione litterarum Apoſtolicarum, & commutandi omnia vota (exceptis votis Hieroſolymitano, Religionis, & viſitationis SS. Petri, & Pauli) vnde & cum Baculo, & Mitra, & Pontificalibus celebrat, quia Summi Pontificis vices gerit, immò ab ipſomet Turca ſupra omnes occidentales, & orientales honoratur, & præfertur, *ibid.q.2.*

30 Eius officium durat ad triennium, nequit tamen diſcedere, niſi priùs aduenerit eius ſucceſſor. *ibid. ſtat.6. quæſt.* 1. A quo eſt cum

ſua familia iuridicè viſitandus, ipſaque viſitatio munita ſigillo, ad Generalem eſt mittenda, vt iuſtitia in delinquentes animaduertere poſſit, *ibid.ſtat.7.*

31 Vniuerſa verò familia in generali capitulo, etiam ſingulo quoque triennio diligenda, ex ijs fratribus ſemper eligatur, quos laudabili, & certo teſtimonio Prouincialium, & Patrum, magis pios, deuotos, in fide conſtantes, & morum probitate probatos eſſe conſtiterit admittendum. Qui quidem fratres parati eſſe debent ad recipiendum martyrium pro fide, ſi occaſio venerit, *ibid.ſtat.7.*

32 Quam familiam eundo, & redeundo ſecum ducere debet eleęmoſynis ad loca ſancta ſpectantibus, ne ſinguli cogantur ſollicitudinem de ſibi prouidendo ſubire cum maximo regularis diſciplinæ diſpendio, *ibid.ſtat.3.*

33 Pro pecunijs autem mendicandis, vel habendis, alijſque negocijs pertractandis, fratres ad Italiam, vel alias partes, Chriſtianis Principibus ſubiectas, Terræ Sanctæ Guardiano non licet, niſi primum ad Generalem ipſum eos deſtinauerit, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, vel etiam priuationis, & apoſtaſiæ deſtinatis, *ibid.ſtat.4.*

34 Quamuis autem Guardianus præfatus facultatem habeat mittendi ſuos ſubditos per totam Religionem, & ob negotia, ſuum gu-

bernium

Digitized by Google

bernium concernentia, & vocandi fratres voluntarios, ex priuilegio Clementis VI. tamen Religio in generali Capitulo poteſt ſuis renunciare priuilegijs, illaſque limitare, quia priuilegium inuito non confertur. Hinc prohibitum eſt, ne prius ad tractanda negotia miſſi accingantur, niſi conſulto Generali, quia cum ignoretur à tali Guardiano Orbis Chriſtiani ſtatus, irrationabiliter deſtinaret ſuos fratres, *ibid. ſtat.*4. Nomine autem Generalis intelligitur etiam Commiſſarius, ſeu Vicarius generalis. *ibid.* Vide *Miſſionarij*.

35 Bene tamen verum eſt, quod ſi aliquando Guardianus vellet mittere fratres negotiaturos Venetijs; & eo ipſo peruenientes reperirentur parata omnia, tunc poſſet vti Epicheia, quia ſi eſſet expectanda reſponſio Generalis, negotia euaneſcerent. *ibid.*

HABERE.

Habere ſpectat ad ius, tenere ad factum, poſſidere ad vtrumque. *Pœn.c.*13.*q.*10.

HABITVS.

1 Habitus forma in caputio conſiſtit, quo dempto, Religioſus non cenſetur. Hinc quando inhibetur, quod alij non deferant habitum alicuius Religionis, non intelligitur de integro tegumento, ſed de ea parte, qua talis Religio

ab alia diſtinguitur, nimirum in caputio. *Pœn. cap.4.quæſt.9.*

2 Et quando indicitur excommunicatio habitum dimittentibus, de dimiſſione etiam ſolius caputij, vtpotè diſtinctiui Religionis intelligitur. *ibid.* Quæ excommunicatio ſemper incurritur, cum habitus temerè dimittitur, aut occultatur, itaut pro Religioſo non cognoſcatur. Non incurritur autem, ſi dimittatur ad effugiendos hoſtes, vt inter infideles itineretur, aut aliàs ad ſuam ſecuritatem, & defenſionem, ad ſtudendum, ad melius dormiendum, aut etiam ad turpem actum ad breue tempus. *Conſt.cap.2.ſtat.61.* Debet autem notabiliter diſtingui ab habitu profeſſorum, habitus Nouitiorum, quia ille, vt plurimum, profeſſionem ſignificat, & iſte poteſt dimitti, *ibid.c.2.ſtat.18.verſ. Qua in re.*

3 Mortaliter autem peccaret, qui habitum traderet ad luſum prophanum, aut ad facinus exequendum. *ibid.ſtat.71. quæſt.4.* Et è contrariò morientes, vel ſepelliri mandantes (quod Parochi ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ impedire non poſſunt) cum noſtro habitu, licet eum non induerint, dummodò eum ſupra ſe vſque ad mortem habuerint, plenariam Indulgentiam conſequuntur. *ibidem cap.2.ſtat.76.*

4 Oſculantes autem habitum, indulgen-

tiæ

tiæ quinque annorum lucrantur, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentijs. *ibid.*

5 Quos habitus concedere ſpectat ad Superiores locales, vel prouinciales, ex conceſſione Sixti IV. Bull. 20. & Leonis X. Bull. 22. in *Bullar. Rodriq. ibid.*

HAERETICVS. HAERESIS.

1 Hæreticorum nomine arcentur à noſtra Religione, non tantum hæretici formales, ſed etiam tantum practicè dubitantes de aliquo articulo fidei, etiam ſuſpecti de hæreſi, ſiue per leuem, ſiue per vehementem, ſiue per violentam ſuſpicionem (niſi ſuam innocentiam demonſtrauerint) etiam puniti ob crimen hæreſis, eorum enim infamia non tollitur per bonam vitam ſequentem. *Conſt. cap.* 1. *ſtat.* 1. §. 2.

2 Ab hæreſi autem publica, ſicut non poſſumus abſoluere, ſic nec ſuper eius irregularitate diſpenſare. *ibid. cap.* 2. *ſtat.* 14. Idem puto dicendum de hæreſi in actum exteriorem, deducta, maximè ſi complices habeat. *Ibidem concluſ.* 6.

3 Ad probandum verò hæreſim, teſtes ſingulares ſufficiunt. *Pæn. cap.* 15. *q.* 10.

Diſpenſare ſuper hæreſis irregularitatem. Vide *Abſoluere. Diſpenſare num.* 5. *&* 6.

Homicidium. Vide *Percuſſio.*

HONE-

HONESTAS.

Eſt morum caſtitas, ideſt ſanctitas, & diſciplina verbo Dei conſentiens in rebus externis, & publicis rebus ſancita. *Conſt.c.8. ſtat.26.§.2.*

HORTI.

Superflui, etiamſi non ſint ad vendendũ &c. nobis interdicuntur, ſed tantum neceſſaria conceduntur, quia non minus repugnat paupertati habere hortos, & vineas ad cultum, & venditionem fructuum. *Pœn.c.7. caſ.24.diffic.2.*

HOSPES.

Hoſpites, qui ſcilicet de familia non ſunt in Conuentu Nouitiatus, ſuffragari non poſſunt Nouitijs, ac ipſorum profeſſione, quia non ſunt de corpore Capituli. Requiritur ergo, quod per annum, vel maiorem partem ibi commorati ſint: aut minorem (moraliter intellige) vbi fuerit conſuetudo. *Conſt.c.2.ſtat.18. verſ.Quæres.* Vide *Nouitius.*

HOSPITIVM.

Hoſpitia in Ciuitate, Infirmariæ, extra Conuentum, & Conuentus incompleti; nondum conuentualiter inhabitati, Conuentus non appellantur, nec habent clauſuram. *Conſt. cap.11.ſtat.5.*

IEIV-

Digitized by Google

IEIVNIVM:

1 Aliud eſt ſpirituale, vt abſtinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus ſæculi. Aliud eſt corporale, quod eſt abſtinere ſe à cibis, ſecundum formam Eccleſię. *conſt. cap.* 3. *ſtat.* 13. *quæſt.* 7.

2 Excludit à collatione ſerotina piſciculos, quia licet aliqui nonnihil piſcis adhibere ſoleant, per corruptelam faciunt, communis enim conſuetudo in Hiſpania, Luſitania, & Italia, eſt, vt tantum fructus modici, & modicus panis in collatione adhibeatur, & non piſciculi parui, non enim quantitas materiæ, ſed materia prohibetur. *conſt. cap.* 3. *ſtat.* 15.

3 Quanta autem debeat eſſe collatio ſerotina, ſiue ſit panis, vel pomi, vel nuclei, vel herbæ ad quantitatem paruam coctæ, quatuor vncias alij putant eſſe debet, alij aſſerunt octo vncias, alij autem remittunt conſuetudini complexionis. *ibidem*.

4 Frangentes ieiunium diebus ſtatutis abſque neceſſitate, & Superioris licentia, arbitrio Superiorum arceantur; etiam ſi in cella priuata, vel hoſpitio id fecerint. *Ita ſtat. general. cap.* 3. §. 6. *num.* 6. 7.

5 Ieiunare verò non tenentur fratres, qui 22. annum non attingunt, niſi ex præcepto Regulæ non iniungatur, immò addit Portella, non

Digitized by Google

non teneri; niſi completo 22. anno de puncto ad punctum. *Conſt. cap. 3. ſtat. 13. quæſt. 6.*

6 Excuſantur à ieiunio grauiter infirmi, ineuitabiliter laborantes, ſexagenarij, debiles complexionis, non habentes neceſſarios cibos, Prædicatores, Lectores, diſputantes, ſi in obeundis eorum munijs, ieiunando aliquis ſufficere non poſſet, nec ob ſcandalum, vel bonum maius, dimitti, tunc enim iuxta varias neceſſitates diſpenſatur, vel circa quantitatem cibi, vel circa qualitatem. *ibidem.*

7 In diſpenſando autem circa neceſſitates ſubditi occultas, Superior non debet eſſe nimium ſcrupuloſus, quia data aliqua cauſa, poteſt ipſe regulariter diſpenſare, & ſecuram reddere ſubditorum conſcientiam. *ibidem.*

8 Quæ diſpenſatio circa qualitatem cibi, ideſt carnium, non requirit Medici licentiam, ſed ſolius Prælati, ex priuilegio Leonis X. Eugenij IV. Pij V. & Clementis VII. *ibidem.*

6 Ieiunium, quod adhiberi debet carcerato eijciendo pro incorrigibilitate, non debet eſſe nimis aſperum, vel nimis mite, nec in pane, & aqua, non quotidianum, nec in publica menſa (hæc enim non imponuntur à Decreto) ſed ſufficit, vt à cibis paſchalibus abſtineat, ſemel, aut bis in hebdomada ieiunet, vt ei ſubtrahatur refectio veſpertina, & hoc Iudicis prudentia, vt verè ſubeat pœnitentiam corpora-

Digitized by Google

poralem, quod intendit Decretum, vt fortè hinc eius duritiem emolliatur. *Pan, cap. 19. quæſt. 2. reſp. 3.*

IESVITA.

1 Ieſuitis, & Prædicatoribus, ideſt PP. Dominicanis, honorem, & hoſpitalitatem debemus. Vnde Priori Prædicatorum dantur in noſtro Conuentu præcedentia, & locus Guardiani: Prouinciali Prouincialis. *Conſtit. cap. 6. ſtat. 6. in fine.*

2 Ieſuitæ ad arctiorem Religionem tranſire non poſſunt, ſine licentia obtenta. *Conſt. cap. 2. ſtat. 5.* Exeuntes verò ſpontè ad ſæculum, ſunt ſuſpenſi, quia ſunt ordinati ſine legitimis dimiſſorijs. Nec communis error tribuit ius, quia mala fide proceſſerunt; & Decretum de apoſtatis &c. Illos declaret ſuſpenſos. *Conſt. cap. 2. ſtat. 1. §. 3.*

IGNORANTIA.

1 Ignorantia, quæ eſt mater cunctorum errorum. *Conſt. cap. 2. ſtat. 1. §. 11.* ſemper qualiſque ſit excuſat à cenſuris, quæ non inſeruntur, niſi contra præſumentes; non verò excuſat ſemper a cæteris pœnis. *ibidem ſtat. 21.* quia de Regula,& conſtitutionibus noſtris non præſumitur ignorantia, cum toties in anno publicè perlegantur, niſi per manifeſtas conjectu-

Digitized by Google

iecturas ruſticitatis, ſtoliditatis inconſiderationis in aliquo fratre poſſit præſumi ignorantia iuris, & tunc medio ipſius iuramento poteſt euadere pœnas ſtatutarias; aliter præſumitur ſcire, nec ei eſt deferendum iuramentum; licet in iure communi vbi requiritur dolus, & ſcientia, etiam ignorantia craſſa, & ſupina poſſit excuſare à pœnis tranſgreſſores, etiam iuris naturalis, & Diuini; ignorantia enim, quæ eſt ſine omni culpa, vitat omnem pœnam, & quantitati culpæ debet proportionari quantitas pœnæ; in noſtra verò Religione (vt dixi) non præſumitur regulariter ignorantia Regulæ, & Conſtitutionum, nec valet ibi illa Regula Iuris: *Ignorantia ſupponitur vbi ſcientia non probatur. Pœnal. cap. 6. quæſt. 2. diffic. 3.*

2 In eligendo indigno excuſat à pœnis, niſi defectus electi ſit publici, vel notorij maiori parti electorum, non verò apud aliquos, quia tunc nemo debet alterius culpa prægrauari. *Conſt. cap. 8. ſtat. 10.*

Ignorantia in Diffinitore, & Iudice. Vide *Diffinitor.*

ILLEGITIMI.

1 Licet recuſentur per ſtatuta iuxta Sixtinas Conſtitutiones, tamen iam poſſunt recipi ex Clem. VIII. *in Conſt.* 83. incipien. *In ſuprema*

Digitized by Google

ma ad Religionem, & per talem ingreſſum legitimantur, & habilitari poſſunt ad omnes Ordinis dignitates, & officia, & ad ſacros Ordines promoueri, dummodo tamen bona indole, & meritis ſingularibus natalium defectum ſuppleant, & Religioni fore profuturi dignoſcantur; aliàs Prælati recipientes eos (non tamen Diffinitores) excommunicationem latæ ſententiæ Papæ reſeruatam incurrunt. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 1. §. 5.

2 Legitimantur etiam per ſubſequens ſuorum parentum matrimonium, licet aliæ nuptiæ interfuerint, ac etiam ſi matrimonium ſit merè putatiuum, quia ſcilicet mater eius credens bona fide, primum maritum eſſe mortuum, qui tamen viuit, & ſecundum ducit. *ibidem*.

3 Sunt etiam legitimi, qui ex coniugatis generantur, licet pater antea in Religione ſit profeſſus, & poſtea vxorem, quæ in ſæculo remanſerat, cognouerit. *ibidem*.

4 Illegitimorum receptio facta, non ſeruata forma decreti, eſt nulla, nec abſolutè recipi poteſt illegitimus, viuente Patre in Religionem, vbi Pater eſt profeſſus, nec è contra, quia relatiuorum eadem eſt ratiò. *Ibidem quaſt.* 4.

5 Diſpenſari verò debent illegitimi ad officia Ordinis à ſolo Miniſtro Generali per literas

teras ſubſcriptas, & officij ſigillo munitas, aliàs diſpenſatio eſt nulla. *Conſt.cap.*12.*ſtat.*12. *quæſt.* 4. *verſ.* 9.

6 Diſpenſare poteſt etiam prouincialis in Capitulo, vel Congregatione cum illegitimis præfatis. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 1. §. 5.

ILLITTERATVS.

Qui nec legere, nec ſcribere ſciat, vel ſit omninò ineptus ad acquirendas litteras, ſi tanquam Clericus profiteatur, reducendus eſt ad ſtatum laicalem; quod ſi non intendebat profiteri, niſi vt Clericus, quia ſcilicet ſe laboribus laicorum imparem cognoſcebat, eius profeſſio eſt omninò nulla, & conſtito de tali intentione eſt à Religione eijciendus. *Conſtit. cap.* 2. *ſtat.* 1. §. 11.

IMAGO.

Imagines ſacras, Cruces, aut Crucifixum conſpurcantes, & percutientes. Item ſpernentes Campanas etiam ſi faciant ex iracundia, puniuntur à Sancto Officio. *Pœnal. cap.* 14. *q.*2. *in fine.*

IMPEDIRE.

1 Impediens indignum, etiam dando munera Superiori, ne promoueatur ad dignitates, non peccat, immò laudandus, quia pugnat

Digitized by Google

gnat pro conſeruatione Religionis: Sicut iniuſtè impeditus ab obtinenda dignitate poteſt redimere iniuſtam vexationem. *Pæn. cap.* 14. *quæſt.* 8. *verſ. Reſpondeo* 4.

2 Impediens voluntatem Nouitij iniurioſè volentis egredi, aut falſis relationibus, ne profiteatur, eſt excommunicatus, non tamen ſuadens animæ vtilitatem, aut Regulæ inobſeruantiam oſtendens, aut vota indebitè negans, quæ item excommunicatio non incurritur, licet Nouitij voluntatem auertere quis tentauerit, ſi non ſequatur effectus. *Conſtit. cap.* 2. *ſtat.* 34.

3 Impedire iuriſdictionem Prouincialis non poteſt Generalis, eo quia auctoritas Prouincialis ſit ordinaria, & in hac parte non limitata per ius commune, & ſtatuta Ordinis, ergo non eſt violanda, nec reſtringenda ſine cauſa, quinimò eſſe de iure diuino probatur. *Pœnal. cap.* 29. *quæſt.* 3. *reſp.* 1. Vide Generalis *num.* 12.

Impedire litteras. Vide *litteræ num.* 4.

Imperatrices, Reginæ, & ſimiles, quæ poſſunt intrare Clauſuram. Vide *Clauſura Fratrum*.

IMPERIVM.

Imperium duplex eſt; ſcilicet merum, & mixtum.

Digitized by Google

Merum dicitur, quod eſt ſupremum, & abſolutum, & ſummum, habetque ius mortis, exilij &c. in facinoroſos, & tale eſt in ſolo ſupremo Principe, & ſimilibus. Mixtum verò dicitur, quod eſt infra merum, habetque omne ius, præter ius gladij, & mortis. *Pœnal. cap. 19. quæſt. 4.*

IMPORTVNVM.

Dicitur, quod loci temporis, & perſonarum rationem non ſeruat, opponitur ſiquidem opportuno, quod omnia iſta importat. *Pœnal. cap. 15. quæſt. 3.*

IMPOSSIBILE.

Dicitur, quod eſt multum difficile, & ad illud nemo tenetur. *Pœnal. cap. 12. quæſt. 11. in fine.*

IMPRIMERE.

Imprimere libros ſine licentia Generalis præter alias licentias, ſub pœna excommunicationis nemo poteſt. *Conſtitut. cap. 9. ſtatut. 5*

IMPROPERARE.

Eſt aliquem pudore afficere, ei obijciendo defectus commiſſos. *Pœnal. cap. 13. quæſt. 1.* Quod ſi quis alteri defectus, de quibus alias fue-

Digitized by Google

fuerit punitus improperet, pœna talionis punitur, ſi defectus non punitos improperet, improperans pœna iniuriantium caſtigatur. *Pœnal. cap. 13. quæſt. 8.*

INAVDITA.

Parte proceditur, quando non citatur, aut quando eius defenſiones reijciuntur, & tunc fit contra ius Diuinum, & naturale, reddendo ipſo iure acta nulla. *Pœnal. cap. 1. quæſt. 4.*

INCORPORARE.

1 Incorporari quis non poteſt in aliena Prouincia, niſi in ea oriundus, aut per natiuitatem, aut per priuilegium legitimi domicilij, & niſi in ea ſaltem per integrum biennium fuerit commoratus, & niſi de conſenſu vtriuſque Prouinciæ, & incorporatio fiat à toto Diffinitorio in Capitulo, vel Congregatione capitulari congregato, poteſt tamen Generalis ſuper his omnibus ex cauſa diſpenſare. *Pœnal. cap. 9. quæſt. 12. & 13.*

2 Incorporatus autem præcedentiam non habet in noua Prouincia, niſi à die incorporationis, quia ſupponitur in tali incorporatione vel ſuæ leuitati, vel ſuo commodo ſatiſfacere. *ibidem.*

3 Si autem talis incorporatio requiratur à Prouincia, vtpotè commodum reportatura,

Digitized by Google

à die habitus præcedentiam enumerat; quod itidem poteſt concedere Generalis, quando ipſe motu proprio ob bonum Prouinciæ, incorporantis incorporationem intentat, & exequitur. *ibidem*.

INCORRIGIBILIS.

1 Secundum vltima Decreta Vrb. VIII. dicitur, qui plura committit delicta. Delicta verò debent eſſe grauia, ſcilicet furtum, homicidium, notabilis proprietas, contumax, inobedientia, &c. Dicitur etiam ſcandaloſus, lapſus carnis, & illa omnia, ob quæ in noſtris ſtatutis imponitur pœna longiſſimi carceris, aut perpetui triremis. *Pænal. cap.* 19. *quæſt.* 1.

2 Quæ delicta debent eſſe replicata, vt incorrigibilitatem inducant, nec ſufficere vnum, etiam grauiſſimum. Et quod ſit ter monitus, vel punitus, & non reſipiſcat. *ibidem*. Quæ monitio, vel punitio in quibuſdam rebellibus, ſeditioſis, & diſcolis non debet eſſe canonica, vt cum Prælatus dignis de cauſis ad canonicam punitionem deuenire non poteſt, ſed vel paternaliter admonet, vel pœnitentias ſalutares iniungit, vel diſſimulare cogitur; tunc poteſt dici incorrigibilis, & talis vt expellatur à Religione declaratus. *ibidem*.

3 Debet in carcere per annum, ieiunio,

& Pœ-

Digitized by Google

& pœnitentia probari. *ibidem*. Quod ſi tandem incorrigibilis appareat, expellatur ab Ordine per Generalem cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, in Capitulo Generali, ad id ſpecialiter electorum, iuridicè tamen formato proceſſu ſecundum ſtylum Religionis. *Pœnal. cap. 19. quæſt. 4.*

Quale debet eſſe ieiunium incorrigibilium in carcere annuali, Vide *Ieiunium*.

4 Carcer debet eſſe formalis, non domus diſciplinæ, ideſt obſeruatus ſine chorda, & ſine caputio. *ibidem quæſt.* 2. & carceris annus debet eſſe continuus, non interpolatè; immò ſi carceratus ſic infra annum fugiat, non poteſt eijci, ſed ob fugam denuo puniri, & vinculis ferreis conſtringi, ex declaratione Sac. Cong. *ibidem*.

5 Carceri, & ieiunio addendæ ſunt ex decreto aliæ pœnitentiæ corporales, & afflictiones, vt probetur, ſi fortè per hæc omnia eius obſtinatio emolliatur; vnde ſi vel in formalitate carceris, aut anni integritate, aut ieiunij, & pœnitentiarum realitate non obſeruetur Decretum, non poterit incorrigibilis eijci, quia ſuper his fundat Sacra Congregatio experimentum emendationis. *ibidem quæſt.* 2.

6 Experimentum verò obdurationis habetur in carcere, ex inobedientia, contumacia, blaſphemia, immodeſtia &c. licet alias pœni-

Digitized by Google

tentias patienter acceptet. Si autem ſigna emendationis non oſtendat, non tenetur Iudex eum ſtatim liberare, vel eijcere, Decretum enim non cogit, ſed concedit arbitrium; ſi autem ſigna emendationis oſtendat, & aliud non obſtet, debet liberari. *ibidem quæſt.* 3.

7 Peccata verò eius punita aliàs, per quæ dicitur incorrigibilis, non debent conſtare ex proceſſu proprio de ipſis facto, ſed ſufficit, quod conſtet per memorias in libris Prouinciæ repertas. *ibidem quæſt.* 4. *diffic.* 4. Vide *Archiuium*.

8 Sex illi Patres ad expulſionis cauſam cum Generali deputati, debent eſſe congregati, & conſultantes, & conſentientes votum ferre. *ibidem quæſt.* 4. *diffic.* 2.

9 Generalis tenetur illicò nomen expulſi, & ſententiam expulſionis Ordinario notificare, ſcilicet Vicario Papæ in Vrbe, aut alij Superiori in ſua Diœceſi. Qui Ordinarius talem ſententiam examinare non poteſt, non enim cauſa appellationis, ſed executionis ei mittitur, vt ſcilicet expulſus ei ſubijciatur, & ſubiectus dignoſcatur. *ibidem quæſt.* 5.

10 Qui in habitu clericali debet incedere, niſi fuerit laicus, qui tamen Canonis priuilegium non amiſit, tamen eſt ſemper in peccato mortali, niſi reſipiſcat, & dignum ſe præbeat, qui à Religione iterum recipiatur; immò eſt

infa-

Digitized by Google

infamis, & tenetur ſemper ſeruare omnia ſuæ Regulæ, quæ ſtatuti ſæculari non repugnant, vt ſunt ieiunia, recitatio officij &c. & agere inſtanter apud Religionem, vt iterum recipiatur; quod ſi eum Religio recipere nolit, tunc tutus eſt in conſcientia. *Pæn. cap.19. quæſt. 5.*

INDVLGENTIA:

1 Plenaria conceditur Minoritis in ingreſſu Religionis, in Profeſſione, in articulo mortis, in auditione, vel celebratione primæ Miſſæ, in exercitio ſpirituali per decem dies, in feſto S P. Franciſci, in miſſione ad prædicandum, vel conuertendum infideles, in oratione quadraginta horarum indicta pro felici ſucceſſu Capituli Generalis, vel viſitationis, ſi ſpatio durarum horarum, licet interruptarum interfuerint. Quæ omnia intelliguntur de Sacra Communione refectis. *Conſtit. cap. 2. ſtatut. 13.*

2 Indulgentiæ maximæ conceduntur facientibus eleæmoſynam pro locis Terræ Sanctæ. *Conſt. cap. 12. ſtat. 5. verſ. Non inquam* Item oſculantes habitum Religioſorum lucrantur quinque annos, & totidem quadragenas indulgentiæ. *Conſt. cap. 2. ſtat. 76.*

INFAMARE. INFAMIA.

1 Infamare, eſt alicuius famam iam, &

exiſtimationem dicto, vel ſcripto, vel facto laceſſere, lædere, & pudorem eius ſigillare. Poteſt igitur quis infamare tribus modis. Primo dicto, & tunc eſt detractio, ideſt iniuſta denigratio, vel læſio famæ, quæ ſi fit publicè, dicitur contumelia, ſi verò occultè, dicitur detractio. Secundo modo detrahendo ſibi, manifeſtando ſua peccata, præcipuè ſi generaret ſcandalum, & quando ſua fama eſſet neceſſaria ad regimen, vel in religione, & tunc eſt peccatum mortale, quia Religioſus non eſt ſuæ famæ dominus, eo quod ſua infamia in damnum Religionis, cuius eſt filius terminetur, & eſt puniendus pœna infamantium, & vlterius pœna delicti, ſi verè illud commiſit, ſi non commiſit, punitur etiam de mendacio, & iniuria, qua ſuam Religionem conſperſit. Tertio modo fit facto, ſcripto, formando ſcripturam dishonorantem aliquem, apponendo ſigna, vt cornua, immunditia, quæ accedunt ad naturam libelli famoſi. *Pœnal. cap.* 10. *q.* 1. *&* *q.* 11. *in fine*.

2 Infamans mortuos, debet reſtituere famam hæredibus, quorum ſunt conſanguinei, ſi autem ſunt Religioſi, debet reſtituere Religioni tamquam eorum hæredibus. *Pœnal. cap.* 10. *quæſt.* 8. Non incurrit autem infamantium pœnas, qui de leuibus infamat. *ibidem*. Infamare verò dicitur grauiter Conuentum,

quan-

Digitized by Google

quando quis diceret: In hoc Conuentu ſunt multi ſcandaloſi, improbi, maligni, infames, &c. quia plus eſt lædere Communitatem, quam particularem, niſi tales eſſent in Conuentu notorij. *ibid.* Vide *Caſus num.* 3. 4.

3 Infamantium pœna eſt, puniri pœna talionis, & ſacramentaliter abſolui non poſſunt, niſi cum iſtis conditionibus, videlicet ſi reſtitutio famæ differri poſſit: Si ex reſtitutione famæ maius damnum ſibi immineat, & tunc non tenetur ſtatim reſtituere famam, putà ſi non ſolum ſe infamet in equalitate perſonæ, quam infamauit, tunc enim tenetur reſarcire damnum, quod eſt medium rei in reſtitutione requiſitum: Vel ſi ſua infamia ſit maior, putà quia perſona in dignitate conſtituta, & melioris conditionis ſit, quam infamatus: Vel vltra infamiam timeat ſibi periculum vitæ, vexationis &c. & ratio eſt, quia iuſtitia ad æqualitatem tantum obligat, non ad maius: non enim tenetur reſtituere bona inferioris cum iactura ſuperioris ordinis, vel cum eorum exceſſu, cuiuſmodi eſſet vita, fama, honor &c. Item poſſunt abſolui, ſi infamatus cedit iuri ſuo, quia volenti, & conſentienti non fit iniuria, neque dolus, niſi ſit Prælatus, vel adeò grauis perſona, qui iuri ſuo cedere non poteſt; quippè qui habet ſuam famam Reipublicæ obligatam. Item ſi infama-

tus

Digitized by Google

tus de reſtitutione famæ amplius non curaret, putà quia ex infamatione ſe ſalutarunt, ſecum collocuti ſunt, & ſigna amicitiæ contraxerunt. Vel ſi infamia multum temporis interpoſuerit, ſcilicet 20. annorum, itavt in obliuionem ierit, & non ſint amplius illi coram, quibus fuit infamatus. Similiter abſolui poſſunt infames ſi infamatus, bonis actibus ſuis, bonam famam recuperauit, & curare non debemus de via, per quam recuperauit. *Pœn. c.* 10. *quæſt.* 10.

4 Infamatus de graui delicto apud probos, & prudentes, ſed nondum probato, eſt interim ab officio ſuſpendendus vſque ad nouam prouiſionem, quia non eſt ſermo de infamia iuris, ſed facti. *Pœnal. cap.* 10. *quæſt.* 2. *diffic.* 6. Infamatus autem à maleuolis, non debet curare de tali infamia, nec enim dicitur infamatus immo turpe eſt à turpibus, vilibuſque laudari, quia de complicibus, videtur laudari. *ibidem quæſt.* 1. Idem die de infamatis per libellum famoſum. *Pœn. cap.* 12. *q.* 9.

5 Non eſt ſimonia, ſi v. grat. do votum meum alicui pro Prouincialatu, qui minatur mihi infamiam, dicendo: Si mihi non ſuffragaris, publicabo te pro fure, pro carnali &c. ſed eſt ſubornatio ex parte infamantis, ſeu minantis. *Pœn. c.* 15. *quæſt.* 5.

6 Infamia alia dicitur à iure, alia à facto, alia ab exercitio. Infamia iuris eſt, quæ legis aucto-

auctoritate imponitur alicui propter delictum commiſſum, & priuat obtentis dignitatibus, & obtinendis. *Pœnal. cap.* 10. *quæſt.* 2. *diff.* 3. Infamia facti eſt, quæ imponitur ab opinione hominum propter malas operationes illius, cui imponitur, & priuat tantùm obtinendis. *ibidem quæſt.* 1. *& quæſt.* 2. *diff.* 3. Infamia ab exercitio eſt illa, quæ contrahitur ab exercitio ignominioſo, vt ſunt publici aleatores, tabernarum frequentatores, violenti, mimi, hiſtriones, gladiatores, macellarij, ſatellites, carnifices, cytharedi &c. *Conſtit. cap.* 2. *ſtatut.* 1.§. 10.

7 Infamia autem iuris non contrahitur per probationem criminis, & rei confeſſionem, ſed requiritur ſententia iudicis, & vniuerſaliter pœnæ, etiam latæ ipſo iure aut facto, niſi poſt ſententiam contrahuntur. *Pœn. c.*27. *concluſ.* 2.

8 Infamis autem à iure declaratus per delictum famoſum, vt ob furtum, rapinam, expilationem hæreditatis, adulterium, fornicationem, blaſphemiam &c. eſt irregularis, & ſic declaratus, & non reſtitutus, nequit eſſe Prælatus, vel Iudex; & ſi fuerit electus, poteſt ſubditus opponere, ſiue excipere, vt deſiſtat à iuriſdictione, quia infamis repellitur ab omni dignitate. *Pœnal. c.*9.*q.*2.*diff.*4.

9 Si autem ad aliquam aliam Prouinciam infa-

Digitized by Google

infamis tendat, vbi eius infamia ſit occulta, & per bonam conſeruationem obtineat dignitatem, & prælaturam, debet quantum poteſt cum humilitate recuſare; quæ recuſatio ſi non acceptetur, poteſt acceptare, & exercere prælaturam, quia ibi eſt in poſſeſſione bonæ famæ, nec tenetur infamare ſeipſum. *Pęnal. cap.* 10. *quæſt.* 7.

10 Infamis accuſare non poteſt, niſi in criminibus exceptis, vel niſi ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequatur. *Pęnal. cap.* 10. *q.* 2. *diff.* 4.

11 Infamibus tandem infamia facti, & delicti, vt ſunt notorius peccator, ſcænius, hiſtrio, læno, publicus vſurarius, meretrix, inimicus, & huiuſmodi, deneganda eſt ſacra communio, niſi ad meliorem frugem redierint. *Pęnal. cap.* 4. *quæſt.* 9. *verſ. Iuſtificatur ſtatutum.*

12 Infames à iure ſunt apoſtatæ à fide, fures, ſacrilegi, criminali crimine irretiti, ſepulchrorum violatores, homicidæ, ſumentes arma contra partes Eccleſiæ, periuri, raptores, venefici, adulteri, auferentes iniuſtè eccleſiaſticas facultates, calumniatores, accuſatores, qui deficiunt in probationibus, niſi ſaltem ſemiplenè probauerint, aut niſi de multis productis vnicum crimen probauerint: Prouocantes Principes contra innoxios, excommunica-

nicati, expulſi ab Eccleſia ob ſcelera, mulierum raptores, duellum ſpectantes, & adiuuantes; Monachi procreantes filios, ſodomitæ, inceſtuoſi, & illi conſentientes; filiam, vel neptem proſtituentes. *Conſtit. cap. 2. ſtat. 1. quæſt. 5. §. 10.*

13 Infamia facti deletur per facta contraria per ſpatium trium annorum, nulla Iudicis ſententia interpoſita, vt v. g. ſi quis prius erat ferox, debet eſſe mitis, &c. *Pęnal. cap. 27. concluſ. 6. & cap. 10. quæſt. 7.* Infamia verò iuris extergitur per Papam, vel per Generalem, qui eſt Princeps in Religione per diſpenſationem irregularitatis incurſæ ob infamiam, vel per reuocationem ſententiæ, quando condemnatus in integrum reſtituitur. *Pęnal: cap. 10. q. 2. diff. 4. verſ. Sed dices.*

14 Vniuerſaliter omnem infamiam à iure, ſiue à facto, ſiue à profeſſione ignominioſa, præter caſus reſeruatos à Sixto IV. in Mari magno *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ* Generalis noſter vt Princeps in Religione, poteſt extergere, diſpenſando. Vnde ſi Prælaturam conferat infami cognitio, cenſetur cum illo diſpenſare, & rehabilitare, quia Prælatura opponitur infamiæ. *ibidem.*

INFANS.

Septemnis nequit ingredi clauſuram Monia-

lium,

Digitized by Google

lium, quia habet vſum rationis, cæteri verò infantes infra, poſſunt. *Conſtit. cap.* 11. *ſtat.* 7. *quaſt.* 4.

INFIDELIS.

Infideles, aut deſcendens à Iudæis, Mauris, aut hæreticis in linea recta, non laterali vſque ad ſecundum gradum in linea paterna, & ad primam in materna (ſtatutum tamen dicit vſque ad quartum) ſi eorum parentes fuerint, vt tales condemnati, aut eorum ſtatuæ, vel oſſa combuſta, ad Religionem recipi non poſſunt: quod ſi eorum parentes, vt tales damnati non ſunt, aut ipſi nati ſunt, antequam parentes in hæreſim inciderent, recipi poſſunt; aliter recipientes ſcienter, ſunt ipſo facto excommunicati, priuati omnibus officijs, & ad alia in perpetuum inhabiles, & talis deſcendentium receptio, & profeſſio eſt valida, licet recipientes ſint ipſo facto excommunicati, priuati, & inhabiles. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 4. §. 2.

INFIRMARIA. INFIRMVS:

1 *Infirmariæ in ſingulis Prouincijs erigantur, infirmarijs, aromatharijs, alijſque ſeruitoribus peritis, ac charitatis inſtructæ, in quibus infirmi fratres omnibus charitatis obſequijs curentur, Conſt. cap. 6. ſtat. 7.*

2 Infirmorum cura ſub mortali obligat, & pro-

Digitized by Google

& Prouincialibus, ac Guardianis proportionaliter præcipuè demandatur, illi enim tenentur Conuentus idoneos, & fratres peritos, & charitatiuos pro infirmarijs deputare; In viſitatione inquirere qua charitate, & prouiſione eis ſeruiatur; defectus circa hoc rigidè caſtigare, & interim infirmos præſentialiter viſitare, & conſolari. Guardiani verò, & alij fratres tenentur quotidie infirmos inuiſere, & neceſſaria pro viribus miniſtrare, ac negligentes infirmarios, & ſeruitores ſalutaribus pœnitentijs afficere. *ibidem concluſ.* 1.

2 Hinc tota ſeruiendi obligatio infirmarijs incumbit, ijque mortaliter peccant ſi officio ſuo notabiliter deſunt; Superiores enim tenentur ipſos eligere, ac deſtinare, & poſtquam elegerunt, ſi aliunde non conſtet, ipſos non ſeruire infirmis, conſcientia ipſorum tuta eſt, & à tranſgreſſione Regulæ libera. *ibid. concluſ.* 2.

3 Infirmarij itaque peccant mortaliter, niſi infirmis ſeruiant, ſicut vellent ſibi ſeruiri. *ibidem* Infirmi autem debent honeſtis eſſe contenti ſeruitijs, nec diuitum prouiſiones prætendere. *ibidem concluſ.* 5.

4 Infirmus cum neceſſitate, & iudicio Medici, habitum deponere, & ſine illo decumbere poteſt, inter nos autem vſus inualuit, vt depoſito groſſiori, leuiorem aſſumat. *Conſtit. cap.* 2. *ſtat.* 71. *quæſt.* 3.

Ingre-

Digitized by Google

Ingredi clauſuram. Vide *Clauſura*.

INIVRIAE.

1 Manifeſtæ, vel violentæ, de quibus vindicare poteſt Conſeruator ad ſauorem Regularium. Vide *Conſeruator*.

2 Iniuria leuis appellatur, quando alicui dicitur: *Tu libenter bibis, dignitates tibi placent, libenter ambulas, commoditates non reijcis*, & alia huiuſmodi: Iniuria verò grauis, quando dicitur; *Tu es falſarius, baſtardus, infamis, cornutus, proditor, vſurarius, meretrix, mœchus*, & alia huiuſmodi, quæ tamen iniuriæ à Iudice conſiderandæ ſunt pro ſtatu perſonarum. *Pœnal. cap.* 13. *quæſt.* 3. Iniuriæ verò plures vnico actu, non multiplicant pœnas, ſecus cum interpolatione temporis, & loci. *ibidem quæſt.* 4.

3 Iniurians Superiorem licet Superior ſit Vicarius, vel Præſes relictus à Guardiano vel per parum temporis gubernet, incurrit pœnas ſtatuti, quia in illo tempore eſt Superior, & gubernat Conuentum cum iuriſdictione, ideo iniuria præſumitur facta Prælato. *ibidem q.* 2. Et ſic grauius iniurians, grauius eſt puniendus, ſicut grauiorem pœnam meretur. *ibid. q.* 3. qui ſæcularem iniuriat, quam qui fratrem cæteris partibus, & hoc propter ſcandalum. *ibidem quæſt.* 2.

Iniu-

4 Iniuriatus, per annum integrum agere poteſt contra iniuriantem, quo tranſacto, amplius non poteſt. At quia circa iniurias agi poteſt ciuiliter pro intereſſe partis, & criminaliter ad punitionem, diſtinguitur, præſcribi anno actionem criminalem, non verò ciuilem, putà ſi quis vulneratus fuiſſet, & intra annum non conqueritur de iniuria, poſt annum agere non poteſt: at pro damno illato, & expenſis, etiam poſt annum agere poteſt, etiam ſi de vulneratione ille punitus fuiſſet. *ibid. q.* 11.

5 Iniuriare iniuriantem, etiam ad ſui defenſam, nemo poteſt, etiam ſi verum dicat, maximè cum illo verbo, *Mentiris*, ſed vtrique tunc à Iudice ſunt caſtigandi, talis enim non eſt defenſa, ſed vltio, quæ vltimo inuriatum ad Iudicem, non ad priuatam perſonam pertinet; vnde nec tunc valet illa maxima (quæ aliàs valet pro foro conſcientiæ) *Iniuriæ mutua compenſatione tolluntur*. Verum quidem eſt, quod iniurians prouocatus prouocante mitius punitur. *ibidem q.* 5.

6 Sub nomine iniuriæ veniunt etiam contumelia, improperium, conuicium, prouocatio, & deriſio, licet inter ſe differant. Dicitur enim conuicium *eſſe maledictio petulantis iactata*, de quo vide *Conuicium*. Deriſio eſt contemptus, qui improbationem, & dicti alterius confutationem continet; vndè deridere ſenten-

tiam eſt illam improbare,& confutare. Prouocatio eſt *irritatio, ſeu ſtimulatio ad vindictam per antecedentes iniurias, & verba pungentia*. Vide *Prouocare*. Improperium, vel improperare *eſt aliquem pudore afficere, obijciendo culpas, & defectus. Pen.c.13.q.1.*

7 Vndè *ſtatutum cap.7. §.5.* ait: *Si quis ergo fratri non prælato verbum improperij, aut conuicij dixerit, aut leuiter quemquam prouocauerit, flagella diſciplinæ ſingulis vicibus in Communitate fratrum, ſibi adhibebit. Si verò in Prælatum talia verba protulerit, diſciplinæ addat ieiunium in pane, & aqua humi genibus flexis, & ſuffragiorum iure triennio careat. Ibidem quæſt.2.*

Sub nomine Fratrum autem non veniunt Tertiarij. *ibidem.*

Tandem in omni iniuria ſeptem ſunt conſideranda. Primò *Cauſa*, vt ſcilicet ad defenſam, vel non. Secundo *Perſona*, vt inferioris, & ſubditi ad ſuperiorem, laici ad ſacerdotem. *Tempus*, vt hebdomadæ ſanctæ, vel feſti ſolemnioris. *Locus*, vt in Eccleſia, foro, theatro &c. *Scandalum aliorum*. *Qualitas*, vt ſi fieret notoriæ. Et *Quantitas iniuriæ*. *Ibidem quæſt.3. in fine.*

INNOCENS.

Aliquando indirectè, & per accidens licitè punitur pro bono communi, vt quando cum nocen-

nocentibus compræhenditur, interdicto, & huiuſmodi, ſubditus propter ſuperiorem, filius propter Patrem. *Pæn.c.1.q.1.*

INQVIETVS.

Quando incorrigibilis. Vide *Incorrigibilis*.

INOBEDIENTIA.

Inobedientia contumax, ad hoc, vt ſit caſus reſeruatus. Vide *Caſus reſeruatus num.* 9. An dilatio vnius diei requiratur, ac etiam monitio trina ad carcerandum inobedientem. Vide *Carcer num.* 2.6. *Rebellio.*

INQVISITIO.

Facienda pro recipiendis Nouitijs. Vide *Requiſita*.

INSTANTIA.

Prima ſemper fieri debet coram Ordinario, vt ait *Concil. Trid. ſeſſ.* 24.*c.*20.*de reform. Cauſæ omnes* (ait) *ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoſcantur. Pæn.c.*29.*q.*3.

INSTRVMENTVM.

1 Inſtrumenta priuata ſunt litteræ, ſeu ſcripturæ à ſe ipſo cum obligatione ſcriptæ,

cum Dat. Loco Conuentu &c. Publica verò ſunt, quæ fiunt à Communitate fratrum in forma Communitatis capitulariter congregata, cum eorum ſubſcriptione, & ſubſignatione publici Notarij, qui inſtrumenta confecit, & teſtium, ſed quomodocumque facient inſtrumentum in alienatione Cappellæ, pœnam proprietatis incurrunt, ſi dominium ipſi fratres transferre prætendant, quia tale dominium non habent. *Penal.cap.7.caſu 16.diſſ.5.& 6.*

2 Contractus ergo, conuentiones, & inſtrumenta facere ſub pœna proprietatis eis inhibetur; poſſunt tamen fratres confiteri in ſcriptis, talem pecuniam pro Religionis neceſſitatibus fuiſſe à tali conſumptam, vel conſignatam, ſi ad hoc cogantur ab eo, qui debet eam expendere, ſed vlterius ſe extendere non poſſunt. *ibid.caſu 3.*

INSVRGERE.

Eſt in alium ſurgere,& accipitur in malam partem, quando ſcilicet aliquis inſurgit cum violenta manu, armis, impetu, ad cuius ſimilitudinem dicitur quis inſurgere. *Pen.c.16.q.2.*

Integri Teſtes. Vide *Teſtes*.

Intercipere litteras. Vide *Litteræ*.

INTERLOCVTORIAE.

Dicuntur, quæ feruntur à principio cauſæ

vſque

Digitized by Google

vſque ad diffinitiuam ſententiam excluſiuè, vt ſunt Decreta carcerationis, torturæ, arctationis, de concedendo, aut negando Procuratore, aduocato, copia actorum cum nominibus teſtium, de declarando teſtem inualidum, infamem &c. à quibus omnibus appellari poteſt, dummodò non inferant damnum irreparabile per diffinitiuam. *Penal.cap.26.quæſt.1.* Vide *Appellatio.*

INTERSTITIA.

Non aſſignantur inter minores Ordines determinata, vndè in eis facillimè diſpenſari poteſt. Inter autem ſacros Ordines, vt diſpenſentur, requiritur vtilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ, quam pro Regularibus aſſignare, ad ſuũ Superiorem attinet, quia ipſe ſolus eam ſcire poteſt. Diſpenſare verò ex Tridentino attinet ad Epiſcopum. *Conſt.c.2.ſtat.55.dub.1.2.3.*

Introducere in clauſuram. Vide *Clauſura.*

INTRA.

Eſt particula includens totum tempus, v.g. intra duorum menſium ſpatium, includit duos menſes integros, & diem vltimum termini. *Pen.cap.9.q.4.*

IRA.

Eſt libido, vel cupiditas puniendi eum, qui

Digitized by Google

iniuria læſiſſe videtur. *Pæn. cap. 17. q. 2. verſ. Hoc autem.*

ITINERARE.

Itinerans debet ſubeſſe ſocio antiano intra limites obedientiæ, etiam in captanda via, ex duabus occurrentibus ad eundem finem obedientiæ, quod ſi ſe inuicem dimittant, nec appareat cauſa legitima in alterutro, & ſoli incedant, ambo puniendi ſunt, vt apoſtatæ. Diuertere autem à recta via parum, v.g. in itinere 100. milliariorum diuertere decem, vel quindecim, non eſt apoſtaſia, nec longa diuerſio, vtilitatis magnæ tamen, vel neceſſitatis cauſa facta, vt ſi ab Vrbe Lucenſi in Corſicam nauigaturus, Liburnum, vbi nullum habet amicum, aut non cognoſcit benefactorem, & Romam veniat, vbi pro naulo, & commeatu ſcit ſe reperturum fore benefactores, vel conſanguineos. *Pæn. cap. 9. q. 3.*

Iudæi. Vide *Infidelis*.

IVDEX.

1 Alius ordinarius, alius delegatus, & alter arbitrarius: Ordinarius dicitur, qui à iure ex officio, vel ex Principis beneficio vniuerſaliter, & ad vniuerſalitatē cauſarum iuriſdictionē exercet. *Pæn. c. 2. concl. 3.* Delegatus verò dicitur, qui non à iure, nec ex officio, ſed ex mandato particulari

Digitized by Google

culari iuriſdictionem exercet. Arbitrarius autem dicitur, cuius arbitrio. non ad legum rigorem, ex litigantium conſenſu, cauſa totalis remittitur, vt ex æquo à ſimilibus ad ſimilia interpretando, & ſupplendo per iuriſdictionem, quæ deſiderantur, iudicet. *ibidem.*

2 Datur autem in Religione talis iudex, benè quidem pœnæ arbitrariæ, ideſt non determinatæ in ſtatuto, ſed Iudicis æquè arbitrio derelictæ, & tunc Iudex non poteſt pro libito pœnas imponere, ſed iuxta leges ſe regulare, applicando ſimilia ſimilibus. *Conſt. c.* 1. *ſtat.*3.§.4.

3 Iudex nemo eſſe poteſt in cauſa propria, niſi iniuria fuerit facta officio, non perſonæ ſuæ, aut niſi in Republica Superiorem non cognoſcat, qui de tali cognoſcat iniuria ſibi facta, qualis eſt Generalis in Religione, cui relinquitur facultas iudicandi de ſuis iniurijs, eo quia non habet Superiorem in Ordine. *Conſt.c.*1.*ſtat.*4.§.8.

4 Non debet affectare ſeueritatis, aut clementiæ gloriam, ſed perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt, tamen in leuioribus rebus ad lenitatem poteſt inclinare, in grauioribus cauſis ſeueritatem legum cum aliquo benignitatis temperamento ſubſequi debet. *Pœn.cap.*2.*concl.*3. Cautior autem lege Iudex eſſe non debet, ſed vt præcipitur,

l.19.ff.de verb. obligat. Contentiſſimus pœnis, legis compræhenſis. *Ibidem verſ. An autem poſſit.*

5 Cum autem lex alternatiuè loquitur, v.g. *imponatur talis, vel talis pena*, tunc determinatio pœnæ non ad reum, ſed ad Iudicem ſpectat, quia debet hic circumſtantias loci, temporis, perſonæ conſiderare, & pro qualitate circumſtantiarum, neceſſariò pœnam imponere. *ibidem*. Vide *Arbitrium*.

6 Et licet alterare non poſſit pœnas ſtatutarias, in aliquibus caſibus, tamen mutatis circumſtantijs, & qualitatibus delictorum, cum conſilio Patrum, poterit vel augere, vel minuere lenitatem, vel rigorem pœnarum, prout exceſſus, vel defectus criminis, loci, & perſonæ ſuaſerint. *Pœn.cap.14. q.3. & cap. 2. concluſ.3.verſ. vnum adnotauerint.*

7 Semper autem pœnam ſtatutariam, non pœnam legum debet imponere, quia leges moribus vtentium approbantur, nec à ſpeciali communitatis conſuetudine recedendum eſt, cum ipſa ſibi proſpexerit media ad quietem, & tranquillitatem conducentia. *Pœnal. cap. 2. quaſt. 9.*

8 Quod ſi Religioſus contra ſæcularem peccauerit, v.g. eum percutiendo, tunc Iudex debet comparare ſæculares cum Religioſis, v.g. Epiſcopum cum Prouinciali; Vicarium

Ar-

Digitized by Google

Archipresbyterum, Parochum cum Guardiano, & ſic de alijs, vt condignam pœnam reo imponat. *Pœnal. cap. 14. quæſt. 5. verſ. Reſpondeo tertio.*

9 Iudex enim Regularium eſſe non poteſt Eccleſiaſticus ſæcularis, ſub pœna priuationis, & nullitatis, vt ex multis Pontificibus conſtat; Nomine autem Regularium veniunt Monachi, Moniales, Nouitij, Conuerſi, & Tertiarij in Monaſterijs viuentes, licet eſſentialia vota non emittant, dummodo tamen Religionis ſuæ habitum deferant. *Pœnal. c. 18. q. 1.*

10 In omnibus cauſis contentioſis ſiue ordinarijs, ſiue extraordinarijs, ſcribam peritum, & fidelem aſſumat, quem Notarium ex indulto Apoſtolico creet, & ab eo fidelitatis iuramentum excipiat. *Pœnal. cap. 5. quæſt. 2. verſ. Tandem.* Quod ſi Iudex ſine Scriba ſua manu acta ſcribat, vel tale quid factum, vel fuiſſe dictum affirmet, nullus eſt proceſſus, quia iudici in tali caſu non creditur: Tabellioni verò ſe ſubſcribenti, ita creditur, vt duorum teſtium vim habeat. *ibidem.*

11 Vnde duo aſſeſſores ad excipienda dicta teſtium, & depoſitiones, nec Religioni honorificum, nec cauſis (vt plurimum) vtile euadit, in quibus ſilentium magis commendatur. *ibidem.*

12 Licet puniendus eſſet Iudex, qui negligit

git bonum publicum, non curando inquirere de delictis, ac etiam peccet mortaliter Superior, qui de graui delicto non velit inquirere, quia notabiliter ſuo muneri deeſt, non poteſt tamen Iudex procedere ex abrupto, nulla legitima præſumptione apparente, quia talis eſſet malitia, & animoſitas; vnde ſi rogaretur Superior ab aliquo, vt iret cum duobus teſtibus ad cellam alterius Religioſi, eum ſolum cum ſola reperturus, non tenetur tunc Superior, quia poſſet denunciator referre falſum, vel non inueniri, quod ſibi viſus eſt videre, & ſic Iudex vilipenderetur, quinnimò ſi hoc ageret, poſſet de imprudentia coargui; ſed poſſet obſeruare exitum, perſiſtendo circa cubiculum. *Pœn. cap.* 8. *q.* 12.

13 Formato proceſſu, etiam per inquiſitionem, & probato delicto, pœnam ordinariam, non ſalutarem pœnitentiam imponere debet. *Pænal. cap.* 10. *quæſt.* 2. *diffic.* 2. Poteſt tamen tunc inclinare ad opinionem probabilem mitiorem in caſtigando, relicta probabiliori. *Pænal. cap.* 8. *quæſt.* 7. *verſ. Reſpondeo de introducentibus.*

14 Quod ſi è contra, teſtem, vel reum iniuſtè torqueat, vel carceret, eſt ipſo facto excommunicatus per Canonem, *Si quis ſuadente*, &c. & ab officio deſtituendus, & ad id perpetuò inhabilis declarandus, ſeruata P. Generali

rali facultate eundem vlterius caſtigandi, iuxta qualitatem exceſſus; & depoſitio facta in tormentis nulla eſt. *Pœnal. cap.* 5. *quæſt.* 8. Vide *Carcer*. Poteſt tamen torquere reum, non requiſito accuſatore, ſi ſufficientem, & legitimam habeat cauſam ad torquendum. *Pœn. cap.* 5. *quæſt.* 4. *diffi.* 5.

15 Peccat tamen mortaliter Iudex, vel Superior, qui in punitione reorum, & carceratorum cuſtodia eſt nimis rigidus, vt ſi lucem ad horas canonicas recitandas, & libros ſpirituales legendos deneget; ſi humidis, & inhumanis carceribus includat; ſi vltra ſancitas regulas victus, nimia abſtinentia maceret. *Pœnal. cap.* 4. *quæſt.* 10. *in fine*. Iudex autem non eſt, qui mandati limites excedit, quia caret iuriſdictione, & quod agit non valet. *Pœnal. cap.* 10. *quæſt.* 2. *diff.* 7.

16 Abſoluere non poteſt accuſationem inceptam abſque conſenſu actoris, vel ſuperioris auctoritate: Actor verò ſine licentia ſuperioris retrocedere non poteſt; quia ex hoc pateretur bonum publicum, niſi propriam tantum proſequatur iniuriam, quia poteſt cedere iuri ſuo. *Pœn. cap.* 10. *quæſt.* 5.

17 Poteſt tamen ſtatuere parti terminum, quo tranſacto, amplius accuſare non poſſit, quia hoc attinet ad quietem Religionis; præcipere verò alicui, vt accuſet, omninò non poteſt,

teſt, nec compellere, vt aliquis ad probandum ſe obliget, licet ſubditus teneatur in crimine hæreſis, mortis, vel maximi damni in Conuentu, accuſare, vel denunciare, & etiam, quando ad hoc in viſitatione omnes adiguntur per obedientiam in communi à Viſitatore; ſi enim Iudex ſcit, delictum eſſe commiſſum, poteſt ex officio ſine accuſatore inquirere. *ibidem diffic.* 1.

18 Opponi Iudici non poteſt crimen, per quod repellatur à iudicando, niſi crimen infamatiuum, de quo damnatus ſit, & non reſtitutus, v. g. carnalitas, ſimonia, & huiuſmodi; hæc enim cum eum reddant infamem (ſiue ordinarius ſit Iudex, ſiue delegatus) ſtatim priuant officio. *Pænal. cap.* 10. *quæſt.* 2. *diff.* 4. Poteſt etiam recuſari Iudex, vt ſuſpectus, quia videlicet eſt inimicus, aut parti nimium coniunctus, & tunc ſi Iudex procedat in cauſa, acta ſunt nulla. *Pæn.cap.*1.*quæſt.*2.*verſ. Noto etiam*, *& verſ. Cauſas vrgentes*.

19 Difficilius autem recuſatur Iudex ordinarius, quam delegatus, quia cum ordinarius habeat à iure facultatem, non ita apparet euidens ratio diſſidentiæ. Aliud eſt autem recuſare Iudicem, aliud appellare à Iudicis ſententia. *Pænal. c.* 24. *q.* 5.

20 Cauſa autem recuſationis debet adduci coram ipſo Iudice, ſiue ſcripto, ſiue voce, & ap-

Digitized by Google

& approbari ab ipſo; ſi fuerit legitima, vt inimicitia, coniunctio cum parte contraria, quia reum extraiudicialiter grauauerit, aut recuſantem minatus fuerit, iuriſdictionem non ſeruauit, modum exceſſit, familiarem ſe nimium parti oſtendit, votum ſuum ad vnius fauorem declarauit, propter enim hæc à iudicando iure naturali repellitur. *Pœnal. cap. 1. q. 2. verſ. Cauſas vrgentes*. Si autem cauſa fuerit dubia, ab Arbitris debet examinari. *Pœn. c. 26. q. 5. verſ. Si incidenter*.

21 Quando Iudex ex ſtatutis damnare debet ad triremes illimitatè, non poteſt damnare ad eas pœnas perpetuò, quia vbi hæc pœnæ perpetuitas intenditur à ſtatutis, ibi adnotatur, ergo quando non limitat, arbitrio Iudicis, ſcilicet Prouincialis, & Diffinitorum ſimul durationem remittunt. *Pœnal. quæſt. 6. diffic. 3.*

22 Poteſt denique Iudex variare formam procedendi, etiam poſt inceptum proceſſum per viam accuſationis, & continuare illum per nobile officium Inquiſitionis, ſeu veriùs cumulare has formas ſimul, vt ſic examinentur teſtes per Inquiſitionem, quos accuſator non produxerat. *Pœnal. cap. 21. quæſt. 2. verſ. Circa nonum*.

23 Tenetur Iudex dare copiam actorum, requiſitus; quod ſi reus infra 30. dies acta tran-

tranſmitti, aut Apoſtolos non petit, cenſetur renunciaſſe iuri appellationis, & ſic interpretandum eſt ſtatutum Practicæ noſtræ Criminalis in hoc. *Pen.cap.26.quæſt.2.verſ. Tenetur*. Vide *Appellatio*.

24 Si autem appellationem iuſtam non admittat, in criminalibus deponitur; ſimiliter ſi acceptata appellatione procedat in cauſa, deponitur ab officio, & acta ſunt nulla. *Penal. cap. 26. quæſt. 5.* Prius tamen audiri debet Iudex à quo à Iudice ad quem, antequam ſententia reuocetur, vt eam tuendo, ſuum tueatur honorem, ſatis enim refert benè, vel malè audire de integritate, ac de ſcientia. *ibidem*.

25 Poteſt autem Iudex ad quem appellationis, videre principia cauſæ, & declarare, reum benè, vel malè appellaſſe, & licet ſit delegatus, & omnia facere poſſit in cauſa, quæ prius poterat facere Iudex à quo, quia ei ſuccedit in omnibus, tamen non licet vti verbis abſoluendi, vel condemnandi formaliter, ſed æquiualentibus. *Penal. cap. 7. caſu 16. diff. 6.* Quod ſi Iudex à quo appellationem admittat cum clauſula, *Si, & in quantum*, quam apponunt, ne incidant in pœnas, non intelligitur appellatio admiſſa ſimpliciter, ſed tantum ſi ſit legitima, & de iure, & interim Iudex ſi procedat, acta ſunt nulla, quia iuriſdictionem

nem

Digitized by Google

nem à ſe abdicare cenſetur. *Pęnal. cap. 26. q. 4. in fine.*

26 Debet tandem Iudex non ſolum iudicare ſecundum allegata, & probata, ſed & perpendere allegantias Aduocatorum, eorum defenſiones, & impugnationes examinare, etiam defectus ſupplere, & illorum allegantias cum iure conferendo (quæ ſine ſcientia præſtari non poſſunt, & tamen ſub mortali ſunt præſtanda) vnde ſaltem Doctores conſulere debet ne in adminiſtranda iuſtitia Deo offenſa, & proximo iniuria inferatur. *Pęnal. c. 1. q. 2. verſ. Reſpondeo non condemnarem.* Vide *Appellare. Accuſare.*

IVDICIVM.

1 Iudicium à citatione incipit, ideò ſemper citanda eſt pars, tam de iure naturali, quam de iure Diuino. *Pęnal. cap. 1. quæſt. 4.* Quapropter de occultis non iudicat Eccleſia, quia iudicium eſt actus intellectus ſcientiæ practicè, & in indiuiduo; ſed de occultis non poteſt eſſe cognitio practica: ergo &c. *Pen. c. 2. quæſt. 2.*

2 Iudicia autem publica dicuntur, quæ criminaliter ſunt, ad quorum vindictam quilibet de populo poteſt agere. *Pęnal. cap. 2. quæſt. 5.* *Seruare* verò tenemur in iudicijs quæ ſunt de iure naturali, & Diuino, quæ ſunt quatuor.

Digitized by Google

tuor. Primo, vt non procedatur niſi contra infamatum, vel accuſatum, vel denunciatum; ſecundo, vt teſtes examinentur cum iuramento; tertio, vt abſens vocetur; quarto, vt indefenſus non condemnetur, niſi fuerit contumax, licet poſſimus nos ex Apoſtolica conceſſione omittere in proceſſibus rimulas, ſolemnitates, accidentalia, & apices iuris, & ſeruatis eſſentialibus, procedere ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, & de plano. *Pgn. c. 1. q. 2.*

3 Vnde iuridicus modus non poteſt eſſe niſi triplex, ideſt per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem. *Conſtit. cap. 1. ſtat. 1. §. 11.* Vide *Carcer. Contumax. Citatio: Conuictus. Proceſſus.*

IVS.

Municipale noſtrum, ſunt noſtra ſtatuta Ordinis, & Prouinciarum, quorum ignorantia non præſumitur, niſi probetur. *Pgn. c. 6. quæſt. 2. diffic. 3.* Quæ in facti contingentia, ſecundum iuris communis diſpoſitionem interpretari, limitari, & intelligi debent. *Pgn. cap. 8. quæſt. 6. in fine.*

IVSTITIA.

Eſt perpetua, & conſtans voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens. *Conſt. cap. 8. ſtat. 67.*

IV-

Digitized by Google

IVVENES.

1 Profeſſi, præſertim Clerici, per biennium in eodem Nouitiatu, ſub eiuſdem Magiſtri diſciplina permaneant: ſi autem anguſtia loci non permittat, ad alium transferantur, vbi ſub eiſdem obſeruantijs vſque ad biennium perſeuerent. *Conſt. c. 2. ſtat. 46.*

2 Vnde in qualibet Prouincia, vnum, aut alterum Clericorum Seminarium institui debet, in quo linguæ latinæ rudimenta habentes, Religionique vtilitatem, & ſplendorem promittentes, collocentur: neque ab illo remoueri poſſunt abſque cauſa legitima. *ibidem ſtatut.* 47.

3 Quibus Iuuenibus Magiſter morum aſſignari debet ætate, eruditione, & probitate, grauis, Conuentuſque Vicarius, qui Chriſtianæ pietatis, ſacram ſcripturam, grammaticam, & cantum docere debeat. *ibidem*.

4 Tranſacto verò triennio iuxta ſingulorum ætatem, ac profectum, vel liberalibus diſciplinis, vel Conuentuum ſeruitio applicari poterunt. *ibidem ſtat.* 48.

5 Vt autem Iuuenes ſtudijs vacare poſſint, ab oneribus extra Conuentum, præter quæſtam vini, & frumenti, eximuntur. Tamen, quia pauperes ſunt, debent promiſſæ paupertati aſſueſcere, ne magnos per litteras effe-

ctos, pudeat poſtmodum mendicare. *ibidem ſtatut.* 50.

6 Qui præter diuinum officium, die noctuque perſoluendum in Eccleſia, orationem mentalem vnius horæ ſpatio, quotidie fiendam, ſeptem quoque Pſalmos Pœnitentiales recitare teneantur, iuxta laudabilem Religionis conſuetudinem. *ibidem ſtat.* 51.

7 Ad hoc, vt autem Seminarium præfatum ſubſtentari poſſit, debet Prouincia per contributionem annuam, vel per eleęmoſynarum applicationem inuigilare, quia qui ſentit commodum, debet & incommodum ſentire. *ibidem ſtat.* 52.

LABORARE.

1 poſſunt fratres, & facere opera manualia auctoritate Superioris, quæ Sindico tradantur, vt ex eis fratrum neceſſitatibus prouideat, ea diſtrahendo, vel vendendo &c. ſaluo ſemper, vt laborans, aut Conuentus, nullum ius in ijs habere oſtendat, & materia talis laboris poteſt eleęmoſynaliter peti; poſſunt enim hoc facere per laboritia ſpiritualia, vt per Miſſas, officia &c. ergo & per manualia. *Pęnal. cap.* 7. *caſu* 8. *diff.*4.

2 Quinimmò poteſt Superior concedere ſubdito, vt de laboritio ſubueniat neceſſitatibus eius parentū in ægeſtate redactorum. *ibid.*

Vn-

3 Vnde hæretici contra exempla Apoſtolorum, qui laboritio ſibi panem parabant, malè prohibent Religioſos ſuos laborare volentes, quod in Deo confidentiam habeant, & interim de alienis laboribus viuant. *Conſtit. cap. 5. ſtat. 1.*

4 Non tamen hinc ſequitur, vt omnes Regulares ad opera manualia teneantur, ſed ſolum qui laboritio ſpirituali non occupantur; qui enim prædicant, qui docent, & ſimilibus multo nobilius, & vtilius occupati, ad manualia non tenentur. Suſtentatur enim Reſpublica opere manuali per colonos, & artifices; opere ciuili per Iudices, & milites, & mercatores; opere ſpirituali per præceptores, ſacerdotes, concionatores &c. & ſic omnes ſuo modo laborant. *ibidem*:

LACERARE.

Lacerans, vel deturpans Cōſtitutiones Apoſtolicas, incurrit excommnnicationem maiorem; ſic enim deturpans ſtatuam Principis, Imagines Sanctorum, & eſt crimen læſæ Maieſtatis, quod punitur pœna mortis. *Conſt. c. 1. ſtat. 1. §. 10.*

LACTICINIA.

Admittuntur, & oua in ieiunijs, vbi ex conſuetudine, vel ex Superioris diſpenſatione ex-

Digitized by Google

tra Quadrageſimam conceduntur. *Conſt. c. 3. ſtat. 13. quæſt. 2.*

LAICI.

1 In anno nouitiatus cum ſolius Diffinitorij licentia ad clericalem ſtatum poſſunt promoueri; quando aut malè promouentur poſt profeſſionem, & ad ſtatum laicalem iterum reducuntur, eis clericale officium recitare, ex Apoſtolica Conſtitutione prohibetur. *Conſt. c. 2. ſtat. 24. 25.*

2 Quod itidem tenet, ſi laicus ſic à clericatu depoſitus, probata nullitate profeſſionis, ad ſæculum rediret; auctoritate enim Apoſtolica amiſit Ordinis ſacri dignitatem; & quia hoc eſt publicum, ab Epiſcopo non poteſt diſpenſari, ſed ſolum à Papa. *ibidem.*

3 Laborare tenetur in ſuis officijs, ad euitandum otium, animæ inimicum. *Conſt. c. 5. ſtatut. 1.* Quas pœnas incurrant otioſi. Vide *Otium.*

4 Radi debent vno digito ſuper aures. *Conſt. c. 2. ſtat. 78.*

5 Recipi non poſſunt ad Ordinem, niſi 20. annos ætatis habeant, & 30. non exceſſerint, quia in hac ætate ſunt homines ſufficientes, maximè ad labores, ad quos recipiuntur laici. *ibid. c. 2. ſtat. 1. 5. 9.*

6 Poſſunt tamen ex quatuor cauſis diſpenſari.

Digitized by Google

ſari. Prima ad tollendam particularem alicuius damnationis occaſionem: ſecunda ob ſpecialem Religionis vtilitatem: tertia ob ædificationem aliorum, qui ex conuerſione aliquorum exceptuatorum compunguntur: quarta ob importunitatem,& auctoritatem illos commendantium. *ibidem*.

7 Ipſi autem Laici, ac etiam Clerici, nondum ſacris Ordinibus inſigniti, priuari actibus legitimis non poſſunt, quia nec habere eos poſſunt; priuatio autem ſupponit habitum aliquo modo laici enim nec Generales, nec Prouinciales, nec Guardiani, Prædicatores, aut Lectores, aut huiuſmodi eſſe poſſunt. Vnde nec legitur eos vnquam fuiſſe Miniſtros, Guardiani verò eſſe poſſunt ex conſuetudine noſtræ Religionis ob paucitatem Sacerdotum initio Religionis & ex illorum humilitate, qui nolebant alij præeſſe, & coacti erant inuenire aliquem, etiam ex laicis, qui regere vellet: non enim de iure fuerunt, quia in electionibus decernitur in iure, eſſe debere ſaltem Subdiaconos. *Pgnal. cap. 3. quæſt. 2. diffic. 9.*

Largitio munerum. Vide *Caſus reſerv. num. 13.*

LATRO

Famoſus dicitur; qui atrox, & enorme fur-

tum vna vice commiſit, vel furta modica; ſaltem ter replicauit, quod enim in ſe modicum erat, replicatione malignatur, & talis in tertio furto de primo, & ſecundo punitur vt latro famoſus, licet de ijs iam punitus ſit, vel abſolutus ex gratia; tunc enim puniuntur potius frequentia, & conſuetudo furandi, quam ipſa furta punita, vel condonata. *Pœnal. c. 4. q. 4.* Vide *Carcer. num. 32.*

LAVARE.

Hoſpitibus benignè receptis pedes, cum pſalmis, & hymnis humiliter, & charitatiuè lauare tenentur fratres, & in hoc defectuoſos Superiores locales, Prouinciales officio, & ſuffragiorum iure triennio deſtituant: ad exemplum enim Chriſti, qui lauit Diſcipulorum pedes, alter alterius pedes lauare debemus. *Conſt. cap. 6. ſtat. 5.*

LÆCTIO.

1 Sacræ Scripturæ, vel Caſuum conſcientiæ bis in hebdomada in ſingulis Conuentibus habenda præcipitur, per Decretum Clement. VIII. eo quia talis ſcientia, quæ de moribus, & conſcientiæ caſibus agit, neceſſaria ſit, non ſolum Paſtoribus, ac Theologis, verum etiam ipſis iuris peritis; Hinc Prælati grauiter peccant, ſi in aliquibus ſaltem Prouin-

uinciæ Conuentibus Caſuum Conſcientiæ le-ctūras non inſtituunt. *Conſt. c. 6. ſtat. 6.*

2 Scoti lectio eſt maximè vtilis ad acuendum intellectum, ad indagandam veritatem, & difficultates enodandas, ad animandas, & (vt ita dicam) viuificandas Scholas, inter quas Subtiliſſimi nomen adeptus eſt. *Conſt. cap. 5. ſtat. 10. quæſt. 1.*

3 Eius doctrina alijs præeminet, non in ordine, claritate, vel facilitate, ſed in ſubtilitate, acumine, & inſtrumentis ad indagandam veritatem, & aduerſarios deijciendos. Ad quam explicandam alij ſcriptis, alij textualiter tradiderunt. *ibid.*

4 Et cum eius doctrina ſit adeò ſubtilis, certum eſt, bonum Lectorem non debere docere tantùm ſolam doctrinam Scoti, ſed addere moderniorum ſpeculationes, Patrum, Conciliorumque ſententias, niſi enim hæc præſtet, ieiunus nimis, & ſiccus euadet. *ibidem reſp. 2.*

5 Omnes tamen fatentur, ſummam D. Thomæ verè eſſe Angelicam in claritate, facilitate, & ordine, quæ ſine alia mutatione litteraliter tradi poſſet; attamen non in nudo textu, ſed ſcriptis prout eiuſdem profeſſores docent. *ibidem q. 2. verſ. Quarto.*

6 An autem in Schola dictari debeat lectio, an verò anticipatè, vel poſt à ſcholaribus

Digitized by Google

ſcribi, Lectorum arbitrio relinquendo eſt. *ibidem*.

7 Religio Franciſcana tandem non iurat, nec iurauit Scoti Sententiam ſequi, ſicut facit Prædicatorum Familia. Et quamuis ex præcepto, & peccato Scoti præfati doctrinam ſequi non teneamur tamen ex decentia, illius mentem, & ſententiam tueri, nec ab illis reſilire debemus. *ibidem q. 3. reſp. 2.*

LECTORES.

Curſum Logicæ, & Philoſophiæ triennio, curſum verò Thologicum ex quatuor libris Scoti quadriennio abſoluant; nec legere Theologiam poſſunt, niſi completa Philoſophia, immò nec Philoſophiam, niſi diſputato publicè curſu theologico, & inter alia per ſuorum Lectorum, & Examinatorum litteras teſtimoniales idoneus iudicetur; & probitate, ac exemplaritate vitæ debent inſuper emicare, vt & verbo & exemplo doceant, & intellectum ſimul, & voluntatem benè informent. Superiores verò, qui incapacibus lecturas concedunt, peccant mortaliter, & de iuſtitia tenentur ad omnia damna, quæ inde Religioni obueniunt. *Conſtit. cap. 5. ſtat. 11. & 12. per totum*.

2 A Choro ſunt exempti Lectores, & Concionatores per Decretum Clem. VIII. ſtudium

enim,

enim, & prædicatio Chori cantum excedit; *ibidem ſtat. 7.* Quod intelligitur non tantùm in actuali lectura, & concione; hoc enim eſſet ſuperfluum, cum Choro, & lecturæ nemo ſimul adeſſe valeat, ſed pro toto tempore lecturæ, & prædicationis, etiam dum licitis animi laxationibus vacant, dummodo notabiliter otioſi non ſint, aut longiſſimum intermedium non interponant, vt tempore æſtatis, & baccanalij; tunc enim nec priuilegio in foro fori debent gaudere, nec in conſcientia à decreto Clem. VIII. ſunt exempti. *Conſt. c. 3. ſtat. 3. verſ. Facit tamen.* Vide *Exemptio*.

3 Lectores Iubilati priuilegijs omnibus gaudent, quibus illi, qui Miniſtratus officio functi ſunt, ex Conſtitut. noſtris, & Decret. Clem. VIII. & Vrbani VIII. *Cum ſicut accepimus. Conſt. cap. 5. ſtat. 12. quæſt. 1.* Modò per conditiones ibi aſſignatas iubilentur, & hoc eſt maximè rationi conſentaneum; *Honor enim eſt reuerentia virtuti debita*: honorare ergo maximè decet virtute præditos, qui Religioni ſplendorem, & Eccleſiæ ornamenta, & fulcimenta miniſtrant, quod Pater S. Franciſcus ordinauit in ſuo teſtamento; non enim hęc Iubilatio ſuperbiæ fomenta, ſed virtutis ex animo amplectendæ incitamenta (magis Miniſtriatus officium) miniſtrat. *ibidem*.

4 Conditiones autem Lectoris ſunt iſtæ, vt

vt prius tribus annis in Logica, & Philoſophia exactis, decem continuos ſine interpolatione Aduentus, & Quadrageſimæ, in Conuentibus ad hoc ſpecialiter in Capitulo, vel Congregatione Generali deputatis, Theologiam docuerit. Singulis autem annis de aſſiduitate lectionum debet habere publicas, & authenticas, & iuratas atteſtationes à Guardiano, vel Superiore Conuentus, & Diſcretis ſubſcriptas, ac ſigillo Conuentus obſignatas, quæ in Archiuio aſſeruntur, & copia authentica Lectori conſignetur. *ibidem quæſt.* 2. *&* 14. Quæ tandem, finita lectura totali, rurſus à Prouinciali conficiatur, & ad Generalem Superiorem tranſmittatur. *ibidem*.

5 Si autem Logicam non legerit, ſed triennio Philoſophiam, aut tantùm tredicim annos continuos ſolam Theologiam Iubilationi non officit, immò hoc dignius eſt, Religio enim præmiare virtutis exercitium intendit, in ordine ad eiuſdem Religionis ſeruitium. *ibidem quæſt* 3.

6 Anni debent eſſe integri, vt per maiorem ſcilicet partem anni legatur, ſeptem ſcilicet menſibus. *ibidem quæſt*.4. Infirmitas ergo breuis aliquorum dierum, vel menſium, iubilationi non officeret, benè quidem per annum, vel annos protracta, Iubilatio enim datur ex cauſa lecturæ præſtitæ, & præfinitæ. *ibidem q*.5.

Qua-

Digitized by Google

7 Quare hic non admittitur interpolatio pro concionibus Aduentus, aut Quadrageſimæ, nec pro Guardianatu obeundo, aut Commiſſariatu, etiam ſi ad hæc à Generali deſtinaretur, quia Generalis non poteſt circa Decretum Iubilationis aliquid innouare. *ibidem quæſt.* 5. 6. Interpolatio autem duorum annorum prorogatione ſanari poteſt. *ibidem q.* 14. Iubilati ergo, vel Iubilandi contra hanc formam, priuilegio non gaudent, quia eorum Iubilationem Decretum Vrbani VIII. irritam declarat. *ibidem q.* 7.

8 Si autem non ſeruarentur modus, & forma atteſtationis præceptæ, puta ſi non ſubſcriberetur à Guardiano, vel ab omnibus Diſcretis; ſi non muniretur ſigillo, ſi non ſeruaretur in Archiuio, ſi non fieret quolibet anno, ſed ſolum quolibet triennio, non vitiat Iubilationem, quia ſufficeret etiam, quod Guardiani, & Diſcreti iurarent, aliquem legiſſe ſtatutis temporibus; & ſi tales Guardiani, vel Diſcreti eſſent mortui, ſufficit atteſtatio fratrum conuiuentium cum Lectore, & quod de lectura teſtentur. Si verò accidat caſus, quod Guardianus, vel aliquis Diſcretorum nollet obſignare atteſtationem, & hoc ex malo animo, tunc recurri debet ad Superiorem Generalem, vel Prouincialem, qui alijs ſcientibus illam atteſtationem ſignandam committere debet,

dari

dari enim debet remedium contra fraudes, tam ad fauorem Religionis, quam Iubilandorum. *Conſt. cap. 5. ſtat. 12. quæſt. 8.*

9 Iubilandi autem ſi ſunt extra Prouinciam, & legunt in ſtudijs generalibus, Iubilationem à P. Generali obtinere debent, vt in ſua poſtmodum Prouincia teſtatum faciat exactum laborem, & eius premium; non enim poteſt ſua Prouincia (apud quam Iubilationis honore gaudere debet) iudicium ferre ſuper lectura exacta in aliena Prouincia, quia Prouincialis, vel Capitulum Prouinciale non eſt Iudex ſuper atteſtationibus alterius Prouinciæ. *Conſt. cap. 5. ſtat. 12. quæſt. 13.*

LEGATVM.

1 *Eſt quædam donatio gratis relicta ab hærede præſtanda. Pœn. cap. 4. quæſt. 2. verſ. Circa decimum, diff. 1. Et probibetur ſub pœna proprietatis procurare ſibi, vel Religioni legata temporalia; vel perpetua, & ea exigere, vel recipere, niſi per modum eleemoſynæ ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, Prouinciali reſeruatæ, & priuationis omnium Ordinis officiorum, & carceris arbitrio Prouincialis*, cuius arbitrij pœna debet eſſe minor illa, quæ proprietarijs datur. *Pœnal. cap. 7. caſu 16. diff. 1.*

2 Ad ea autem ſoluenda tenentur in conſcientia hæredes, & compelli poſſunt & debent

à Iu-

Digitized by Google

à Iudice, non tamen ad requiſitionem fratrum; talia enim legata rationem redditus habent, & inter bona immobilia computantur; vnde paupertati eſſentialiter repugnant. Nec valet ea quærere nomine Sanctæ Sedis, quia talia in ſe non acceptare declarauit Nicol. III. *Exijt*, & Clem. *Exiui de verb. ſignif. 6. ibid.*

3 Ideò Conuentualibus per hoc fuit conceſſa proprietas in communi, *Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de regul.* quia vidit, alio modo non poſſe ſaluari conſcientiam, & Regulam. *Pęn. cap. 26. diff. 1. in fine, & cap. 4. quæſt. 2. verſ. Circa decimum diff. 1.*

4 Poſſunt tamen fratres monere hæredes, & Iudices, vt ſuo muneri, & conſcientiæ ſatisfaciant, non tamen ciuiliter agere. *Pęnal. cap. 7. caſu 16. diff. 2.* Vnde fratrem aliquem in procuratorem inſtituere ad legata ciuiliter exigenda prohibetur, non tamen eleęmoſynaliter. *Pęnal cap. 4. quæſt. 1. pag. 148.*

5 Legata autem etiam perpetua facta Terræ Sanctæ poſſunt acceptari, quia hæc non reſpiciunt vitam fratrum immediatè, ſed manutentionem ſacrorum locorum. *Conſt. cap. 12. ſtat. 5. quæſt. 5.* Vide *Proprietas*.

LEGITIME.

Eſt particula importans modum iuridicum, & iuris ordinem: *Conſt. cap. 8. ſtat. 67.* legi-

timè

timè ergo conſtare dicitur aliquid, quando plenariè, & non ſummariè probatum eſt. *Pœnal. cap. 8. quæſt. 7.* Legitimè conuictus dicitur, quando per duos teſtes conteſtes, vel aliquid illi æquiualens, quia legitimè factum, cenſetur factum iuris ordine ſeruato, & legitimè probatum debet eſſe probatum per plenam probationem, non autem priuilegiatam, aut per iuramentum. *Pœnal cap. 13. quæſt. 2. reſp. 4.*

LEX.

1 Eſt quædam recti præceptio, prauique depulſio, quam D. Thom. appellat menſuram, & regulam actuum agendorum, & omittendorum. *Conſt. c. 12. ſtat. 12. quæſt. vlt.*

2 Legum verò multitudo non eſt per ſe laudanda; quia confuſionem generat, inobſeruantiam oſtendit, & ignorantiam fouet, ſed ſuadente neceſſitate non erit vitioſa: Legum etiam mutatio ob morum mutationem poteſt eſſe aliquando vtilis, attamen nihil eſt communiter legum mutatione peius, propter allatas ſibi rationes. *ibidem.*

3 Lex autem pœnalis ſecundum noſtra ſtatuta non obligat ad peccatum mortale. *Conſt. cap. 3. quæſt. 3.* Immò generaliter leges Minorum pœnales non obligant in conſcientia, niſi poſt ſententiam, & delicti declarationem,

quia

quia leges noſtræ omnes ſunt reſoluendæ in comminatorias, non in fulminatorias, licet ſæpius ad terrorem, & demonſtrandam delicti grauitatem per verba fulminatoria pronuncientur. *Pęn. c.2. q. 2. verſ. Sed hac quæſtione*. Vide *Conſtitutio*.

4 Lex debet eſſe honeſta iuſta, poſſibilis ſecundùm naturam, & conſuetudinem patriæ, loci temporis, locoque conueniens, & manifeſta. Si autem ſit inhumana, idem eſt, quod iniqua, leges enim ſunt ad conſeruationem, non in deſtructionem. *Pęnal. cap. 2. quæſt. 2.*

5 Quando autem lex vniuerſaliter, & ſine reſtrictione loquitur, vniuerſaliter quoque intelligenda eſt, eo vel maximè cum ſit eadem ratio de omnibus. *Ibidem cap. 5. quæſt. 3.* Si autem dubia lex, vna per aliam declarari debet, quia in his completur mens Legiſlatoris. *Ibidem quæſt. 6.*

LIBELLVS.

1 Famoſus eſt ſignum, vel ſcriptura, occultam alicuius infamiam continens, publicata, vt neſcientibus innoteſcat. *Pœnal. c. 12. quæſt. 1.* Hinc de eſſentia libelli eſt, vt contineat infamiam, quæ non ſit notoria, antequam libellus componeretur, & exponeretur, fiatque publica per libelli diuulgationem.

Nec

Nec eſt neceſsè, vt ſcriptura fiat, dummodo diuulgetur aliquod ſignum, talem infamiam continens, nam poteſt etiam fieri ſigno aliquo materiali, v. g. apponendo aliquod ſignum infamatorium, ſcilicet pudenda, cornua &c. domui, ianuæ &c. alicuius. *ibidem quæſt.* 2.

2 Sic etiam eſt libellus famoſus ſcriptura anonima, ideſt non ſubſcripta ab Auctore, continens ſecretum peccatum alicuius, & proiecta in habitationem Iudicis, vt inde Iudex capiat occaſionem inquirendi de tali delicto occulto, licet Iudex in conſcientia ſic inquirere ex virtute talis libelli non poſſit, etiamſi ibi citentur teſtes, vltra quod ſic inquirens nullitatem facit. *ibidem.*

3 Contra Religiones Prædicatorum (ideſt Sancti Dominici) & Minorum Sancti Franciſci (non contra Religioſum aliquem particularem) componens, aut publicans libellos famoſos, incidit in excommunicationem latæ ſententiæ reſeruatam Papæ, ex Bonifacio VIII. Eugenio IV. & Alexandro IV. *Pœnal. cap.* 12. *quæſt.* 7. *Reſp.* 4.

4 *Qui autem Religioſos tacito, vel falſo nomine libellum famoſum dictauerit, ſcripſerit, compoſuerit, quouis modo expoſuerit in alicuius infamiam, etiam ſæcularis, vel Religioſi de alio Ordine, ipſo facto excommunicationis ſententiam incur-*

incurrit, quæ infamia ſi contra Generalem, aut Prouincialem ſit, à ſolo Generali, aut de eius mandato abſolui poſſit; ſi ſit contra alios, à ſolo Prouinciali, ſed ſatisfactione præmiſſa (quæ eſſe debet per contrarium libellum) prudentis Confeſſarij arbitrio. Conuictus verò carceretur Superioris arbitrio. Pœn. c. 12. in principio, & q. 11.

5 Quod arbitrium ad Generalem attinet in libello contra ſe ipſum, vel contra Prouincialem: Ad Prouincialem, ſi ſit contra alios, & generaliter ex grauitate infamiæ, vel infamati, debet carcer extendi ad annum, vel ad plures annos, adhibitis etiam alijs pœnitentijs, quæ per iniunctam carcerationem non excluduntur, grauiſſimum enim eſt hoc delictum, cui in legibus ciuilibus pœna mortis erat determinata. *Pœn. c. 12. q. 7. verſ. Reſpondeo ſuper carceratione.*

6 Non fit autem auctor libelli famoſi reus pœnarum in nullo foro, ſi quouis modo id accidat, eius publicatio impediatur, completur enim crimen libelli famoſi in ſola expoſitione, vnde ſi vnus eum inueniat, legat, & comburat, & alijs non manifeſtat, author liberatur à crimine, immò niſi ſequatur infamia, non poteſt libellator puniri pœna ordinaria. *Pœn. c. 12. q. 3. & q. 10.*

7 Dicitur autem libellator famoſus, qui ſic publicaret crimen alicuius hic occultum,

Digitized by Google

aut totaliter obliuioni datum ,alibi autem publicum , qnia de facto offenſus hic poſſidet bonam famam , etiam qui publicaret defectum, alicuius naturalem occultum , ex quo infamia oriatur , v. g. ſpurietas , aut origo ex hebræis , & huiuſmodi , non autem ſi publicaret crimen publicum , licèt enim peccet ex alio capite , non tamen contra iuſtitiam , quia criminoſus ius famæ perdidit. *Pœn. c. 12. q. 4.*

8 Libellus famoſus publicè , & coram aliquibus repertus, non debet lacerari, ſed ad Iudicem deferri , quia ex publicatione iam facta, tranſiuit in Iudicem ius procedendi contra, delictum publicatum ; qui autem lacerat , impedit Iudicis proceſſum , deficiente corpore, delicti,& præſumitur lacerans auctor, tanquam qui timuit puniri: leges enim præcipientes corruptionem , & conſumptionem , loquuntur de libellis ſecretò inuentis, & nondum publicatis. *Pœn. c. 12. q. 5. diff. 1.*

9 Si autem ſecretò inueniat libellum debet eum comburere ; vel alio modo diſſoluere, poteſt tamen eum legere , & per aliquam moram retinere ipsũ tamen committit ſe periculo ſubeundi pœnas , ſi talis libellus famoſus apud ipſum reperiatur,quia præſumitur auctor eiuſdem , & ſuum erit probare cauſam rationabilem excuſantem à pœna . *Pœn. c. 12. q. 5.*

10 Excuſaretur tamen inuentor libelli , ſi illum

illum publicaret per ſimplicitatem, & non ex dolo, vt ſi quis audiret, vel inueniret ſcriptum, in quo contineretur cantilena aliqua peregrinę conceptionis, vel mordacitatis, & delectaretur non de infamia, ſe de modo compoſitionis, diceretque amico, hoc autem eſſet ſine dolo, & ſolùm ob curioſitatem, vel leuitatem illius dicteriæ, quæ *Paſquinate*, aut *Motti* appellantur. *Ibidem q.5. in fine.*

11 Compræhenduntur etiam in pœnis libellos fabricantium, complices quomodocũq; concurrant, ſcilicet dictantes, ſcribentes, vel fieri mandantes, inducentes, conſulentes, proijcientes, exponentes, vel publicantes. *ibidem q. 6.* Quæ publicatio non eſt neceſsè, quod fiat coram populo, vel maiori parte, ſed ſufficit, quod ſucceſſiuè veniat ad notitiam totius populi, vel illius maioris partis, vt v. g. vnus rapit, & dicit alteri, & ille ſecundus dicit tertio, & ſic de ſingulis. Tamen non euadit caſus, ſi non peruenit ad notitiam maioris partis Vici, Conuentus, vel populi, ſicut in rebus venereis non euadit caſus reſeruatus, ſi non ſit opere conſummatus. *Ibidem q.10.*

12 Incurrit etiã has pœnas libellator, etiam ſi crimen appoſitum in libellos velit probare, quia hic modus procedendi contra crimina, eſt iniurioſus Religioni, & alij modi ſuppetunt à iure approbati. *Pœn. c. 12. q. 7. verſ. Reſpond. cũ Silu.*

LIBERARE.

1 Qui poteſt Clericum liberare à percuſſione, & non liberat; eſt excommunicatus. Sic Guardianus, aut alius, qui ex officio debet, & poteſt impedire rebellionem contra Commiſſarium, ſed ex leui timore, vel negligentia non impedit, puniendus eſt, vt conſentiens rebellioni. *Pœn. c. 6. q. 5.*

2 Liberatum à triremibus recipere. Vide *Triremis*.

Libri Diuinatorij, & Prohibiti.

1 Sunt libri Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, & Mecromantiæ, ideſt Diuinationis per terram, aquam, aerem, ignem. Chyros enim manum, Necros mortuum ſignificat. Qui libri prohibētur omninò, etiam manuſcripti, & libri continentes incantationes ad amorem, inuocationes Dæmonum, abuſus Sacramentorum, Sacramentalium, rerum ſacrarum, & benedictarum, remedia ſuperſtitioſa infirmitatum, ad theſauros inueniendos, ſeu quæuis ſortilegia (non tamen libri, qui tractant de phyſonomia, quæ eſt viſus contemplatio, nec de Methopoſcopia, quæ eſt inſpectio linearum frontis) & tradi Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinarijs infra 24. horas, poſtquam eos habuerint, omninò iubentur. Contrafacientes, aut eos non denunciantes in-

Digitized by Google

ſra 24. horas, excommunicationem maiorem ipſo facto Inquiſitoribus reſeruatam, & priuationem omnium officiorum, & actuum legitimorum, & inhabilitatem perpetuam ad illa, & alia omnia, & per decennium, carcerem, aut triremes, & alias pœnas arbitrio DD. Cardinalium incurrunt: *Pœn. c.* 22. *concl.* 8.

2 Libros prohibitos recipere à pœnitente in confeſſione poſſunt Confeſſarij, immò aliquando debent, vt opportunè Inquiſitoribus, vel Ordinarijs conſignent. *Pœn. c.* 7. *quæſt.* 4. *diff.* 3.

LICENTIA.

1 Interpretatiua, ſeu præſumpta, aut tacita eſt, quæ non petitur expreſsè, ſed ſi peteretur à Superiore concederetur. Hæc non ſufficit, vt Religioſus poſſit exire à Conuentu, quia requiritur expreſſa per *Clem.*VIII.niſi in grauiſſimo caſu vtendum eſſet Epicheia, vt in incendio inſtante alicuius morte ſine confeſſione, & huiuſmodi. *Pœn. c.* 9. *q.*1.

2 Generaliter autem non ſufficit licentia tacita, aut interpretatiua, vbi expreſſa, & cum effectu requiritur, præſumptio enim cadere non poteſt, vbi à lege expreſsè intenditur *Pœn. c.* 13. *q.* 10. *reſp.* 2.

3 Licentia reſpondendi Prælato corrigenti in Communitate fratrum, debet eſſe expreſſa, non præſumpta, & eam Prælatus non tenetur

concedere, ſed poteſt ex æquitate, quia aliàs ſubditus poſſet præſumere, vel eo inuito ſibi arrogare, & ſic rueret manutentio ſuperioritatis. *ibidem reſp.3.*

4 Licentia fabricandi. Vide *Fabricare*. *Guardianus*.

5 Licentia colloquendi cum Monialibus quæcumque illæ ſint, non poteſt concedi Regularibus, niſi ab Epiſcopo, quater in anno ad ſũmum in ſcriptis, dummodo ſint conſanguinei in primo, vel ſecundo gradu: Quæ licentia regiſtrari debet in Cancellaria, nec poteſt exerceri tempore Quadrageſimæ, Aduentus, fer. 6. Sabbatho, vigilijs, & diebus feſtiuis, *ex decreto Sac. Cong. 1623. Kal. Decembris. Conſt. c. 11. ſtat. 7. concl. 1.*

6 Superiores verò Regulares pro cauſis publicis Monaſterij ſibi ſubiecti alloqui eas poſſunt, & alloquendi ſuis ſubditis licentiam concedere, non verò pro cauſis priuatis. *ibidem quæſt. 2.*

7 Licentiam verò ingrediendi Monaſteria pro cauſis neceſſarijs dare. Vide *Clauſura Monialium*.

8 Licentiam Regularibus tranſeundi ad arctiorem non poteſt concedere, niſi ille, qui poteſt ad Religionem recipere, quia recipere, & dimittere, debent ad eandem auctoritatem pertinere. Licentiatus autem non poteſt recipi

poſtea

Digitized by Google

poſtea in arctiori, niſi ab eius Generali, *Conſt. cap. 2. ſtat. 5.*

Licentiam habens exeundi à Prouincia. Vide *Obedientia*.

LIGARE.

Ligatus matrimonio rato, ſed non conſummato, poteſt ſine licentia vxoris ingredi Religionem, & profeſſionem in ea emittere, iuxta *Concil. Trid. ſeſſ.* 22. quæ relaxatio indiſſolubilitatis matrimonij ſecundum Scotum inducta eſt à Chriſto poſt indiſſolubilitatem ab eodem præceptam in lege Euangelica. *Conſt. c. 2. ſtat. 1. §. 2.*

LITTERAE.

1 Litteras fingens Viſitator, dicendo; Miniſter Generalis, vel Protector præcipit, vt fiat talis Prouincialis, vel Guardianus &c. Vide *Electio n. 23. Subornatio.*

2 Litteras fautrices pro obtinendis officijs in Religione procurantes extra Religionẽ, non incurrunt excommunicationem, & alias pœnas, ſi eas non preſentent, quia penalia cum effectu ſecuto intelliguntur. *Conſt. c. 8. ſtat. 67. concl. 3. prope finem.* Vide *Fauores n. 4.*

3 Litteris Prælatorum in graue alterius præiudicium, non eſt indifferenter credendum, v. g. ſi Prouincialis teſtaretur per ſcripturam

 ſigil-

ſigillatam ad Generalem, quod talis Religioſus in ſua Prouincia commiſit tale crimen, non facit niſi ſemiplenam probationem, quæ per contrarias probationes elidi poteſt, quia ibi ſolum ſuam voluntatem declarat, non alienã, quod attinet ad officium tabellionis, & ad perſonam, quæ agat vt perſona publica, qualis in ſupradicto caſu non eſt Prouincialis. *Pæn. c.1. dub. 2. verſ. Ex quo.*

4 Litterarum falſificatores, & eorum pęna. Vide *Falſum*. *Caſus reſeru. n.* 15. & 16.

5 Ad has pœnas incurrendas dolus requiritur, & ſic ignorantia, & confidentia excuſant. Deſtruere verò eſt eas adijcere, eo modo, vt legi amplius non poſſint. *Impedire* eſt retinere, vt ad finem prætenſum quoquo modo peruenire non poſſint, aperitio enim ſimplicem legendi curioſitatem includit, dummodo non fiat malitiosè, quia ſibi ius arrogat diſponendi de Prælatorum litteris. *ibidem q.6.* Comprænhenduntur etiam in hoc ſtatuto litteræ, quæ à ſæcularibus ad Prælatos Ordinis, & è contra demandantur. *ibidem q.* 7.

LOQVI.

1 Cum Monialibus loqui, quæcumque illę ſint, ſiue nobis, ſiue Ordinario ſint ſubiectæ, interdicitur Regularibus, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymit. ſub pœna excommunicationis

latæ

latæ ſententiæ, & priuationis ipſo facto perpetuæ vocis actiuæ,& paſſiuæ, ac inhabilitatis itẽ perpetuæ ad omnia Ordinis officia: *vt ſupra in verb. Licentia n.* 4.

2 Quæ pœnæ non incurruntur à Monialibus, quia de ijs non fit mentio, ſed latæ ſunt contra loquentes, & accedentes ad ipſas *Conſt. c.* 11. *ſtat.* 7. *concl.* 1. Peccant etiam mortaliter, ex declaratione Sacræ Congreg. *ibidem q.* 1. & etiam ipſæ Moniales, quia cooperantur aliorum malis *ibidem q.* 5.

3 Non incurrunt autem in pœnas illas, qui per interpoſitam perſonam colloquuntur, quia hic caſus in prohibitione non explicatur. *ibidem q.* 1. *verſ. Loqui autem*, Nec ſi modico tempore, v. g. per vnum *Miſerere* duret collocutio vrbanitatis cauſa. *ibidem q.* 1.

4 Incurrunt autem illas pœnas Religioſi, licèt non loquantur cum Monialibus, ſed cum mulieribus, quæ in clauſura morantur, non verò ſi ſunt mulieres habitantes ſimul *ibidem quæſt.* 8. Hæ verò pœnæ non incurruntur, niſi poſt ſententiam declaratiuam delicti. *ibidem quæſt.* 4.

5 Non poteſt punire Epiſcopus, licèt Religioſum in collocutorio inuenerit, niſi actu colloquentem inueniat, quia ex Decreto non datur illi facultas inquirendi, ſed actu colloquentes puniendi. *ibidem q.* 3.

LVDERE, LVDVS.

1 Ludi omnes, qui ſorti, & fortunæ innituntur (non quæ viribus, & ingenio) vt ſunt aleæ, taxilli, tali, teſſeræ, & tabulæ omninò prohibentur ſub mortali Regularibus, tam per ſe, quam per accidens, ſcilicet ob mal a ex eis emanantia, maximè blaſphemias, temporis iacturam. *Pæn. c. 20. q. 1.*

2 Alij autem ludi conceduntur aliquando etiam ſcacchi ad animi exalationem, ſi autem ex conſuetudine, & vitio frequententur, etiam puniri poſſunt, quia etiam permiſſa vitiantur per malas circumſtantias. *ibidem q. 3. in fine.*

3 Punitio luſorum eſt priuatio officiorum,& vlterius pœna carceris arbitrarij. *ibid. q. 1.* Poſſunt etiam ex æquo puniri luſoribus aſſiſtentes, & illi, apud quos aleæ, vel taxilli reperirentur, quia eſt ordinatum totum ad ludum,& nimis dedecet Religioſos, & præcipuè Franciſcanos. *ibidem q. 2. reſp. 5.*

4 Non incurrit verò has pœnas, qui parũ, non cum ſcandalo, aut auiditate lucri luderet; hinc frater ludens cum aliquo Prælato, aut Principe familiari, quique Religionis auctoritatem probè noſſet, illeque optaret fratrem animi gratia ſine iactura, vel lucro, niſi oratiunculas, & preces exponeret, ſecum colludere,poſſet id ſine peccato facere. Et idem dic

de

de luſoribus pœnam ignorantibus. *ibidem q. 2. reſp. 3.*

5 Hæ autem pęnæ poſſunt, immò debent augeri ex grauitate delicti, vt ſi cum proprietate, aut cum ſcandalo ludus coniungeretur; arbitrariè etiam eſſet puniendus, qui ludis licitis, ſed vltra terminos regularis recreationis, ſępius, vel cum ſcandalo luderet. *ibid. q. 3. in fin.*

6 Tenetur tandem reſtituere etiam poſt 50. annos, quicumque in ludo aliquid à Regularibus, aut filijs familias ſeruis lucratus eſt, adeò vt non currat præſcriptio longiſſimi tẽporis, & hoc in vtroque foro, quia tales perdentes non habent dominium rerum *ibidem q. 1. diffic. 2.* Quapropter contractus celebrati inter ludentes, non valent. *ibidem.*

7 Ludere ludis prohibitis, eſt regulariter peccatum mortale ex ſuperiùs dictis. Dixi *regulariter*, quia tales culpæ non inueniuntur in ludis conceſſis, non in ijs, vbi non adeſt periculum talium peccatorum, non vbi conſuetudo abrogauit pęnas ciuiles, vel canonicas, non vbi fiat animi gratia ad refocillandas vires, ac priuatim, & ſine ſcandalo, & non ſubſit auiditas lucri. *ibidem diff. 2.* Nam Franciſcanus ludens ſine nummis, & ſine ſcandalo, ac non frequenter, non peccaret mortaliter, eo quod aleator, ſeu luſor dicatur, qui frequenter ludum exercet. *ibidem q. 2. reſp. 3.*

MA-

Digitized by Google

MACHINATIO.

1 Eſt imaginatio, ſeu inuentio ad faciendum malum, quia licèt aliquando poſſit accipi in bonam partem, tamen ferè ſemper accipitur in malam. *Conſt. cap. 7. ſtat. 5.* Vide *Caſus n. 18.*

2 Machinatus autem ad dandum alicui venenum, punitur, ac ſi venenum dediſſet. *Pœn. c. 14. q. 7. reſp. 3.* Vide *Conſpirator. Percuſſio.*

MAGISTER.

1 Dicitur ille, qui alicuius rei præ cæteris curam gerit. Vnde Magiſter Nouitiorum dicitur, cui principaliter præ cæteris, immò quaſi totaliter Nouitiorum educatio conſignatur, cuius idea fuit Chriſtus in educandis Apoſtolis, quaſi Nouitijs. *Conſt. c. 2. ſtat. 27. verſ. Aſſiſtentiam.*

2 Chriſtus enim Apoſtolos, quaſi Nouitios à ſæculo abſtraxit. Præmij cœleſtis ſpe inflammauit. Regulā perfectionis donauit. Exemplis vitæ firmauit. Eis ſe affabilem præbuit. Diſcretione magna circa ipſos ſemper vſus eſt. Crebrò eiſdem datas lectiones morum, & diſciplinæ repetebat. Si ab ipſis ſe ad orationes ad momentum ſeparabat, ſtatim tamen ad illos reuertebantur. Sinebat aliquando ad modicum eos pati, penuriam victus, maris tempeſtates. Frequentiſſimè orationibus exercebat. Dubia illis

Digitized by Google

illis proponebat, vt inſtrueret. Futura pericula, & legis Euangelicæ altitudinem enunciabat. Sic ſe gerere debet Magiſter cum Nouitijs, &c. *ibidem*. Vide *multa ſcitu digna*.

3 Quod vt aſſequatur, debet eſſe Sacerdos, vt eorum confeſſiones ſolus omninò excipiat. Vnde laici, qui Nouitijs laicis in ordine ad inferiora ſeruitia præficiuntur, Magiſtri dici omninò non debent, quia non ſunt eis Patres ſpirituales in confeſſionibus, &c. Et abſolutè Clemens VIII. Laicorum inſtitutionem ſoli Magiſtro Sacerdoti commiſit. *ibidem*.

4 Debet eſſe patiens, ſapiens, expertus, doctus, qui maxima experientia polleat, & omninò in trigeſimo quinto ſuæ ætatis anno, & decimo Religionis ſit conſtitutus. Sic ſtatuit in Decretis Clem. VIII. de Reform. *Ibidem ſtat. 35. vſque ad* 40.

5 *In Capitulo, vel Congregatione eligi debet per Diffinitorium, ſaltem ad triennium. Et ſi interim defecerit, per idem Diffinitorium ſubrogetur. ibidem ſtat.* 35.

Et qui Magiſterium Nouitiorum ſine cauſa recuſauerit, ad Ordinis officia ſexennio ſit inhabilis. *ibid.* Et è conuerſo: Qui illud triennio dignè obierit, ad omnia Religionis officia promoueri poſſit. *ibid. ſtat.* 40.

MALVM.

Malè fieri, & non fieri, idem important; vnde

vnde ſi Generalis remitteret pœnas, quas ex præſcripto non poſſet, Prouincialis non obedire tenetur. *Pœn. c. 29. q. 7.*

Mala fides nunquam præſcribit, ſic infamator non poteſt præſcribere tempus, quia ſemper eſt in mala fide, niſi pro præſcriptione intelligamus tempus interpoſitum totalis obliuionis, ita vt non ſit in memoria eorum, qui audierunt infamiam. *Pœn. cap. 10. q. 10. verſ. Poterit.*

MANDATVM, MANDARE.

1 Mandatum eſt duplex; aliud expreſſum, aliud tacitum: Expreſſum dicitur, quod nutibus, verbis, vel ſcripto declaratur: Tacitum dicitur, quod per æquiualentia declaratur, vt cum aliquis offenſas exagerat coram ſeruis, vel amicis, quod ſunt infidi, vel ignaui, quia ſuas iniurias non vindicant, Vnde mandans fieri delictum, incurrit omnes pœnas comminatas in ſtatutis contra delinquentes, niſi abſolutè, & independenter à mandato mandatarius ex ſe delictum committere fuiſſet paratus, & commiſiſſet, tunc enim, quia non influit in peccatum, pœnas non incurrit; nam non eſt irregularis mandans, vel conſulens homicidiũ, ſi illud aliqua ratione non influxit. *Pœn. c. 2. quæſt. 7.*

2 Mandans dicitur facere, non propriè, ſed inter-

Digitized by Google

interpretatiuè, & dicitur cauſa facti principalior, quàm exequens, ideò magis eſt puniendus. *ibidem.*

Manifeſtæ iniuriæ. Vide *Iniuria. Conſeruator.*

Marchioniſſæ quoad ingreſſum ad clauſurã. Vide *Clauſura Fratrum.*

MATER

Alloqui poteſt cum ſua filia Moniali ſine licentia, eo quia talis locutio nullam ſuſpicionem admittat. *Conſt. cap.* 11. *ſtat.*7. *q.*6.

MATERIA

Leuis ex ſe, vt eſt ſilentium &c. attentis circumſtantijs grauibus, poteſt præcipi ſub mortali, nam ex ſtatuto Religioſo non ſolùm tenemur abſtinere à verbis malis, & otioſis, ſed etiam à bonis, & licitis, quia per ſtatutum nobis prohibentur, & recta ratio dictat, tempus enim eſt loquendi, & tempus tacendi. *Conſt. c.* 3. *ſtat.* 10.

MATVTINVM.

Ad mediam noctem debet cantari, vbi verò ex aliqua cauſa adimitur, debet cani ante auroram, vel in aurora, quia hic attenditur non tantum laus Diuina, ſed aliqualis corporis caſtigatio. Priuatim autem recitantes, debent po-

Digitized by Google

potius præuenire poſt Completorium, quam poſtponere poſt auroram. *Conſtit. cap. 3. ſtat. 4.*

Mauriti. Vide *Infidelis*.

MEDICINA.

Medicinam exercere citra neceſſitatem (quæ nullis legibus clauditur) vel Chyrurgiam, vel pharmaca &c. extra Ordinem, ſub pœna priuationis actuum legitimorum per biennium, & carceris arbitrarij, nobis prohibetur; quia poteſt accidere mors, & ideo irregularitas, & nimiæ fratrum conturbationi, & ſæcularium offenſis, & paupertatis ruinæ aditus aperiretur. Vnde non tantum Clericis, ſed etiam Laicis interdicuntur. Intra Conuentum verò poſſunt experti, etiam Clerici, de licentia tamen expreſſa, ſupradicta exercere. *Conſtit. cap. 5. ſtatut.* 15. Quia Medicus non eſt Religioſus, ſed mendicus, ait D. Bernardus. *Pœnal. cap. 17. quæſt. 6. verſ. Reſpondeo ex Bernardo.*

MENDICANTES.

Tranſire non poſſunt ad non Mendicantes, ex varijs Decretis Apoſtolicis. *Conſtit. cap. 2. ſtat. 5.* Nec Minimi ad alios, nec ad Minimos noſtri Reformati, & Capuccini, nec Capuccini ad nos, neque nos ad ipſos; ſub pœnis excom-

communicationis, & perpetuæ priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ omnium officiorum; *Conſt.c.2.ſtat.5.* Vide *Licentia*.

MERCES.

Mercedem pro laboritio accipere conuenit Minoribus, licet eam ciuiliter petere non poſſint. Quæ ſi fuerit pecuniaria, & non tranſita in vſum fratrum, poteſt eam, & debet Sindicùs in vſus, & neceſſitates fratrum in communi alienare, aut conſumere in propria ſpecie, ſi poſſit, eam debent fratres, aliter accipere mercedem, eſt proprietas. *Pen. c.7. caſu* 8. *diff.* 2. *&* 4.

Merum Imperium. Vide *Imperium*.

METVS.

Cadens in conſtantem virum, vt ſunt metus reuerentialis, & minæ, ac comminationes annullant, & inualidant, profeſſionem, & electionem, quia tollit libertatem. Dicitur autem *metus cadens in conſtantem virum tunc ſolum*, quando maius eſt malum, quod timetur, quam illud, quod committitur; vnde dictante natura, vt euitet malum maius, minori ſe ſubijcit, ſic minus malum iudicatur alicui ſuffragari indigno, quam amiſſio bonorum, filiorum, carcer, &c. in Religione verò, vbi hæc non occurrunt, timetur grauiter iniu-

Digitized by Google

ſtum impedimentum à conſecutione honoris, & ſimilia. *Pęn. c. 15. q. 6.*

Miniſter Generalis, vel Prouincialis. Vide *Generalis*, vel *Prouincialis*.

Miniſtri Eccleſiæ ſtipendium. Vide *Simonia*.

MISSA.

Vnica celebratur in principio Eccleſiæ, ſed adeò longa, vt vix ſine faſtidio duæ in vna die dici potuiſſent; populum enim cum Clero aſſiſtentem, & reſpondentem habebant, licet alicubi plura Altaria, & plures ideo Miſſæ aliquando fuerint: Nunc verò plures in die Miſſæ celebrantur, ob Sacerdotum, & populi frequentiam, cui per vnam omninò ſatisfieri non poſſet, & vt contra culparum frequentiam, frequentior medicina adhibeatur, & quaſi obliterata Dominicæ Paſſionis memoria renouetur. Vnde Sacerdotes noſtri quotidie celebrare iubentur, clerici, & laici ſemel ſaltem in hebdomada, & bis infra Aduentum, & Quadrageſimam communicare. *Conſtit. cap. 5. ſtatut. 3.*

2 Et qui notabiliter, & ſcandoloſè in hoc deficerent, poſſunt à Superiore puniri. *Pęnal. cap. 2. concl. 2. verſ. Ex quibus.*

3 In Miſſis nouellis oblationes pecuniarias recipientes ſunt proprietarij, aliæ autem

ſpon-

Digitized by Google

ſpontaneæ, dummodo non fiant pecunijs, poſſunt recipi. *Conſt. c. 2. ſtat. 60.*

4 Miſſam Conuentualem celebrare tenemur propter decorem Eccleſiæ, fratrum', & ſæcularium conſolationem, & exemplum, non tamen quotidie, aut ſub mortali, ſed ſub graui veniali, nec omninò ad duas Conuentuales Miſſas tenemur, quando in Miſſali aſſignatur. *Conſt. c. 3. ſtat. 6.*

MISSIONARII.

1 Miſſionarij eligi debent (maximè pro Familia Terræ Sanctæ) ex omnibus fratribus, qui laudabili, & certo teſtimonio Prouincialium, & Patrum, magis pij, deuoti, in fide constantes, maximè idonei appareant admittendum, quia inter infedeles vadunt vbi poſſunt de fide requiri, & tentari, vbi vt plurimum pecunias debent contractare, & expendere per ſeipſos, quando ſcilicet aliter non poſſunt, v. g. ſuper firmius fundamentum debent ſtabiliuiſſe fidei conſtantiam, & regulæ obſeruantiam, ne inter tot pericula debilitata iam ex praua conſuetudine, totaliter corruat eorum conſcientia; Non eſt tamen, quod vadant, maximè ad loca Sancta cum animo actualiter parato ad martyrium, ſed ſufficit eis habitualis promptitudo cum conditionibus prænarratis, quia ex experientia tam longa habetur

moralis certitudo, quod niſi ad hoc ſeipſos vltrò exponant, non tentantur à Turcis ad negandam fidem; vnde non mittuntur propriè ad prædicandum Euangelium, aut ad conuertendos Turchas, ſed ad populandos illos Conuentus; vnde fratres prænarratis conditionibus præditi, poſſunt per obedientiam adigi à Superioribus, vt illò vadant; Superior verò indiſciplinatos mittens, ob præfata pericula, peccat mortaliter. *Conſt. c. 12. ſtat. 2.*

2 Quod autem Miſſionarij, vt ſupra pecunias quærant, & in neceſſitate accipiant, & expendant, ac etiam data cauſa, habitum ſæcularem aſſumant, vltra quod à iure naturali tunc eis conceditur, non eſt contra puritatem Regulæ; vnde eò euntes vadant vbi Regulam ſpiritualiter obſeruare non poſſint; poſſunt enim ſupradicta fieri pro ædificatione, & reparatione Conuentuum pro neceſſarijs ad vitam: ergo eo magis pro illis Conuentibus, & fratribus, qui pro ſummo honore, & ſalute Reipublicæ Chriſtianæ, tot cum incommodis conſeruantur. Adde Sanctæ Sedis expreſſa ad hoc Decreta. *Conſt. c. 12. ſtatut. 2. per totum, & ſtat. 5. q. 1.*

MODESTIA.

Eſt virtus docens in omnibus rebus temperamentum, modumque ſeruare. Modeſti debent

Digitized by Google

bent eſſe ſermones omnium fratrum, ſed maximè Superiorum in corrigendo. Et notabiliter in hoc defectuoſi, poſſunt puniri, & ab officio ſuſpendi. *Pœn. c. 13. q. 9.*

MOLESTARE.

Moleſtare eſt alicui iniuſtum grauamen inferre, vnde cum inhibentur moleſtari, niſi certioratis EE. DD. Cardinalibus, &c. per quinquennium fratres, qui quouis modo pro manifeſtanda veritate ad Sanctum Inquiſitionis Officium acceſſerint, non intelligitur, quod corrigi, aut puniri non poſſint, quando indiſciplinatè viuunt, v. g. in diſciplina, ſilentio, obedientia &c. quia ſic quotidie eſſet ad ipſos Eminentiſſimos recurrendum; à fortiori non videtur habere locum in grauiſſimis delictis, quæ taxatam in ſtatutis habent pœnitentiam; hoc enim non eſt aliquem moleſtare, ſed ordinariam ei pœnam inferre, aliàs deprehenſus in actuali homicidio, aut adulterio &c. non poſſet puniri, aut detineri, ne moleſtaretur, donec certiores facti ſint de ſucceſſu DD. Inquiſitores, & interim reus ſemper fugeret. *Pœn. c. 22. concluſ. 7. Aduert. 2.*

MODVS.

Conficiendi ſcripturas contra Generales hic eſt, vt Guardiani in ſingulis Conuentibus aſ-

ſumptis Scriba, & teſtibus, inquirant de mandato Prouincialis ſui, & Diffinitorij de quærelis contra Generalem, & ſi aliquas legitimas, & legitimè probatas, in ſcripto redigant, ſigillo obfirment, & ad ſuam Congregationem ad hoc congregatam tranſmittant. Patres verò Congregationis ex ijs ſolas legitimas maximè, & legitimè probatas aſſumant, & debitè in ſcriptis redactas, Cuſtodi conſignent, ad Capitulum Generale deferendas; quod Capitulum Generale, vt poſſit Miniſter, vel ſe purgare, vel puniri, prout erit de iure, debet ad hoc Iudices particulares inſtituere. Quod ſi quærelæ ſint contra Prouincialem ad Capitulum Generale mittendæ, eæ à Guardianis legitimè probatæ ad Cuſtodem immediatè, & ad Patres congregatos, inſcio tamen Prouinciali tranſmittantur. *Conſt. c. 8. ſtat. 23.*

MOLLITIES.

Eſt voluntaria procuratio ſeminis fluxus extra vas, ideſt ſine congreſſu, ideo contra naturam, & ideo punitur pœna ordinaria ſtatuti. *Pæn. c. 8. q. 4.* Vide *Fornicatio*.

MONACHI.

Benedictini non poſſunt ad alios, nec ad Carthuſianos tranſire ſine licentia Papæ, vel Generalis, vel ſui Conuentus cum Abbate, ali-

Digitized by Google

aliter euntes, & recipientes, ſunt excommunicati per Eugenium Quartum. *Conſt. cap. 2. ſtat. 5.*

MONASTERIVM.

Monaſterium totum, & Collegium excommunicari non poteſt, ſed tantum perſonæ particulares, quia excommunicatio non cadit, niſi ſuper perſonam veram, Monaſterium verò non eſt perſona vera, ſed repreſentata. *Conſtit. c. 11. ſtat. 6. concl. 4.*

Monaſterium fratrum. Vide *Conuentus*.

Monaſterium ingredi Monialium. Vide *Clauſura Monialium*.

MONIALES.

1 Monialium curam licet Religio ſemper abhorruerit, etiam à principio, quippe quæ nimium inquietudinis, & aliorum incommodum in Religione inuehit, Vnde dicebat S. P. Franciſcus: *Timeo, ne dum Deus nobis abſtulit vxores, Diabolus nobis procurauerit ſorores*, vt refert *Vuadingus ad ann.* 1219. *n.* 44. *Conſt. c.* 11. *ſtat.* 6.

2 Tamen ex caritate, vt ſcilicet melius per Regulares regularium vita dirigatur, ſubſunt omnimodè Generali in toto Ordine, & Prouincialibus in ſuis reſpectiuè Prouincijs, & ordinariæ iuriſdictioni Moniales S. Claræ. Vrbani.

Digitized by Google

baniſtæ, Tertiariæ, ſeu S. Eliſabeth, & Conceptionis, poſtquam ex iteratis earum precibus; immò & agitatis litibus impetrarunt, vt per Decreta Apoſtolica ſæpius repetita, earum nobis cura demandetur. *ibidem.*

3 Qui propterea Miniſtri, vt ait B. Pius V. plenum ius; & liberam auctoritatem, & in ſpiritualibus, & in temporalibus omnimodam iuriſdictionem habent, in domos omnes, Monaſteria, & loca quæcumque necnon perſonas tam in capite, quam in membris viſitandi, corrigendi &c. Ideò eas opportunis temporibus viſitare, corrigere, Confeſſarium eis aſſignare ex iuſtitia tenetur. *ibidem.*

4 *Quod ſi aliquod Monaſterium adeò inſolens fuerit, vt ſpreta Superiorum auctoritate, & rupto ſanctæ obedientiæ vinculo in contumacia perſtiterit: aut ad Principes, vel Magiſtratus, aut ad quoduis externum Tribunal pro auxilio, fauore, vel conſilio, contra Ordinis iuriſdictionem, ac libertatem confugerit. Vel ad alios quoſcumque fauores ſæcularium ad reformationem, reſtaurationem, & reparationem diſciplinæ regulares declinandum, ſeu repellendam, illud anathematis vinculo ex Apoſtolica ſanctione innodetur, & ab Ordinis ipſius cura abdicetur, & ab eo Fratres ad eius gubernium antea deſtinati amoueantur. Ibidem verſ. Hinc mirum.*

5 Hæc autem excommunicatio, & abdicatio

catio non poteſt fieri à ſolo Miniſtro, ſed ſimul cum diffinitorio (ſicut & de inſtitutione Confeſſariorum) quia eſt de maximis Religionis negocijs, vnde nec niſi pars maior Monialium rebellauerit, non poteſt inferri, nec ob leues cauſas cum zelo ſine ſcientia, ſed rebellio debet eſſe grauiſſima pertinax, & contumax. Vnde debent præcedere monitiones paternæ, præcepta canonica, citationes, intimationes per temporum interualla, eaque replicata, vt ſexus fragilitati, & imperfectioni, paternè, & iuſtè conſulatur: Minus enim præſumitur peccare ruſticus, & mulier, quam doctus, & vir, quo proceſſu niſi abſoluto, ad prædictas pœnas contra Monaſterium deueniri non poteſt, quia ſupremum illis irrogatur malum, regulari earum diſciplinæ præiudicium infertur, & populis ſcandala generantur. *ibidem verſ. Cuius praxis.*

6 Quo tamen proceſſu finito, ſi in rebellione perſiſtant, debet Diſſinitorium pronunciare ſententiam anathematis contractam, & abdicationis à Religione, & inſtrumentum talis renunciationis cauſas continens, Epiſcopo præſentare, nec aliter poteſt Diffinitorium tergiuerſari, quia hoc ſub grauiſſimis pœnis ſuſpenſionis, & alijs præcipitur rigorosè. *ibid.*

Moniales alloqui. Vide *Licentia*. Vide *Loqui*.

Mo-

7 Monialium numerus certus eſſe debet, & ſaltem duodecim, licet ex Decreto Sac. Cong. 27. Maij 1603. quindecim, incluſis conuerſis reperiantur profeſſæ. *Conſtit. c.* 11. *ſtatut.* 7. *concl.* 8. *quæſt.* 3. Qui numerus in vnoquoque Monaſterio debet ab Epiſcopo, & ſuperiore Regulari ſimul præfigi. *ibid. concl.* 8. itavt ex redditibus Monaſterij, & conſuetis eleemoſynis commodè ſubſtentari valeant; penſatis tamen penſandis. Superiores verò ſupra talem numerum aliquam Monialem recipientes, ſiue ſint Monachæ, ſiue Miniſtri (non tamen confeſſarij, aut mediatores comprehenduntur) aut recipi, aut profiteri conſentientes, vel negligentes, officio priuentur, & inhabiles ad vocem actiuam, & paſſiuam reddantur. *ibidem q.* 1.

8 Qui etiam præfixus numerus augeri ſine licentia Papæ, vel Sac. Cong. non poteſt, etiamſi notabiliter augeantur redditus Monaſterij, itaut receptio aliarum, nullum incommodum Monaſterio pariat. Vnde ſupranumerariæ recipi non poſſunt, niſi de expreſſa licentia Sac. Cong. & niſi duplicatam dotem præ cæteris ordinarijs afferant, iuxta Decretum S. Cong. 6. Septemb. 1604. *Conſtit. cap.* 11. *ſtat.* 7. *concl.* 8. *quæſt.* 2.

Moniales profeſſæ exire de clauſura non poſſunt, ſicut nec Nouitiæ. Vide *Clauſura Monialiũ*

Mo-

Monialium clauſura. Vide *Clauſura Monialium*.

Monialium Confeſſarius: Vide *Confeſſarius Monialium*.

Monialium Abbatiſſa. Vide *Abbatiſſa*.

PVELLAE.

9 Puellæ in Monaſterijs educandæ ſine expreſſa licentia Sac. Cong. recipi non poſſunt, & inſuper Moniales capitulariter congregatæ pro maiori parte conſentiant, & Monaſterium eas recipere ſit ſolitum, & actu retineat, & in Monaſterio ſit habitatio apta pro eis ſeparata pro illarum educatione, à Profeſſarum, & Nouitiarum dormitorio: excedant ſeptimum, & non ſuperent 25. annum: Non ſint vltra numerum præfixum: ingrediantur ſolæ modeſto vtantur veſtitu: clauſuræ leges obſeruent, quas ſi ſemel violauerint, ſine noua licentia, egreſſum attentante, recipi non poſſint, niſi regularem habitum ſuſcipiendi animo eſſent reuerſuræ: Adſit idoneus fideiuſſor pro alimentis anticipatè ſoluendis, nec eis permittatur deferri victum quotidianum à parentibus. Finito tandem anno 25. expellantur, monente Epiſcopo, vel de egreſſu, vel de ſuſceptione habitus, ex Decreto Sac. Cong. *ibidem concl.* 8. *quæſt.* 5.

10 Monaſterij Protectores, Procuratores,

Me-

Medici, Conductores, Factores, Exactores, Scriptores, & Seruitores tam viri, quam mulieres, quibus Monaſteria indigent, non aſſumantur, niſi antea à Superiore approbentur, ex Decreto Sacræ Cong. quia cura Monaſteriorum, & bonorum ad illa ſpectantium, & ingreſſus in illa ad Superiores ſpectet: ergo & cura eis inſeruientium, ne per inutiles, malos, aut ſuſpectos, Monialium bona & negotia adminiſtrentur. *Conſtit. cap.* 11. *ſtat.* 7. *concl.* 6. Vnde & Monialium bona inuentariare: & in Archiuio Prouinciali aſſeruare debent Superiores. *ibidem quæſt.* 2. Quod tamen eis non conuenit iure proprietario, aut diſpoſitiuo, ſed tantum directiuo: Monaſterium enim non eſt membrum Prouinciæ, ſed ſolum commendatùr Prouinciali; vnde iſte non poteſt de eorum bonis diſponere, nec ſuo nomine fiunt contractus, ſed nomine Monaſterij, cum aſſenſu ipſius Prouincialis, vt interueniant Tutores, Iudex, & conſanguinei in contractibus minorum, ne ſcilicet eis damnum inferatur. *ibidem concl.* 6. *reſp.* 1.

11 Vnde contractus factus à Monialibus circa bona immobilia ſine conſenſu Superioris, eſt nullus, immò pro eorum permutatione, alienatione, ac venditione, ac conuerſione pretij in vtilitatem Monaſteriorum vltra licentiam Superioris, & maioris partis Monaſte-

rium

Digitized by Google

rium, requiritur licentia Sac. Cong. Concil. ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & inhabilitatis in poſterum. *ibidem reſp.* 2.

12 Adminiſtratores verò bonorum Monaſterij tenentur Epiſcopo, adhibitis Superioribus Regularibus, quotannis ſuæ adminiſtrationis rationem reddere. *ibidem concl. 6. q. 3.* Non tamen tenetur Prælatus Regularis rationem reddere de expenſis factis ex eius præcepto circa clauſuram, Eccleſiam, & alia Monaſterij loca, non enim iſte eſt adminiſtrator, ſed ſuperior deputans adminiſtratores, & collega Epiſcopi in audiendis illis computis; vnde eo Prouinciali non vocato, non poteſt ad hæc Epiſcopus procedere. *ibidem dub. 3.* Quod ſi fraudem in computis inueniat, Epiſcopus poteſt contra adminiſtratores ad punitionem procedere. *ibidem dub. 6.*

13 Non poteſt tamen Epiſcopus cogere ſuperiores Regulares, vt conueniant coram ipſo ad audiendas iſtas rationes, ſed benè rogare; dicit enim *ſed adhibitis*, ſicut dicimus adhibitis teſtibus, vltra quod cum ipſi tales rationes viderint. *ibidem dub. 5.*

14 Monialibus debetur dos titulo ſuſtentationis, quia ſicuti datur dos in matrimonio carnali, non per Sacramentum, ſed ad ſubſtentationem coniugis, ita datur dos in Monaſterium pro ſubſtentatione Monialis. Quapropter

Digitized by Google

pter excluditur ſimonia etiam in Monaſterio diuite, vnde tuta conſcientia ex conſuetudine, & Summorum Pontificum conceſſionibus, pactiones, & exactiones dotium ſunt licentiæ, dummodo non intendantur formaliter ob ingreſſum, vel profeſſionem, vt ſi vilis aliqua, vel deformis, vel ex maculato genere, vel inhabilis, quæ aliàs non reciperetur, niſi propter dotem, vel cum dote abundantiore; tunc enim eſſet ſimonia. *Conſtit cap.* 11. *ſtatut.* 7. *concl* 7. *quæſt.* 1.

15 Habere autem vltra dotem cenſus, vel redditus vitalitios iure Monaſterij poſſunt non iure proprio, quia ex voto paupertatis hoc ſibi repugnat, contra quod nec tempore, nec abuſibus poſſunt vllo modo præſcribere; tenentur enim ſicut alij Regulares ad omnes rigores circa votum paupertatis. *ibidem quæſt.* 2. *Vnde pecuniæ quacumque ex cauſa Monaſterio prouenientes, inconſulto Superiore nullis vſibus, etiam inſtaurandæ clauſuræ applicari poſſunt, ſed ex eis bona ſtabilia, vel redditus, vel cenſus legitimi comparentur. ibidem concl.* 7.

16 Nec ſuper oblatas eleemoſynas, aut cenſus vitalitios, etiam quoad vſum habere poteſt Monialis peculiarem aliquam rationem, aut iuriſdictionem. Verum enim vero, conſtituta in neceſſitate æquali hac Moniali, & altera, hæc præferenda eſt, cui data fuit eleemoſyna,

Digitized by Google

na, ne benefactores fraudata ſua intentione; à dandis eleęmoſynis retrahantur. *Conſtit. cap. 11. ſtatut. 7. concl. 7. quæſt. 2. dub. 1.* Immò præfecta alijs Monialibus omninò talem eleęmoſynam applicare non poteſt, ſi de præciſa voluntate dantis çirca talem Monialem conſtet. *ibidem.* Vnde & in conſcientia ſingulæ tenentur pecunias, & huiuſmodi ſibi obuenientes infra 24. horas Præfectæ aſſignare; quod ſi per duos menſes aliquid graue occultauerint, vltra peccatum mortale, puniri debent vt proprietariæ. *ibidem dub. 2.*

17 Quare donare non poteſt ſine expreſſa, vel tacita Abbatiſſæ licentia, à fortiori, ſi ea contradicente donet, peccatum eſt iuxta doni quantitatem: cenſetur verò tacita licentia, ſi ad compenſationem beneficiorum donet, dummodo non ſit ob priuatas, & minus caſtas amicitias, in quibus licentia nullo modo cohoneſtari poteſt; in alijs enim caſibus ſupponitur, ſemper dare nomine Monaſterij, licet ipſa particulariter donet, quia quæ inde recipit, vel receptura eſt beneficia in Monaſterij vtilitatem finaliter vergunt Ita decretum fuit pro Monialibus S. Claræ Neapolis, & vicinarum Ciuitatem, annuente Clemente VIII. die 2. Iulij 1589. his verbis: *Neque vllius generis bellaria, edulia, eſculenta, tentacula, offellas, confectiones, & ſyruppata, vel alia ſimilia quæcumque*

Digitized by Google

que conficiant, aut coquant, & illa venditent, donent, aut largiantur, niſi de licentia Abbatiſſæ, & de rebus modicæ impenſæ, & in conſanguineos tantum. Conſt. cap. 11. ſtat. 7. concl. 7. quæſt. 2. dub. 7.

Pro alijs autem Monaſterijs habentur hæc verba: *Monaſterij quidquam nemini, niſi minimum ſit, & cum conſenſu, vel licentia, dono detur. ibidem quæſt. 2.*

18 Ne verò vltra ſtipendia Confeſſarijs donent Moniales, extant particulares prohibitiones Sac. Cong. niſi tamen cum magna charitate, aſſiduitate, & patientia ſeruiant; quia tunc poſſet applicari epicheia, quod de Concionatore, & alijs ſeruientibus eſt dicendum. *ibidem dub. 7.*

19 Hinc è contra, *ex bonis Monaſterij Præfecta omnibus æquè prouidere ſtudeat tamquam mater communis. Quod ſi neglexerit, ſuſpendatur, vel officio priuetur, Superioris arbitrio,* & ratio eſt, quia Abbatiſſa habet liberam adminiſtrationem bonorum ſui Monaſterij. *Conſtit. c. 11. ſtat. 7. concl. 7. dub. 7. q. 4.*

20 *Omnes Moniales Choro addictæ, ad diuina officia die, noctuque conuenire debent,* ſi tamen ex cauſa deſint (quæ cauſæ poſſunt eſſe muneris publici, aut neceſſitatis iudicio Præfectæ approbatæ, vt difficultas legendi, infirmitas &c.) nec priuatim illud recitent, non

pec-

Digitized by Google

peccant, niſi in Regula id eis præcipiatur (Choriſtæ enim *ex cap. 3. Regulæ* tenentur ſaltem ad Pater noſter, ſicut Conuerſæ) aut obligatoria conſuetudine id ſuerit introductum : his enim præciſis, ad Diuinum Officium, nec ex Ordine ſacre, nec ex beneficio, nec ex eleemoſynis obligantur, cum de ſuis dotibus viuant, quod cum minori forſan ratione Religio Ioannis Dei, & Ieſuitica, niſi ordinibus ſacris ſint initiati, obſeruant. *Ibidem concluſ.* 12.

21 *Singulis menſibus confiteri Confeſſariys approbatis, & Eucbariſtiam ſumere teneantur*; quod tamen eas ad mortale non obligat. *ibidem concl.* 13. *quæſt.* 1. Confeſſio autem Monialium facta non approbato expreſsè pro ipſis, nulla eſt omninò, quia (niſi in caſu extremæ neceſſitatis (iuriſdictionem non habet; immò ipſi Superiores, ſi velint rogati (aliter non poſſunt) Monialium confeſſiones excipere, particulari ad hoc approbatione Epiſcopi, licet non examine, indigent. *ibidem quæſt.* 2. 3. Vide *Confeſſarius Monialium*.

22 Communem debent habere locum, in quo ſimul laborent; commune Refectorium, communem locum, in quo omnium veſtes aſſeruentur, commune Dormitorium, in quo ſingulæ in ſingulis ſtratis dormiant. *ibidem concl.* 14.

Digitized by Google

23 Recipere non poſſunt Puellam ad habitum, niſi eius voluntas prius ab Epiſcopo examinetur, & niſi concurrat Superioris conſenſus, quia ipſe eſt caput Monaſterij, & niſi per ſuffragia ſecreta illi ſuffragentur Moniales capitulariter congregatæ pro maiori ſaltem parte, qui exceſſus poteſt compleri in paritate votorum per votum Superioris, quia ipſe eſt in tali ſcrutinio Superior ordinarius, vnde poteſt ſuffragari. Receptio aliter facta eſt nulla. *ibidem concl.* 15. *q.* 1. 2. 3.

24 Debet inſuper Puella duodecimum annum excedere, quia vix ante poteſt de eius deliberata voluntate conſtare. Receptio autem paulò antea facta non annullatur, quia poteſt examinari, cognito poſtea tempore ante profeſſionem. *ibidem*.

25 Cogentes Puellam ad ingreſſum, vel ad habitum, vel ad profeſſionem (diuiſiuè etiam ſumptis) incurrunt excommunicationem latæ ſententiæ: *ita Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de reg.* non tamen reſeruatam. Abſolui tamen non poſſunt, niſi prius illam eduxerint è Monaſterio, etiam poſt profeſſionem, niſi conſtet, eam poſtea voluntariè, & libenter fuiſſe profeſſam quia ſemper durat coactio, quæ eſt cauſa excommunicationis. *ibidem concl.* 15. *quæſt.* 4.

26 Non incurritur autem hæc excommunica-

nicatio, niſi ſecuto effectu, nec ab Imperatrice, & Regina, nec qui iuſtum timorem incuteret, v. g. qui ei diceret: Niſi fias Monialis, accuſabo te de ſtupro, quod verè ipſa commiſerat; tunc enim non cogit ſed oſtendit ei modum euadendi infamiam, quam aliter euadere non poteſt; aut qui cogeret in caſibus permiſſis, v. g. poſt votum Religionis emiſſum, aut ſi poſt matrimonium ratum hoc non velit conſummare titulo Religionis, poteſt cogi aut ad Religionem, aut ad matrimonium conſummandum: Neque qui cogeret filiam ad intrandam clauſuram, vt cautè, & honeſtè viuat vſque ad ætatem nubilem, non autem habitum ſuſcipiat: ingreſſus enim hic prohibitus intelligitur in ordine ad habitum, nec incurrunt parentes, qui precibus, & blanditijs puellam hortantur, aut ſi matrimonij onera, & difficultatem, dotis defectum, mundi pericula, Religionis bona, importunis etiam precibus ſuggererent, nec ſi minarentur ſe ei aliquid ablaturos ex bonis, quod legitimè poſſunt alteri donare. *ibidem quæſt.* 4.

27 Incurrunt autem, ſi addant metum reuerentialem, hic enim annullat profeſſionem in viris, ergo à fortiori in puellis, incurrunt ſi minentur, ſe dotem ei negaturos. Incurrunt etiam eandem excommunicationem ſi impediunt, vt ſupra, v. g. ſi perſona potens mi-

naretur grauiter contra Monaſterium, non ſi minaretur eleęmoſynam non amplius daturum, alioue modo diſtrahant, aut impediant. *ibidem quaſt.* 4.

28 Eandem incurrunt excommunicationem, qui conſilium, auxilium, & fauorem circa huiuſmodi violentias adminiſtrant. *ibid.*

29 Acceptata verò puella, debet infra quatuor menſes ingredi Monaſterium, niſi iuxta declarationem Sac. Cong. ad ſex menſes ei prorogetur licentia, & pridie ante ſuſceptionem habitus cum priuilegijs Nouitiorum debet Confeſſario Monialium confiteri, & ab eo ſacram Euchariſtiam recipere, veſtes benedici debent, miſſa cantari, ſermo haberi, nomen alicuius Sanctæ imponi &c. *ibidem q.* 5.

MONITIO.

1 Monitio trina omninò requiritur, vt aliquis ex contemptu inobediens declaretur, qua declaratione facta, non indiget iterum trina monitione, vt contumax declaretur, & pœna inobedientium puniatur. Interualla verò harum trium monitionum iudicio Superioris relinquuntur, dummodo ad minus quam ad 24. horas non reſtringantur. *Conſt. cap.* 1. *ſtat.* 6. §. 18. Vide *Contumax n.* 3.

2 Sic Religioſus ter monitus à Superiore, vt abſtineat à ſuſpecto conſortio talis perſonæ, ſi dein-

ſi deinde inueniatur ſolus cum ſola, & adſint aliæ inhoneſtatis indicia, poterit ad pœnam ordinariam condemnari, ſicut leges ciuiles diſponunt de eo, qui poſt trinam monitionem in ſcriptis coram teſtibus, monitus à marito, ne cum ſua vxore conueniat propter ſuſpectum conſortium, ſi ſolus cum ſola inueniatur in domo, poteſt impunè occidi, vel à Iudice caſtigari. *Pœn.c.8.q.10.*

MORS

1 Mors naturalis eſt illa, quæ fit per ſeparationem animæ à corpore. Mors autem ciuilis eſt perpetuitas carceris, exilij, triremium &c. *Pænal. cap. 4. quæſt. 5. verſ. Dices ſecundo.*

2 Moriens in peccato mortali, v.g. inexcuſabilis proprietatis in actuali fornicatione, in actuali inuaſione contra alium occiſus, cum ſcripto necromantico, vel hæretico, ſupra perſonam, mortuus inuentus, adiuncta diffamatione prioris conuerſationis, qui ſeipſum occidit, niſi probabiliter coniecturetur, quod ſe occiderit ex vehementi paſſione, quæ eius intellectum dementaſſet, ſepultura eccleſiaſtica carere debet. *Pænal. cap. 7. quæſt. 1. verſ. Dices propterea.*

3 Morientes è contra cum habitu noſtro, vel cum illo ſepelliri eligentes, lucrantur in-

dulgentiam plenariam; & Parochi nequeunt eos impedire, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ. *Conſt. cap. 2. ſtat. 71. in fine.* Vide *Habitus*.

MOX.

Eſt modicum interuallum non determinatum, ſed iudicio boni viri, ſecundum ſubiectam materiam determinandum; nam aliquando accipitur pro *quamprimum fieri poteſt*, aliquando pro ſpatio decem dierum, aliquando pro triduo &c. totum igitur relinquitur iudicio prudentis Superioris. *Conſt. c. 2. ſtat. 15. quæſt. 1. §. 7.*

MVLIERES.

Introducentes ad malum finem. Vide *Clauſura Fratrum*.

MVNDVS.

Sine litteris regi non poteſt, vnde ſcientia non tantum habenti prodeſt, ſed toti Eccleſiæ, quæ ad ſui regimen litteratis indiget; eminens enim ſcientia præferendus eſt in ſucceſſionibus nobili genere, eo quia nobilem naſci ſortis eſt, ſcientem eſſe virtutis eſt; ideò benè dixit Cicero contra Saluſtium. *Satius eſt me meis fulgere moribus, quam maiorum opinione niti, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exem-*

Digitized by Google

exemplum ; quod enim deſinit in te, incipit in me. Pœn. cap. 2. quæſt. 11.

NATIVITAS

Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſi venerit in feria 6. an Fratres Minores excuſentur à ieiunio, & an poſſint carnibus veſci, necne? Reſpondetur, adeſſe multas opiniones pro vtraque parte probantes, quas Auctor citat, quaſque melius, Lectori conſiderandas duxi. Vide ergo. *Conſt. cap. 3. ſtat. 13. quæſt. 5. & verb. Carnes.*

NARRATIVA.

Eſſentialis falſa vitiat gratiam, & nullam reddit, non ſic autem narratiua accidentalis. Dicitur autem narratiua eſſentialis, quæ eſt cauſa finalis in Principe ad concedendam gratiam, ſine qua eam non conceſſiſſet. Dicitur autem narratiua accidentalis, quæ non eſt cauſa finalis ad gratiam, ſed eſt merè extrinſeca, & ſolum eſt impulſiua, ideſt impellit Principem ad gratiam facilius concedendam, quam tamen nihilominus conceſſiſſet, licet non tam faciliter. Si autem cognita hac fraude licet extrinſeca, Princeps non conceſſiſſet gratiam, aut ſaltē ſub alijs grauioribus conditionibus, tunc narratiua falſa, licet accidentalis, vitiat gratiā, & facit eam ſubreptitiam. *Ren. c. 29. q. 1.*

Digitized by Google

NECESSITAS.

1 Eſt quodlibet iuſtum impedimentum, immò vtilitas, & neceſſitas in iure æquiparantur. *Pœnal. cap. 9. quæſt. 3.* Diuiditur autem in publicam, & priuatam. Publica eſt, quæ bonum publicum Religionis, ac etiam particulares reſpicit: Priuata verò eſt, quæ particularem perſonam tangit, quatenus eſt particularis. *Pœn. c. 9. q. 8.*

2 Neceſſitates autem vrgentes, quibus extantibus Prouincialis poteſt mittere ſuos ſubditos extra limites Prouinciæ, & Guardianus extra limites Conuentus ſunt iſtæ, ſcilicet, ſi in proximo pago morti proximus deuotus, aut nobilis reperiretur; ſi inimicitia, vel duellum, aut ſcandalum impedienda eſſent: ſi cibaria procurari de præſenti oporteret: ſi agendum eſſet negocium concernens conſeruationem Conuentus, perſecutiones fratrum, mortem, vel occiſionem, vel grauiſſimas ſimultates amicorum, parentum, conſanguineorum: ſi Princeps benefactor, vel à quo incommoda timeri poſſent, inſtaret, mitti fratres vltra 30. milliaria, nec tempus ſuppeteret pro petenda licentia à Prouinciali, aut à Generali, quia diſtarent ſatis, vel quid ſimile. Poſſent Guardianus, & Prouinciales ablegare fratres contra formam ſtatuti. Et licet hoc non ſit requiſi-

quiſitum à lege, tamen conſulerem, vt de neceſſitatibus à PP. Diſcretis decerneretur. Horum ratio eſt, quia non eſt mens Religionis obligare in his caſibus, qui potius incommodarent, quam promouerent bonum commune in Ordine, ad quod ſtatuta feruntur. Facit enim pro hac parte epicheia, quia ceſſat ſtatutum in his caſibus, & ſubintrat diſpoſitio iuris communis, vel rationis, quæ cenſetur legibus abſoluta. *Pœnal. cap. 9. quæſt.* 8. Vide *Apoſtaſia num.* 33. 34. & *Conſtitut. cap.* 3. *ſtat.* 23. *q.* 4. *& cap.* 8. *ſtat.* 34. *dub.* 3.

NEFANDVM.

1 Scelus, & crimen peſſimum complete committentes &c. *Legitimè conuictus ſic punitur, ſcilicet. Nudus omnino cum ſolis femoralibus, coram fratribus legitimè congregatis, manibus ligatis, flagellis cædatur, quamdiu ipſe pſalmum Miſerere recitet, & leuiuſculis flammis hinc inde circumpoſitis, quodammodo comburatur, & ad perpetuos carceres irreuocabiliter condemnetur, vbi pane, & aqua tribus diebus in hebdomada ieiunet, & vitam ſuam in ama ritudine fleat. Pœnal. cap.* 8. *verſ. Quarto in principio.*

2 Datur enim denudatio ad confuſionem: verberatio ad dolorem: manuum vincula ad reatum: flammæ ad Diuinæ, & æternæ expiatio-

tionis exemplum: carceratio perpetua (quæ eſt mors ciuilis in Religione) pro morte naturali, quæ huic nefando crimini à iure ciuili fuit ſancita: ieiunium carnem macerat: fletus pœnitentiæ, & concupiſcentiæ maculas lauat. *Pœnal. cap.* 8. *quæſt.* 11. Nos autem debemus proprijs legibus Religionis gubernari, non verò ſecundum leges communes. *ibidem*.

3 Requiritur autem, quod ſcelus nefandum ſit conſummatum cum maſculo, ſi enim cum fœmina reus quis committeret, non eſſet pœna ordinaria puniendus. Aduerte tamen, quod non propter vnum, vel propter duo peccata nefanda commiſſa plectitur hac pœna (quamuis poſſit damnari ad triremes) ſed propter exercitium, & hoc remittitur iudicio Iudicis prudentis. *Pœnal. cap.* 8. *quæſt.* 11. *verſ. Nec ſecundum, & Pœnal. cap.* 21. *quæſt.* 2. *verſ. Circa vndecimum*. Vide *Fornicatio*.

NEGLIGENS.

Dicitur, qui non facit, quod debet, non punitur, tamen, niſi in re graui dolus intercedat. *Pœn. c.* 9. *q.* 10. *reſp.* 1.

NEGOTIA.

Exercere in Romana Curia nullus omninò poteſt, inconſulto Procuratore Generali, aut

Com-

Digitized by Google

Commiſſario Curiæ reſpectiuè, & de expreſſo eorum conſenſu, vel niſi particularem habeat à Generali facultatem, ſub pœna priuationis actuum legitimorum. In ſtatutis autem Reformatorum *cap. 8. num. 64.* carceratio duorum menſium datur. *Pœn. cap. 17. q. 5.*

NOBILITAS.

1 Dicitur ius ſanguinis immutabile, & dignitas à parentibus delibata, quæ per ingreſſum in Religionem non amittitur, licet amittatur ius dominij; Religioſus enim fit miles Chriſti ſupremi Imperatoris. *Pœnal. cap. 2. quæſt. 11.*

2 Nobilitatem tria inducunt, nempe natiuitas, honor, & ſcientia; diuitiæ non inducunt, ſed fouent nobilitatem; ſcientia vero nobilitati æquiparatùr, quia litteratis præcipuè indiget Eccleſia ad ſuum regimen. *ibidem*. Vide *Mundus*.

3 Quamuis autem contra Nobilem in Religione per doctrinam, aut gubernia, cautius procedatur, attamen probato legitimè delicto, non fit differentia inter nobilem, & ignobilem, quia pœnæ æqualiter in omnes fulminatæ ſunt; nec excipiuntur inſignes litterati, eminentes Concionatores, conſpicuo ſanguine nati, quinnimmò tales tituli aggrauant delicta. *Pœn. c. 2. q. 11. verſ. Ad quæſtionem.*

NO-

Digitized by Google

NOTA.

Idem eſt, quod infamia, & ignominia: *Pœn. c. 10. q. 4.*

NOTARIVS.

Condemnatus de falſo non poteſt amplius inſtrumenta, aut proceſſus conficere, quia eſt infamis. *Pœnal. cap. 10. quæſt. 2. diff. 4.* habet autem Notarius vim duorum teſtium, vnde Notario affirmanti v. g. magis creditur, quam teſti neganti. *Pœn. cap. 1. quæſt. 2. verſ. Tandem circa.*

NOTABILITER.

Eſt particula indicans conſpicuitatem & excellentiam eius, cui adijcitur. *Pœnal. cap. 27. concluſ. 3.*

NOTORIVM.

Duplex eſt: aliud iuris, aliud facti. Notorium iuris facit confeſſio rei facta in iudicio, vel ſententia condemnatoria in reum lata. Notorium verò facti conſurgit ex commiſſione criminis coram multis, quod non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, vt percutiens aliquem in Refectorio, repertus à multitudine in fragranti crimine, &c. *Pœnal. cap. 4. Circa XXII. quæſt. 9.* Et ſic no-

notoria probatio exurgit ex eo, quod appareat ſententia condemnatoria in Archiuio, & producatur iactis. *Pœnal. cap. 8. quæſt. 7.* In notorietate autem facti, poteſt reus indefenſus condemnari. *Pœnal. cap. 1. quæſt. 4. aduert. 6. verſ. Excipiuntur.* Sed tale notorium facti ex ſe non ſufficit ad reddendum aliquem infamem, itavt repellatur à publicis actionibus, ſed debet declarari per Iudicem commiſiſſe tale delictum, qua declaratione criminis infamantis facta, non eſt neceſſe, vt reus declaretur infamis, quia infamia ſequitur delictum, ſicut laus opus bonum. *Pœn. c. 10. q. 2. diff. 2.*

2 Poteſt etiam dari aliud notorium, ſcilicet præſumptionis, quando v. g. non adſunt euidentiæ, ſed tantum præſumptiones communiter acceptatæ, vt quis communiter creditur filius Caij, ſed probari non poteſt, *Pœn. c. 4. q. 5.*

NOVITIA.

1 Durante Nouitiatu, nihil omninò præter victum, & veſtitum Monaſterio donare poteſt, ſub anathematis pœna, & quæuis renunciatio, aut obligatio, etiam donationis nomine facta, etiam cum iuramento, etiam in fauores cuiuſuis cauſæ piæ, non valet, niſi de licentia Epiſcopi intra duos menſes profeſſioni proximos

ximos

Digitized by Google

ximos fiat, nec tamen ſic facta, ſuum ſortitur effectum, niſi ſequuta profeſſione, aliter autem facta, irrita eſt, & nullius valoris. *Conſt. c.* 11. *ſtat.* 7. *concl.* 15. *q.* 6.

2 Profeſſionem verò emittere non poteſt, niſi completo 16. anno ætatis, & niſi poſt ſuſceptum habitum per annum in probatione ſteterit, & niſi de conſenſu expreſſo, vel tacito Superioris; Profeſſio aliter facta eſt nulla, quia emiſſio profeſſionis ſpectat ad Superiorem immediatè. Sic *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. his verbis. *Finito tempore nouitiatus Superiores, Nouitios, quos habiles inuenerint, ad profeſſionem admittant, aut è Monaſterio eijciant*. Quod Decretum includit etiam Moniales. *ibidem q.* 2.

3 Debet etiam per menſem ante profeſſionem Nouitiæ de ea moneri Epiſcopus à Præfecta, vt voluntatem Nouitiæ poſſit exquirere, an coactè, an liberè in Religione permaneat, an ſciat quid ſit fieri Religioſam? &c. Præfecta verò ſi non ſic admoneat, poteſt ab officio ſuſpendi Epiſcopi arbitrio, ſed profeſſio nouitiæ eſt valida, nec aliquam pœnam incurrit Superior conſentiens tali profeſſioni, quia ſuper eum nihil auctoritatis tribuitur Epiſcopo. *ibidem concluſ.* 16. *q.* 1.

4 Quod ſi coactam inueniat, eam Epiſcopus ad Religionem, debet eius inhibere profeſ-

feſſionem, non enim propter aliud ei iniungitur huiuſmodi exploratio, niſi ad tuendam libertatem profeſſionis, & ad impediendam coactionem. *ibidem dubium* 7.

5 Si autem Epiſcopus non veniat ad talem explorationem infra 15. vel ad ſummum 25. dies, non poteſt amplius ad eam deuenire, & intelligitur iuri ſuo renunciaſſe. *ibidem dub.* 6.

6 Si verò huiuſmodi explorationem velit exequi, poteſt eam vel ad crates, vel in Eccleſia Monaſterij examinare ſolus quia de tali examine nulli alteri tenetur fidem facere, licet citetur quædam declaratio Sac. Cong. quod puellæ reſponſiones à Notario publico cum duobus teſtibus ſint excipiendæ. *ibid. dub.* 4.

7 Facto tandem tali examine, ſi Nouitia liberè velit in Religione profiteri, non poteſt Epiſcopus vlterius ſe intromittere, ſed mane diei, quo profeſſura eſt, deuote confeſſa, communicet, & Moniales Capitulariter congregatæ ſuffragium ferant ſecretum per ballottationem, aut per ſcrutinium, quarum ſi maior pars ei ſuffragata fuerit, tunc omnes in Eccleſia procedant, vbi humiliter genuflexa, in manibus Superioris (ſed melius in manibus Præfectæ) profeſſionem emittat. *ibidem quæſt.* 2. 3.

NO-

NOVITIVS.

1 Qui conuertitur à ſæculo ad ingrediendam Religionem in Ciſmontana familia ſe debet prius præſentialiter conſtituere coram Prouinciali, & Diffinitoribus capitulariter congregatis (abrogata eſt enim conceſſio de ſubrogandis duobus Guardianis loco duorum Diffinitorum abſentium) vbi examinentur, an ſint fideles Catholici, & de Eccleſiaſticis Sacramentis, de nullo errore ſuſpecti, matrimonio non ligati, corpore ſani, conditione liberi, ætatis ad minus 16. annorum, nulla vulgari infamia notati. Et ſi pro Clericis recipiendi ſint, qui ſaltem linguam latinam intelligant; nec ad habitum admittantur, niſi antea Sacramento confirmationis muniti. *Conſt. cap. 2. ſtatut.* 1. Si verò pro Laicis, recipi non poſſint, niſi 20. annos ætatis habeant, & 30. non excedant. *Conſt. cap. 2. ſtat.* 1. §. 9. Vide *Laici*.

2 Quibus exceptis, & approbatis recipiuntur in Nouitios, dummodo antequam habitum induantur præſentent authenticas fides, manu Notariorum ſcriptas, & firmatas, in quibus teſtatum ſit, eos eſſe immunes ab exceptionibus notatis in Cõſtitutionibus Apoſtolicis, in Archiuio reponendas; Quas informationes Superior, vel Diffinitorium ſi teme-

rè

rè omittat, profeſſio Nouitij eſt valida, ſed Superior, aut Diffinitorium, ſi in culpa concurrant, priuantur officio cum inhabilitate in poſterum ad Ordinis officia. *Conſt. cap. 2. ſtat. 3. concl. 1. 3. & cap. 2. ſtat. 1.*

3 Sufficit autem, vt acceptetur in Nouitium, quod maior pars Diffinitorij conſentiat, dummodo ex illa ſe teneat Prouincialis, immò ſolus Prouincialis poteſt eum acceptare, quando omnes conſtat Diffinitores iniuſtè ei ſuum votum denegare. *ibidem concluſ.* 4.

4 Si autem ſolus Prælatus diſſentiat, acceptatio eius eſt nulla, quia de iure ad Prouincialem pertinet receptio Nouitiorum. *ibidem*. Non poteſt autem Prouincialis ſolus, non requiſito Diffinitorum voto, aliquem in Nouitium recipere, quia eos recipiendi auctoritas ei collata fuit cum Diffinitoribus copulatiuè. *ibidem*. Si autem habeat omnia requiſita, & de conſenſu Religionis factæ ſint informationes, non poteſt ſine graui peccato repelli. *ibidem*.

5 In Hiſpania eſt priuilegium Clement. VIII. pro Conuentu Salmanticenſi PP. Prædicatorum, quod poteſt aliquis in Nouitium recipi cum ſolo iuramento ipſius de conditionibus requiſitis, & durante nouitiatu deſtinatur aliquis Religioſus ex ipſo Conuentu, qui de dictis inquirat ſummariè per ſcrutinium ſe-

cretum, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: Quam informationem defert Priori, & Magiſtro Nouitiorum, qui poſſunt illam approbare, vel reprobare; ſed eſto, quod ſit vtijs in ijs partibus apud nos propter alias rationes, melius eſt aliquem non acceptare, quam acceptatum cum dedecore expellere. *Conſtit. cap.* 2. *ſtat.* 3. *concl.* 3.

6 Debent ergo recipiendi in nouitios eſſe fideles, Catholici, de nullo errore ſuſpecti, quia ſine fide Deo placere non poſſumus. Et ſuſpecti vel de leui, vel de vehementi, niſi ſuam innocentiam congrua purgatione oſtendant, omninò recipi non poſſunt. Si autem adiurauerint, vel puniti fuerint, nullo modo recipi poſſunt, etiam ſi per longum temporis ſpatium bonam famam acquiſierint, tales enim ſunt infames. *Conſt. cap.* 1. *ſtat.* 1. §. 2.

7 Debent etiam eſſe matrimonio non ligati, ideſt conſummato, poſt ratum verò, non conſummatum matrimonium poteſt ſponſus ad Religionem conuolare, quia ſic indultum eſt à Chriſto. *Ibidem quæſt.* 1. Explica, niſi adeſſet ſcandalum, & infamia ſponſæ; nec enim valet votum cum iniuria alterius, quia votum non eſt vinculum iniquitatis. *ibidem quæſt.* 2. Quod habet locum, etiam ſi matrimonium non fuerit ratum, ſed ſola ſponſalia cum copula, vnde infamia oriatur ſponſæ;

iuſti-

Digitized by Google

iuſtitia enim præualet charitati. *ibidem*.

8 Poſt matrimonium autem conſummatum poteſt vir ingredi Religionem de conſenſu vxoris, dummodo ipſa de conſenſu Epiſcopi votum continentiæ emiſerit, & illius ſit ætatis, quod non poſſit de ea oriri ſuſpici, aut Religionem intrauerit. Quæ omnia ſub mortali obligant ex Regula, etiam ſi ſenex ſit vxor; non autem ſi ſit adultera, quia tunc poteſt eam inuitam relinquere, & vbi cognitus non eſt, poteſt dicere, quod non ſit vxoratus, quia per eius adulterium deobligatur à redditione debiti; vnde fit habilis ad votum caſtitatis. *ibidem quæſt.* 3. Talem enim vxorem habere, & ſimpliciter non habere, in iure paria ſunt. Vbi verò cognoſcitur pro vxorato, non poteſt recipi, niſi de adulterio faciat plenè conſtare, aliàs vxor poteſt eum iuridicè repetere. *ibidem quæſt.* 3.

9 Corpore ſani debent eſſe, quibus non opponitur infirmitas breuiter curabilis, vt febris, vulnus, & huiuſmodi, ſed quæ nunquam, aut difficulter curari ſolent, vt ptiſis, membrorum debilitas, deſtitutio &c. ad quod reducuntur lepra, morbus gallicus, morbus caducus, quæ appellantur infirmitates contagioſæ; Hæ vltimæ irritant, & nullam reddunt profeſſionem; vnde qui eas celauit, poteſt ſemper expelli à Religione, quia ei ſe non obligauit,

Digitized by Google

uit, nec ab Epiſcopo, quia eum ignoranter ordinauit. Aliæ autem infirmitates impediunt receptionem habitus, etiam ſi breuiter ſint curabiles, donec ſint curatæ, notabilis etiam ſenſuum defectus, vel corporis deformitas, & & impotentia, vel ex debilitate, vel ex ſenectute ad obſeruanda Regulæ, & Religionis, non ſolum eſſentialia, ſed etiam accidentalia, impedit, quin poſſint ad habitum recipi, & recipientes peccant mortaliter, quia in his vltimis grauatur Religio per inutiles, in alijs per ſæculi ſcandalum, licet enim de talibus aliquis in virtute inſignis euadat, de particularibus tamen non datur ſcientia,& vt in pluribus, deformitas animi deformitatem corporis conſequitur. *ibidem q.* 3. §. 3.

10 *Animo prompti*, Minores enim debent eſſe prompti ad martyrium, ſaltem in præparatione animi, quia dicit Regula *cap.* 2. (*& velint ea vſque in finem firmiter obſeruare*) debent ſaltem habere veram deuotionem, quæ deuotio eſt voluntas quædam promptè tradendi ſe ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum: vnde qui indeuotum, & indiſciplinatum recipiunt, aut inducunt ad Religionem, niſi emendationis adſint indicia, mortaliter peccant contra charitatem, & contra iuſtitiam, quia plantis inutilibus, immò ſpinoſis Religionem impediunt. *ibidem* §. 4.

Debi-

Digitized by Google

11 *Debitis expediti*. Hinc arcentur à Religione grauati ingenti ære alieno ſupra vires ſuarum facultatum, vel qui ſunt obnoxij reddendis rationibus tam publicis, quam priuatis, quia textus indifferenter loquitur, vnde eis moleſtia illata ſit, aut timendum eſt, ne inferatur, cuiuſmodi ſunt Tutores, Curatores, Procuratores, Adminiſtratores, Publicani, Theſaurarij, Depoſitarij, Iudices, Magiſtratus &c. & eorum hæredes, quia ſuccedunt mortuis. *Conſt. cap. 2. ſtat. 1. quæſt. 5. §. 6. verſ. Obnoxij, & ſeq.*

12 Hi autem non vniuerſaliter excluduntur, ſed ij ſoli, quibus illata eſt moleſtia, vel inferri timetur, qua ceſſante, poſſunt recipi ad habitum, ſi conſtet, eos habere vnde ſatiſfaciant, aut ſi creditores eis liberaliter condonent, quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, vel quando Religio, aut alius pro eis obligauit, quia per alium tunc ſoluunt, nec habet locum textus iſte, in ijs, qui grauantur ex liberali promiſſione, ludis, cambijs, & alijs contractibus illicitis; quia textus dicit *ex alieno*, nec vbi debita habent parui momenti, quia textus dicit *ingenti*, nec quando ſunt condemnati à Iudice criminali ad ſoluendum talem ſummam, tunc enim non ſunt ære alieno grauati, *ibidem* §. 6. Nec habet locum textus in Monialibus, aut in recipiendis ad Ordines mi-

litares, quia non ſpecificantur in Bulla, nec non in excedentibus 16. annum, ſic enim ſpecificat textus, nec in non habentibus vnde ſoluant, quibus bonis ceſſerunt, quia ad impoſſibile nemo tenetur; nec in habentibus magna debita ſed incerta, quia poſſunt ipſi condonari, ſicut poſſunt in pios vſus applicari; nec in ijs, qui ſine graui ſua culpa impotentes effecti ſunt ad ſoluendum, ſiue ſit ſpes, ſiue non, vt manentes in ſæculo poſſint ea ſoluere, quia perſona Chriſtiana eſt libera, non ſerua creditoris; vnde debita non ſe tenent ex parte perſonæ, ſed ex parte bonorum, quorum defectu non poteſt redigi in ſeruitutem, ſicuti poterat in lege veteri. *Ibidem* §. 6. *verſ. Pro declaratione*.

13 Tales enim ſcienter recipientes (& receptus, ſi manens in ſæculo potuiſſet vel in partem, vel in totum ſatisfacere) peccant mortaliter, quia receptio eſt contra tertium iniuſtè, tamen profeſſio eſt valida, ſed profeſſus ſic tenetur laborare de licentia Superioris, vt debitis ſatisfaciat, & interim vota, & præcepta Regulæ ſecundum exigentiam obſeruare; tenetur etiam ad huiuſmodi ſatisfactionem Religio, ſi eum ſcienter vt talem acceptauit. *Ibidem* §. 6. *verſ. Reſpondeo*. His adde Mercatores, qui varijs inter ſe contractibus mutui, cambijs &c. tenentur, hoc enim eſt verè *ære alie-*

Digitized by Google

alieno grauari donec ſint iuſtificati. *ibidem verſ. de mercatoribus*.

14 Idem dicendũ eſt à paritate, immò à fortiori de ijs, qui parentes in ſæculo relinquunt in neceſſitate, quãdo eos alere ſuis laboribus tenebantur; valet enim eorum profeſſio, ſed peccant mortaliter tam ipſi, quam eos ſcienter recipientes; vnde ſi Religio talem neceſſitatem nouit, & tamen filium recipit, tenetur partem alere, & ipſe filius tenetur omnimodè per labores licitos parentum neceſſitatibus ſubuenire, etiam è Religione exire poteſt, ſi intra Religionẽ non poſſit eos ſubſtentare, & Religio poteſt ei dare licentiam, retento habitu, exeundi, & cõmorandi, durante neceſſitate extrema parentum, ſcilicet famis, carceris, infirmitatis, mendicationis contra ſuum ſtatum, & generis honorem, immò ſi ſaltem licentiam ei deneget Prælatus, poteſt eo inuito, & etiam oppugnante è Religione exire, ſiue talis neceſſitas fuerit ante, vel poſt ſuam profeſſionem, quia manſio in ſtatu Religioſo ei inhæret ex præcepto Diuino. Ad ſubueniendum verò parentibus tenetur ex iure Diuino, & naturali, quod præualet primo, niſi tamen rediens in ſæculo manifeſtè periclitetur de ſalute animæ, quia hæc abſolutè præfertur vitæ corporali Parentum. *ibidem* §. 6. Verſ. *ſed an valet*.

15 Ad hæc tamen non tenetur ob inopiam

Fratrum, & Sororum, etiam dato periculo incontinentiæ, quia cum ijs non habemus obligationem naturalem, qualem cum Parentibus. Ecce quid ſit recipere in Ordinem ære, aut onere alieno grauatos, vnde in dies ordo conturbatur, deuoti faſtidio afficiuntur, pietas offenditur, ſcandala generantur, & Religio vileſcit, & quod peius eſt, huiuſmodi diuites eſſe quærunt ſub Chriſto paupere, qui pauperes erant ſub diabolo locuplete. *ibidem* Vide *laborare*.

Illegittimè nati. Vide *Illegitimi*.

16 *Conditione liberi*. Hinc ſerui, ideſt captiui, profeſſio eſt nulla, & recipientes ſunt excommunicati, quia cum ſeruus non ſit Dominus ſui, nec poteſt ſe donare: nec Epiſcopus poſt confirmationem, & conſecrationem ſine licentia Papæ, poteſt intrare Religionem, quia ſuæ Eccleſiæ eſt deſponſatus, poteſt tamen ante conſecrationem, quia eſt ſponſus rato, non conſumato matrimonio. De vxoratis iam dictum eſt quia non ſunt domini ſui corporis, ſed ad inuicem obligati. De profeſſis alterius Religionis patet prohibitio per cuiuſcumque particularia Religionis priuilegia, licet Religio Minorica ſit inter cæteras arctiſſima; ob ieiunia, vel clauſuram, ſed ob meliora, & perfectiora media ad perfectionem Euangelicam, & ad vota eſſentialia; tamen ſatius eſt nul-

Digitized by Google

nullum ex alia Religione aſſumere. *Conſt. c.* 2. *ſtat.* 1. *quæſt.* 5. §. 7.

17 *Aetatis*: Clerici non poſſunt omninò profiteri niſi 16. annos compleuerint, licet enim ſi poſt 15. reciperentur poſſent poſt 16. legitimè profeſſionem emittere, iuxta *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de reg. cap.* 25. Laici verò non poſſunt recipi citra 20. annos, nec vltra 30. *ibidem* §. 8. Vide *Laici*.

18 *Nulla vulgari infamia notati*. Ideſt publica; vnde peccata occulta à Religione non excluduntur; quia autem huiuſmodi infames ad Ordinem recipiunt, per quos Religio dedecoratur, peccant grauiſſimè, & exemplariter ſunt puniendi, data enim quacumque diſpenſatione, ſemper generat nauſeam intra, & extra Religionem videre Religioſum, de quo ſemper eſt verum dicere: hic fuit ſatelles, Macellarius &c. *ibidem* §. 10. Vide *infamis*.

19 *Linguam latinam intelligant*. Nec enim aſſumendus eſt ad Ordinem, ad cuius exercitium eſt inhabilis; omninò autem illitteratus dicitur, qui prima grammaticæ rudimenta non didicit, quia verò in Religionem non recipiuntur in ordine ad curam animarum, ideo ſufficit eis litteratura ordinaria. *ibidem* §. 11. Vide *Illitterati*.

20 *Confirmationis Sacramento mŭniti*, tamen non importatur præceptum, ſed ſola de cen-

centia, & congruitas; vnde non peccant, qui etiam ſcienter non confirmatum recipiant, quia poteſt confirmari poſt ingreſſum in Religionem. *Conſt. cap. 2. ſtat. 2.*

21 Recipientes deſcendentes ab Hebræis excommunicationem ipſo facto, & priuationem officij, & inhabilitatem perpetuam ad omnia ordinis officia incurrunt. *Ibidem*. Vide *Deſcendentes. Infidelis Hæreticus.*

22 Recipere aliquem ad habitum, non poteſt Guardianus, niſi à Prouinciali, vel Generali delegationem habeat in ſcripto (niſi Prouincialis eſſet in eodem Conuentu) vt receptio ad habitum, & profeſſio ſint validæ, & canonicæ; habitus enim aſſumptio eſt quædam obligatio; ſeu contractus obligatiuus Nouitij, & Religionis ad inuicem, & debet Guardianus recipiendo priuis explicare, quæ obſeruanda ſunt ex Regula, & Apoſtolicis Sanctionibus, & reexaminare (non tamen iuridicè, quia hoc non poteſt, & ſupponitur factum à Diffinitorio) an aliquam conditionem ex præfatis falſificauerit, aut omiſerit? *Conſt. cap. 2. ſtat. 6.*

23 Quod ſi conſtet, deeſſe neceſſariò aliquod requiſitum ad habitus ſuſceptionem, debet de eo admonere Prouincialem, ne & ipſe vt delegatus cooperans defectui, incurrat pœnas, & tali impedimento durante, non debet

bet ei omninò habitum concedere, etiam ſi ſibi à Prouinciali præcipiatur, quia non tenetur obedire cum peccato, etiam veniali. *ibid.*

24 Inſuper ei proteſtetur, quod ſi aliqua ex memoratis conditionibus deſuerit, ad profeſſionem non admittetur, & quod ſi aliquo contagioſo morbo laborauerit, eius profeſſio nulla, & irrita euadet; vnde pro libito Religionis ſemper expelletur, quę proteſtatio in libro Conuentus regiſtretur. *ibidem ſtat. 7.*

25 In ſuſceptione habitus autem, nomen ei alicuius Sancti imponatur, vt per antiqui nominis depoſitionem, mortuus mundo, Deo viuere incipiat. *Conſt. c. 2. ſtat.* 10. §. 1.

26 In Eccleſia ad habitum, vel profeſſionem coram Fratrum multitudine, qui ei oſculum pacis tribuant, recipiatur, cuius actus regiſtretur in libro Conuentus, & ſubſcribatur à Nouitio, seù à profitente, & à Superiore, & à duobus Diſcretis. *Conſt. cap. 2. ſtat.* 11.

27 Poteſt autem Generalis, vel Prouincialis ex cauſa v. g. ſugiendi rumores, violentiam ob infirmitatem Nouitij, diſpenſare, vt hæc functio in alio loco, ſed coram Fratrum multitudine fiat, vt ſupra. *ibidem.*

28 Habitus prius benedicatur, vt Nouitius, & adſtantes eleuent mentem in Deum, & actionis grauitatem obſeruent. Miſteria autem veſtium in particularibus benedictionibus indi-

Digitized by Google

indicantur, ſcilicet humilitas, & innocentia in habitu; memoria vinculorum Chriſti in Cingulo; hominis interioris renouationis in Tunica; Diuinum præſidium in Caputio. Hæc autem omittere ſine contemptu non eſſet peccatum mortale, nec enim per talem benedictionem conſtituuntur in gradu tali, vt ad prophanum vſum conuerti non poſſint, ſed ſunt tantum inuocatoria; debet, & haberi ſermo adhortatoriùs, & moneri Nouitius de pleniſſima Indulgentia, quam conſequitur. *Conſt. c. 2. ſtat.* 12. 13.

Nouitiorum abſolutio. Vide *abſoluere*.

Cum Nouitio diſpenſare. Vide *Diſpenſare*.

29 *Ne Religio grauetur, ſingulis quatuor quibuſque menſibus, Nouitij Fratribus capitulariter congregatis proponantur. Conſt. cap. 2. ſtat.* 17. Vbi votum ſuffragari non poſſunt niſi Generalis, vel Prouincialis, ſi ſint præſentes, & Religioſi ibi commorantes de familia tantum, & nullo modo alieni. *ibidem ſtat.* 18. Statuta verò generalia *cap.* 2. §. 5. aiunt quod ſaltem per duos menſes Fratres de familia fuerint commorati. Vide *Hoſpites*.

30 Et ſi primis duabus vicibus maiorem ſuffragiorum partem odioſam Nouitius habuerit, ab ordine eijci debet, melius eſt enim à principio ab arca Religionis emittere, quam diutius in vtriuſque perniciem retinere. *ibidem*

dem ſtat. 18. *in fine*. Tertia verò vice ſi vota ſint æqualia, Prouincialis cum ſuo voto poteſt expellere, vel retinere Nouitium, pro vt melius in Domino iudicauerit. *ibidem ſtat.* 19. Si autem Nouitius expellitur, non habet ius reclamandi contra expulſionem, quia Nouitius non habet ius in profeſſione, neque ad profeſſionem, niſi iuxta ordinis ſtatuta. Si verò maiorem partem ſuffragiorum fauorabilem habuerit, ad profeſſionem admitti poteſt, habita prius licentia in ſcriptis à Generali, vel Prouinciali. *ibidem ſtat.* 20.

31 Profeſſio autem facta in manibus Guardiani ſine licentia Generalis, vel Prouincialis eſt nulla, quia ad eos ſpectat recipere ad Religionem, & non ad Guardianos, licentia autem oretenus data, etiam pro toto anno Guardianatus, vt Nouitios debitè ad profeſſionem accipiat, in foro interiori valet, ſolum enim requiritur ſcriptura ad firmiorem procedendi modum. *Ibidem ſtat.* 20. *quæſt.* 2.

32 Quod ſi conſtiterit Generali, vel Prouinciali, Vocales pro maiori parte iniuſtè negaſſe ſuffragium Nouitio, ideſt ex paſſione, ira, conſpiratione, quod poteſt ſcire per proceſſum iuridicum (data prius diffamatione, vel denunciatione) adigendo Vocales ad iuramentum, tunc legitimè poteſt Nouitium ad profeſſionem admittere, ſine eorum conſenſu

ſenſu, quia taliter negantes peccauerunt contra iuſtitiam, vnde tenetur ad reſtitutionem in re graui. Prouincialis verò poteſt immò debet ſupplere ſubditorum malitiam, præſtando, quod ipſi præſtare tenebantur. Nouitiatus enim eſt veluti quidam contractus inter Religionem, & Nouitium, quo Religio habet ius acceptandi bonum, & expellendi malum; Nouitius verò habet ius ad Religionem, ſi benè vixerit. Eſt etiam opinio, quod licet non data præfata fraude, poſſit Prælatus acceptare validè Nouitium ad profeſſionem ſine conſenſu Capituli, ipſe autem Prælatus priuatur eo ipſo ſuo officio, cum perpetua inhabilitate ad alia, immò ſi Capitulum tunc videns non contradicit, habetur pro conſentiente, ſi autem Prælatus auſterus per metum, aut preces importunas (quæ tunc cauſant, metum) cogat Capitulum ad conſenſum profeſſio eſt nulla, propter ſupradictam rationem. *Conſt. c. 2. ſtat. 20. q. 3. 4.*

33 Si aliquid accipiatur ab aliquo Nouitio non merè titulo eleemoſinæ, ſed tacitè, vel expreſsè in ordine ad obtinendam, vel facilitandam receptionem, eſt ſimonia. *Conſtit. cap. 2. ſtat. 21. quæſt. 4.* A Nouitio verò nil poteſt quouis modo accipi, ſub pœna excommunicationis non tamen ipſo facto, nec eſt reſeruata. *Ibidem quæſt. 1.* Prælati vlterius à No-

Digitized by Google

Nouitio aliquid accipientes priuantur officio, ſubditi puniuntur, vt proprietarij: *Ibidem*.

34 Nouitius, nec teſtamentum, aut donationem condere, aut aliquid validè donare poteſt niſi infra duos menſes ante profeſſionem, vt de Nouitia Moniali dictum eſt, quod iudicio prudentis remittitur; ratio eſt, ne depauperatus non poſſit redire ad ſæculum, & cogatur ad profitendum: *ibidem* Verſ. *Reſpondeo ly aliquid*.

35 Tamen ante ſuſceptionem habitus poteſt validè teſtari, donare inter viuos, vel cauſa mortis, etiam ad fauorem Religionis, de qua iam cogitauit, quia hoc non irritatur, ſed donatio non valet, nec teſtamentum, niſi ſecuta profeſſione, quod non currit de paruis eleæmoſynis merè datis in titulum eleęmoſynæ, vt dediſſet in ſæculo; ſic etiam relicta in teſtamento, dummodo non fuerint à Fratribus ſolicitata, poſſunt per Sindicum acceptari, & neceſſitatibus Religionis applicari. *ibidem ſtat.* 23.

Nouitij laici ad Clericatum promouendi. Vide *Laici*.

36 Nullus Tertiarius omninò ad habitum noſtræ Religionis, ſiue Clericorum, ſiue laicorum admittatur, ſub pœna priuationis officiorum Superioribus, & nullitatis profeſſionis; quod ſine diſpenſatione obſeruetur, eorum

enim

enim ſeruilis animus eſt vile exercitium, Religioſam maieſtatem etiam apud ſæculares nimis offendit. Intelligitur autem de Tertiarijs ad Conuentus ſeruitutem applicatis, non de ijs, qui domi ſuæ Tertiam Regulam profitentur, quia in his eſt ratio contraria. *ibidem ſtat.* 26.

Nouitiatus loca. Vide *Conuentus*. In quo cum Nouitijs Magiſter commoretur. *Conſtit. cap.* 27. *ſtat.* 26.

37 *Nemini verò, ſæculari, vel Regulari, etiam ex noſtro Ordine, niſi Magiſtro, & eius Socio, & Guardiano in Nouitiatum aditus pateat, nec in cellas eorum profeſſus, nec profeſſi Nouitius cellas ingrediatur*; quæ omnia ad puritatis conſeruationem, & deuotionis cautelam conducunt. *Conſt.c.*2.*ſtat.*27.28.29.

38 E Nouitiatus Conuentu exire non poſſint Nouitij, niſi publicæ, & vrgentis neceſſitatis cauſa, & cum ſocio moribus, & ætate prouecto, eo quod frequens exitus, & conuerſatio cum ſæculo, deuotionem mentis extinguit, & feruorem ſpiritus tepefacit. *ibidem ſtat.* 30. Nec cum Sæcularibus, etiam Parentibus loquantur ſine licentia Guardiani, vel ſui Magiſtri, & in eorum, vel alterius probi Patris præſentia. *ibidem ſtat.* 32.

39 Interim niſi ſuæ Regulæ, & orationi non ſtudeant, vt ædificij ſpiritualis optimum fun-

Digitized by Google

ſundamentum ponant. Si autem velint è Religione exire, impediri omninò non poſſunt. Impedientes verò quomodocumque, ne profeſſionem emittant, excommunicationem Papæ reſeruatam incurrunt. Non incurrit tamen excommunicationem, qui iuſtè ſuffragium negauit, quia hoc non eſt impedire, nec quando defectus eſſentiales Religionis, & inobſeruantiam veram Nouitio ad cautelam manifeſtat. *ibid.ſtat.23*. Vide *Cogere Impediens*.

Nouitiorum Magiſter. Vide *Magiſter*.

40 Ante profeſſionem omninò exproprientur, nec aliquid ſibi reſeruare poſſint; vſumfructum tamen ſibi competentem de licentia Superioris (excepta Minorica) ſibi reſeruare non repugnant, per quam licentiam eximuntur à proprietate, tranſit enim talis vſusfructus in Monaſterium in perſona Monachi. Inter nos autem omninò non poſſunt. *ibidem ſtat.* 41.

41 Vnde Guardiani, & Magiſtri Nouitiorum eos inducentes, vt aliquid ſibi, vel Religioni in teſtamento relinquant, priuationes officiorum, & vt proprietarij puniuntur, quia Euangelicæ paupertatis candor obſuſcatur: Poteſt tamen Confeſſarius dare conſilium Nouitio ad reſtitutionem obligato. *Ibidem ſtat.* 42.

42 Nouitiatus annus, debet eſſe omninò

Integer naturalis, non euangelicus, ideſt non à Paſchate ad Paſcha, ſed v. g. à primo Decembris ad primum Decembris, etiam in anno biſextilis, quia ibi duo dies pro vno computantur. Profeſſio aliter facta eſt nulla, per *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reg. cap.* 15. etiam ſi ſola hora, vel vnus quadrans deeſſet, quia in hoc lex, & praxis reſiſtit, cum non poſſit dici finitus annus, cui vel minima pars deeſſet, nec huic legi, licet videatur eſſe inducta ad fauorem Religionis, & Nouitij, poteſt ab vtroque ſimul de communi conſenſu renunciari, quia lex eſt prohibitiua, & annullatiua facti in contrarium; Vnde ſi ſine licentia in Religione exiret è Conuentu, vel cum habitu, etiam ad modicum tempus, perdit totum Nouitiatum tranſactum. *Conſtit. cap.* 2. *ſtatut.* 43. *quæſt.* 1. & 2.

43 Non autem ſi cauſa infirmitatis, timoris, commoditatis, iræ, voluptatis per modicum tempus, habitum dimitteret, quia hæc eſt materialis dimiſſio, non formalis. Item ſi Superior ſpoliaret Nouitium habitu, animo illum expellendi: vel ſi ſubitanea paſſione motus illum deponeret, ſeque veſtibus ſæcularibus indueret cum voluntate diſcedendi, tamen in ſe reuerſus actum retractaret ante egreſſum è Conuentu non interrumperet Nouitiatum. *Ibidem quæſt.* 2. Sic etiam ſi cauſa

infir-

Digitized by Google

infirmitatis Nouitius dimitteretur ad domum paternam curandus cum licentia Superioris; vel ad aliquod negotium peragendum, aut ad viſendos coniunctos, etiam ſi per aliquos dies, & menſem, ac etiam ad tres menſes, & in illo tempore, ob æſtum, vel febrim de medicorum licentia habitum exueret, non interrumperet Nouitiatum, quia qui cum obedientia ambulat, non eſt à poteſtate Superioris alienus. *ibidem q.* 2.

44 Si verò Nouitius exiеrit è Conuentu ſine licentia ad malum committendum, ſcilicet furtum, fornicationem, &c. non eſt amplius recipiendus in Religione. Secus verò ſi exiret ob leuitatem animi, vt ad videndum ſpectaculum, ingreſſum Principis, ad lauandum in flumine, ad viſendos Parentes, &c. collata ei pœna amiſſionis tranſacti Nouitiatus, poteſt iterum ad Religionem recipi. *ibidem*.

45 Ante vltima vota recipienda, non liceat Superiori, vel Magiſtro Nouitium laudare, vel vituperare, quaſi velint vota ſua exhortatione dirigere, ſed libertati ſuffragantium omninò conſulatur. *ibidem ſtat.* 44.

46 Ante profeſſionem, Doctrinam Chriſtianam, & Regulæ præcepta, debet Nouitius in publico coram Fratribus recitare, ne poſſit contra huiuſmodi obſeruantiam qualemcumq;

 igno-

ignorantiam allegare. Eadem de cauſa Clerici ordinandi, diuini officij ritum calleant. Data etiam rationabili cauſa, poteſt Nouitiatus ad ſex menſes prorogari, vt inhabiles diſcant, ſi ſpes profectus effulgeat. *Ibidem ſtat.* 45.

OBEDIENTIA:

1 *Eſt virtus moralis promptam reddens voluntatem ad implendum præcipientis imperium.* In Franciſcana Religione eſt ampliſſima, quia ſe extendit, non ſolum ad omnes res, in quibus non ſit manifeſtum peccatum, ſed etiam in indifferentia. *Conſt.cap.*11. *ſtat.*1. Verſ. *ſed examinemus*. Licet in omni Religione ſit fundamentum, vnde meritò antefertur cæteris Conſilijs Euangelicis (iuxta illud Melior eſt obedientia, quam victimæ 1. *Reg. cap.* 15. *Conſtit. cap.* 1. *ſtatut.* 1. §. 1. Minorita tamen debet obedire non tantum in claris, ſed etiam in obſcuris, quæ ſcilicet non ſunt manifeſtè bona, quia poſſeſſio ſtat in dubio pro voto obedientiæ, & præceptum in dubio præſupponitur iuſtum. *Pœnal. cap.* 7. *caſu* 9. *diffic.* 1.

2 Debetur pro obedientia Papæ, vt capiti Eccleſiæ à Chriſto poſito. *Conſtit. cap.* 1. *ſtat.* 1. §. 6. vnde ab obedientia Papæ nullus ſe ſubtrahere poteſt, ſicut nec ab obedientia Dei. *ibidem* §. 12.

Gene-

Digitized by Google

3 Generali autem in toto Ordine, ſicut Papæ in tota Eccleſia obedire tenemur, vt potè qui pleniſſimam, & ſummam habet in Ordine authoritatem, qui ſolus eſt Miniſter noſter Generalis Totius Ordinis Minorum, etiam poſt diuiſionem inter Conuentuales, & Obſeruantes. Vnde ſigilla,& inſcriptionem Ordinis per Bullam Vnionis Leonis X. *Ite & vos* præfert, cæteri verò præferuntur, vel ſolis Conuentualibus, vel ſolis Capuccinis, vnde anno 1631. contra hoc reclamantes PP. Conuentuales, litem, & præcedentiam ex Decreto Sac. Congregationis perdiderunt. *Conſtit. cap.* 1. *ſtat.* 4.

3 Qui verò Generali non obedierit, trimeſtri carceris pœna, aut grauiore Generalis arbitrio mancipetur. *ibidem*. Obedire etiam ſub præcepto tenemur Prouinciali Miniſtro, Commiſſario Viſitatori, & Guardiano in ſuo Conuentu, quia ſunt verè Prælati, curam animarum, & iuriſdictionem habentes reſpectiuè in ſuis dominijs, quam habet Generalis in toto Ordine, niſi vbi per ſtatuta fuerit limitata. *ibidem* §. 7. *&* 9.

5 Obedientiæ tempus, & limites præſcripta tranſgredi non licet, ſub pœna apoſtaſiæ, niſi paruitas materiæ excuſet, qualis erit decem milliariorum in 100. in triduo medius dies, in anno duo menſes, & huiuſmodi, quæ

Digitized by Google

hic aſſignantur, non vt Canones, ſed vt Superior videat quomodo ſe gerere debent in obſeruantia diſciplinæ regularis, vt rigorem miſericordiæ admiſceat. *Pęnal.cap.9.quæſt.3. in fine*.

6 Qui autem exeundi è Conuentu, vel Prouincia habet à Prouinciali, vel à Generali licentiam, debet oſtendere Prouinciali, vel Guardiano. Vide *Apoſtaſia num.* 27. *& deinceps*.

7 Obedientiæ opponitur Inobedientia, quæ eſt mala, contumacia peior, & rebellio peſſima. De contumacia, & rebellione agitur ſuo loco. Inobedientia ex oppoſito eſt vitium inclinans ad non faciendum, quod iubetur, ex eo principaliter quod iubetur, vnde habet pro obiecto præceptum Superioris, vt Superioris. *Pęn.c.6.q.1.* Vide *Contradicere*.

Inobedientium pœna eſt carceratio, ac conſequenter actuum legitimorum priuatio. Vide *Rebellio Carcer. Contumacia. Monitio.Guardianus*.

OBLATIONES.

In Miſſis Vide Miſſa.

OBLIGATIO.

Obligantur Fratres Minores ad arctos, & pauperes vſus, ratione paupertatis in Regula profeſ-

profeſſæ, iuxta declarationes Nicolai III. & Clem. V. *Pœnal. cap. 7. caſu* 13. Vnde non tantum obligantur ad illa tria vota eſſentialia, ſed etiam ad omnia pertinentia ad illa. *ibid. cap. 7. quæſt. 2. in fine.*

OBLOQVI.

Obloquentes contra Summum Pontificem, Eminentiſſimũ Protectorem, ac alios S.R.E.C: Vide *Carcer num.* 1.

OBREPTIO.

Eſt formale mendacium fraudolentum, quo impetratur gratia, tacito vero, quo narrato non fuiſſet impetrata. Vide *Narratiua. Pœnal. cap. 29. quæſt.* 1. Obtempta gratia ſubreptitia à Generali, examinari poteſt à Prouinciali. Vide *Generalis, Gratia, & Pœnal. ibidem quæſt.* 7.

OBSECRATIONES.

Sunt preces efficaciſſimæ cum expreſſione rei ſacræ, per quam oratio magis fit exaudibilis, vt cum dicitur: *Per Crucem, & Paſſionem tuam libera nos Domine. Pœnal. cap.* 15. *quæſt.* 4.

OCCIDENS.

Ad ſui defenſam, nullam pœnam, nul-

lamque irregularitatem incurrit, nec peccatum, dummodò non excedat limites inculpatæ tutelæ, v. g. niſi modo percuſſus, poſt paululum reuertatur ad vindictam; ſi percuſſus cum baculo, ipſe percutiat cum enſe, quia tunc peccauit in modo, non in ſubſtantia; vnde pœna extraordinaria punitur. Occidere autem ad defenſionem bonorum, vel famæ non licet Religioſo, quia bona noſtra ſunt paupertas, & honor contemptus; nec licet præuenire quem ſcias tibi inſidias parantem, poteſt enim aliò fugere. *Pœnal cap. 14. quæſt. 6. diff. 6.*

OCCVLTVM.

Aliud per ſe, aliud per accidens. Occultum per ſe dicitur, quod merè eſt mentale. Occultum per accidens dicitur, quod quidem ignoratur, tamen publicari poteſt, & eſt de ſua natura publicabile. *Pœnal cap. 2. queſt. 2. verſ. Confiteor.*

Occultare habitum. Vide *Habitus.*

Occultare, vel occupare litteras. Vide *Littera.*

Occupatio circa Officium Diuinum. Vide *Officium.*

ODIVM. ODIOSVM.

Odium *Eſt vetus ita ex pluribus cauſis collecta,*

Digitized by Google

lecta, diuturno tempore perſeuerans. Pœnal. cap. 17. *quæſt.* 2.

Odioſum autem dicitur, quod à iure communi recedit. *Pœnal cap.* 16. *quæſt.* 3. Odioſa verba, & pœnalia intelliguntur cum effectu ſecuto, v. g. qui fauores ſæcularium pro dignitate in Religione procurat, ſed ſi ijs poſtea non vtitur cum Superiore, pœnas recurrentium ad fauores non incurrit. *Pœnal. cap.* 15. *quæſt.* 7. Odioſa enim generaliter non extenduntur ab vno caſu ad alium, etiam data paritate rationis. *Conſtit. cap.* 8. *ſtat.* 36. *quæſt.* 4. *verſ. ſi dicatur.*

OFFENDERE.

Offendens aliquem, & ignorato offenſore, poteſt Superior præcipere per excommunicationem, vt ſcientes, vel complices reuelent. *Pœn. cap.* 28. *quæſt.* 2. *diff.* 3.

OFFICIALIS.

Dicitur, qui ſub alio iuriſdictionem exerceret, vel qui ſine iuriſdictione merum officium facit. Dicitur autem in Religione, qui rebus gerendis præeſt, ſiue vt Prælatus Ordinarius ſiue eius Aſſeſſor. *Pœnal. cap.* 29. *quæſt.* 2.

Officiales Monaſterij. Vide *Moniales.*

OF-

OFFICIVM.

Eſt rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratio, ſiue cum præeminentia, & iuriſdictione, ſiue non. Officia enim in Religione non omnia iuriſdictionem cum præeminentia habent; vnde nec omnia dignitas dici poſſunt, ſicut ſunt Vicarij ſub Guardianis Conuentus, Diſcreti locales, & diffinitores, qui quamuis habent præcedentiam, non habent iuriſdictionem; ſed ſoli Prælati à Generali vſque ad Guardianos incluſiuè; iſti enim habent ſubditos, qui completam dignitatem conſtituunt. *Conſtit. cap. 8. ſtat. 1.*

OFFICIVM DIVINVM.

1 Deuotè, & attentè eſt celebrandum, non ſyncopando, vana, vel prophana, vel inhoneſta colloquia miſcendo; non inchoato officio veniendo, non niſi completo exeundo. Quæ ſi notabiliter committantur, peccatum eſt mortale. *Conſt. cap. 3. ſtat. 7.*

2 Poteſt dici totum ſimul, ſedendo, ambulando &c. ſi illud ſolus quis recitat. Excuſatur autem à mala prolatione, & diſtractione qui voluntariè non delinquit. *ibidem*. Vide *multa*.

3 Occupati in lectionibus, prædicationibus, & confeſſionibus, poſſunt computare offi-

Digitized by Google

officia longiora in breuiora, & remittere longiora in alios dies non occupatos, dummodo ſine malitia fiat. Quinimmò loco Horarum poſſunt dicere ſex, aut ſeptem Pſalmos cum totidem Pater noſter, & bis Simbolum Apoſtolorum, aſſignata à Superioribus. Poſſunt etiam anticipare Matutinum à Veſperis, & Horas à mane. *Conſtit. cap. 3. ſtatut. 2. in fine.*

4 Officium verò B. M. V. non obligat in Choro, etiam vbi ſit immemorabilis conſuetudo recitandi, niſi ſecundum rubricas. *ibidem ſtat. 5.*

ORDINARIVS.

1 Dicitur qui iuriſdictionem natiuam, non datiuam iure ſuo, non alieno beneficio, ad vniuerſalitatem cauſarum poſſidet. *Pænal. cap. 19. quæſt. 5. diff. 1.* Aliquando autem procedit vt delegatus, non vt Ordinarius, quando ſcilicet eius iuriſdictio alteratur ex delegante Superiore, & tunc ab eius ſententia ad Superiorem delegantem appellari poteſt. *ibidem quæſt. 4. diff. 1.*

Ordinarius non poteſt examinare ſententiam expulſionis ſibi à Religione præſentatam. Vide *Incorrigibilis*.

3 Debet autem cauſam primam ſubditorum cognoſcere. Vide *Inſtantia*. Nec eius autho-

authoritas impediri, vel reſtringi poteſt ſine causa: Vide *Generalis. Commiſſarius Generalis. Prouincialis.*

ORDO.

1 Ordinandi prius ſunt examinandi, & approbandi per Examinatores Religionis à Patribus ad id in Capitulo ſpecialiter deputatis. *Conſtit. cap. 2. ſtat.* 54. Quod examen poteſt fieri diuiſim, licet praxis ſit, vt examinentur coram Prouinciali, & Examinatoribus ſimul vnitis, attamen ſi aliter fit, non fit contra leges. *ibidem quæſt.* 3. Et debent ordinari intra limites prouinciæ, & à proprio Epiſcopo, vel eo non habente, ab alio, Prouincialis tamen, quia auctoritatem habet mittendi fratres ad vicinorum Prouinciam, poteſt mittere etiam ordinandos ad viciniorem ipſam. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 59. Afferre tamen debent teſtimonium Epiſcopi, vbi ordinem ſuſceperunt, aliàs ſuſpenſi ſint ab exercitio, quouſque conſtet. *ibidem ſtat.* 58.

2 Si verò Prouincialis ſine approbationis teſtimonio, & examinis, dimiſſorias ordinandis dederit, puniri poteſt arbitrio Superioris. *ibidem quæſt.* 1. & peccat mortaliter, ſi non acceſſerit teſtimonium de vita, & moribus Guardiani, & diſcretorum illius familiæ. *ibidem ſtat.* 53.

Exa-

Digitized by Google

3 Examinatores autem debent ſaltem eſſe duo cum Prouinciali, & in examine aliquando committitur ſimonia, ſi Examinatores aliquid accipiunt, quia tunc datur ius ad ſuſcipiendos ordines, qui ſunt res ſpirituales. *ibidem quæſt.* 5.

4 Poſſunt ordinari extra tempora, & non ſeruatis interſtitijs, ex conceſſione facta Ieſuitis à Gregorio XIII. & Congregationi S. Ioannis Euangeliſtæ in Luſitania à Clem. VIII. *ibidem ſtat.* 55. *dub.* 4.

5 Apoſtata ordinatus in ſacris accipit ordinationem vacuam, & inanem, ideſt eſt ſuſpenſus, & irregularis, vtpotè ordinatus ſine veris dimiſſorijs: Dimiſſoriæ enim ſunt tanquam forma iuris. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 24. *ante medium*. Idem dic de ordinato ſine patrimonio. *ibidem ſtat.* 14. *quæſt.* 10. *reſp.* 4. Idem pariter dic de ordinato per ſaltum, ideſt qui Ordinem ſuperiorem ſine inferiore ſuſcepit (ſed cum hoc non poteſt diſpenſari, niſi prius inferiorem accipiat) qui omnes miniſtrando fiunt irregulares, niſi à Superiore diſpenſentur. Immò etiam ſi notus eſſet Epiſcopo, ſi ſine dimiſſorijs ordinaretur, eſſet ſuſpenſus, quia dimiſſoriæ ſunt forma iuris, ſine quibus nec ratificatio ſufficeret. Hæ autem dimiſſoriæ poſſunt ſuppleri per ſimplicem litteram Superioris certiorantem Epiſcopum de licentia

tia ſubdito conceſſa. *Conſtit. cap. 2. ſtat.* 57. *concl.* 7. Sed generaliter poteſt ſuper tales ſuſpenſiones diſpenſare Generalis, vel Prouincialis. *ibidem concl.* 9. eò quia non ſunt perpetuæ, nec Papæ reſeruatæ. *ibidem concluſ.* 8. *&* 9. Tamen Superior punire poteſt ſic ordinatum pœna decennij à ſuſceptione Ordinum. *ibidem concluſ.* 11. Vide *Promoueri*.

6 Sacerdotium denique exercens non ordinatus in illo à Sancto officio punitur, & traditur brachio ſæculari, extremo iudicio puniendus. *ibidem in fine*. Vide *Examen*.

Ordo, ſeu Religio Franciſcana. Vide *Reformare num.* 6.

7 Ordo ſuffragandi Nouitijs eſt, quod congregatis capitulariter Fratribus, Superior incipiat, & alij ordinatè proſequantur. *Conſtitut. cap.* 2. *ſtatut.* 44. Ordo recurrendi ad Superiores. Vide *Appellatio*.

ORACVLA

Viuæ vocis reuocata ſunt per Pontificem Vrbanum Octauum. *Conſtit. cap.* 2. *ſtat.* 24.

ORATIO.

1 Orationi mentali in communi poſt Completorium, per totum annum. Item poſt Matutinum, vel mane pro varietate temporis, omnes vacare debent: quæ oratio men-

Digitized by Google

mentalis aliquando obligat ſub peccato mortali, cum ſit medium vnicum ad acquirendam perfectionem. *Conſtit. cap. 5. ſtat. 2. quæſt. 1.*

2 Orare autem in communi ſic præſtat, vt ſi notabiliter publicum, & commune orationis exercitum deſereretur, Superior, & ſubditi, qui hoc cauſarent, peccarent mortaliter, quia fit grauis inordinatio in re, ex qua pendet decor, & conſeruatio diſciplinæ Regularis, & grauiter ſunt puniendi. *Conſt. cap. 5. ſtat. 2. quæſt. 3.*

3 Sine ipſa oratione nihil poteſt proficere, & conſequi Religioſus à Deo; ait enim D. Bonauentura. *Omnis Religio arida, & imperfecta, & ad ruinam promptior, quæ ſpiritum diuinæ ſuauitatis non quærit. Conſtitut. cap. 5. ſtatut. 22.*

ORGANA.

Solum inter inſtrumenta muſica conceduntur in Ordine (inter Reformatos prohibitum eſt introducere) vtpotè quod antiquiſſimum vſum habet in Eccleſia. *ibidem cap. 3. ſtat. 9.* Vide *Cantus*.

OTIVM.

1 Ab omnibus eſt vitandum, & exercitio ſpirituali, ſtudijs, lecturæ, concionibus vel operibus manualibus vacandum. Otioſi enim

de

de ore Dei euomentur, ſcilicet in manifeſtum præcipitium ruent, quos vt aliorum de labore viuentes, Fratres Muſcas S. P. Franciſcus appellauit; vnde Laici, quibus Superior committit laboritium, tenentur illud exercere, & ex vi obedientiæ, & ex præcepto Regulæ. *ibidem reſp.* 4.

2 Immò qui poſt commiſſa ſibi munia, tempus notabile otio terunt, & in tentationes, aut occaſiones cadendi incurrunt, tenentur ſub præcepto laborare. *ibidem reſp.* 3. Et notabiliter otioſi ſub culpa mortali ſunt, tum ex vitio otij, quod eſt animæ inimicum, tum etiam, quia in Regula prohibetur. Illi autem dicuntur propriè otioſi, qui ſuo viuendi genere panem quotidianum in ſæculo non lucrantur. *Conſt. cap.* 5. *ſtat.* 1. *in fine*. Quapropter voce actiua, & paſſiua priuantur, & grauius puniri debent. *ibidem in principio*.

PACTVM.

Quodcumque pro mercede laboris habenda, proprietatem ſapit, & interdicitur; deficiente enim prætio laboris, non ad lites, ſed ad eleæmoſynas nos mittit S. Pater Franciſcus. *Pænal. cap.* 7. *caſu* 8. *diſſ.* 3. Pactum verò de ſtipendio Miſſæ, vt merces eſt, non vt prætium, non eſt ſimoniacum. Eſt autem ſimonia paciſci ſe electurum Titium, ſi ipſe conferat,

rat, vel reſignet beneficium; hic enim ſpirituale, non ibi negotiatur. *Pœnal. cap.* 15: *quæſt.* 2. *verſ. Paciſci ſe electurum*, & *Paciſci de ſtipendio*.

PALAM.

Eſt particula indicans aliquid factum eſſe coram pluribus. *Pœnal. cap.* 12. *quæſt.* 10.

PAPA.

1 Nec ſuper ius naturale, neque ſuper Diuinum, bene tamen ſuper poſitiuum auctoritatem habet. *Pœnal. cap.* 15. *quæſt.* 1. *in fine*. Validare non poteſt quæ contra ius Diuinum, aut naturale ſunt, benè quidem contra poſitiuum. *ibidem quæſt.* 2. Ipſe enim poteſt ſolus diſpenſare cum Conuentu Regulari ſuper ſimonia contracta pro acceptatione ad Religionem. *ibidem*. Poteſt etiam ſine ſimonia ſeparare penſionem ab officio ſpirituali, & vendere illam, & poteſt extinguere officium ſpirituale, & vnire præbendam officio temporali, ver. gr. lectioni Grammaticæ, quam laicus legeret, & ſic deſineret eſſe ſpirituale. *ibidem*.

2 Poteſt ſibi reſeruare, vel alteri partem fructuum beneficij, quia eſt ſupremus ſacrorum arbiter: quæ omnia non poteſt Epiſcopus ſine ſimonia: *ibidem verſ. Papa*, & *verſ.*

Reſpondeo 11. *& verſ. Diſpenſare cum Conuentu* .

3 Papa iure ſuo (quod eſt ſuper omne ius humanum, vnde à nulla poteſtate creata niſi Papali abrogari poteſt) exemit Clericos quoad perſonam, forum, bona &c. à poteſtate ſæculi; de ſe enim non erat exempta, cum non ſint ſpiritualia, qualia ſunt Ordines, Sacramenta &c. quæ iure Diuino, non Papali ſunt exempta à poteſtate ſæculi. Nomine autem Clericorum in fauorabilibus veniunt Regulares, Monachi, Nouitij, & conuerſi, etiam Tertiarij, modò in Conuentu viuant, & habitum ſuæ Religionis portent, licet vota eſſentialia non emittant. *Pœn. c.* 18. *q.* 1. 3.

4 Licet autem Papa cum excommunicato communicet ſcienter, non tamen cenſetur illum abſoluere, niſi hoc aliquo modo declaret, aut niſi ei cauſam committat excommunicationi repugnantem, vt iudicare, conſecrare &c. *Pœnal. cap.* 10. *quæſt.* 2. *diff.* 4. *in fine*.

Papæ interfuerunt Capitulis Generalibus Seraphicæ Religionis, ſcilicet Greg. IX. Boniſac. VIII. & Nicol. III. Vide *Electio num.* 4.

P A R

In parem non habet imperium, vnde non poteſt Generalis ligare manus ſucceſſoris, ne reuocet, vel examinet à ſe facta. *Pœn. c.* 29. *in fine*.

PA-

Digitized by Google

PARIA

Sunt quæ ſunt in actu cum ijs, quæ ſunt in via, & deducuntur ad actum. Vnde pœna capitali plectitur, qui ſacram Virginem ſibi in matrimonium coniungere tentat, ſicut ſi de facto coniungeret. *Pœnal. cap. 4. Circa XIII. verſ. Reſpondeo licet.*

PARVM

Pro nihilo reputatur in moralibus, & ſic paruitas materiæ excuſat. *Pœn. cap. 9. quæſt. 3. in fine.*

PARENTIBVS

In neceſſitate conſtitutis, quid facere debeat Religioſus filius. Vide *Laborare Guardianus. Nouitius.*

PARTICIPARE

Participantes cum Apoſtatis non denunciatis, non incurrunt excommunicationem, licet Apoſtaſia ſit notoria, quia notorietas ſolum afficit Clericorum percuſſores. *Conſtit. cap. 2. ſtat. 62. diffic. 3.*

PATER

1 Non ſolum naturæ eſt, ſed & Religionis, & reuerentiæ. *Pœnal. cap. 3. quæſt. 2. diffic. 6.*

Vnde in Religione dantur Patres Ordinis; Prouinciæ, & graues. Patres Ordinis dicuntur, qui Miniſtri, vel Commiſſarij, vel per biennium Vicarij Generales extiterunt; ſed Commiſſarij Generales ſunt Patres tantum in ſua familia, miniſter verò, & Vicarij Generales in toto Ordine. *Pœnal. cap. 30. quæſt. 1.*

2 Dicuntur etiam Patres Ordinis, qui fuerunt Procuratores Generales, vel Commiſſarij Curiæ, vel Diffinitores Generales. *ibidem.*

3 Patres Prouinciæ dicuntur qui fuerunt Miniſtri Prouinciales, Guardiani, vel Præſidentes Terræ Sanctæ per triennium, Commiſſarij Generales Terræ Sanctæ per duodecim annos, Secretarij Generales per triennium, Vicarij Prouinciales per biennium completum, & tandem Lectores Iubilati: Hi enim dum viuunt dicuntur Patres ſuæ Prouinciæ. Cuſtos verò Vocalis, & Diffinitores Prouinciales durante officio. Item dicitur Pater ſuæ Prouinciæ Commiſſarius Generalis Indiarum in Curia Catholica reſidens, etiam poſt expletum officium. Patres graues dicuntur omnes ſupradicti Patres Ordinis, & Prouinciæ, inſuper Lectores generales, ſeu claſſici, & Prædicatores generales; ſeu celeberrimi. *Pœn. c. 30. quæſt. 1. & Conſtit. cap. 1. ſtat. 4. §. 11.*

4 Votum conſultiuum, electiuum, & deciſiuum, in Prouinciarum ſuarum reſpectiuè

Capi-

Capitulis, & Congregationibus habeant Patres Ordinis, & Prouinciæ, tamen ob iuſtiſſimas cauſas annullarunt Clem. VIII. Greg. XV. & Vrban. VIII. eis tantum præcedentiam, & ſocius gratum concedendo. *Pœnal. cap. 3. quæſt. 2. diff. 7.* ita vt ſolis Miniſtro, & Vicario, vt ſupra in toto Ordine, & Comiſſario in ſua familia Generalibus, præfatum votum remanſerit, & ſuperintendentia in omnibus negocijs, & electionibus prouinciarum, ſi interſuerint. *ibidem cap. 30. quæſt. 1. reſp. 3.*

5 Poſt obitum verò Auctoris, ac operis impreſſionem, Alexander Papa VII. feliciter regnans, die 4. Decembris 1662. votum perpetuum in ſua Prouincia dedit eis, qui Commiſſarij Curiæ, aut Procuratores Gener. etiam inter Reform. per triennium continuum fuerint. Vide *Procurator*.

6 Procedere contra Generales emeritos Prouincialis non poteſt, ſed cauſa ad Generalem, & Diffinitores generales omninò eſt remittenda: maiores enim cauſæ eſſe non poſſunt in Ordine, quam quæ patres totius Ordinis tangunt, & ideò ad Principem in Ordine debent deferri. Quapropter vnum ſolum Superiorem actualem vbicumque ſit recognoſcunt prædicti Patres Generales emeriti; ſic coram Generali Prouincialem, coram Prouinciali Guardianum non recognoſcunt. *ibidem.*

7 Contra reliquos Patres ſupra recenſitos, ſcilicet qui fuerunt Procuratores, aut Diffinitores Generales, Miniſtri Prouinciales (inter quos omninò non comprehenduntur, qui à Miniſtro Generali Commiſſarij Generales in Pollonia, Gallia, Germania, aut etiam Vicarij Generales in tota familia Ciſmontana, in ſua abſentia tantum inſtituuntur) procedere poteſt Prouincialis, aut Commiſſarius Viſitator, capiendo informationes, ac formando proceſſum offenſiuum ſine Patrum conſilio, ſed ad ſententiam diffinitiuam deuenire, Paternitate priuare, aut notabilem aliquam punitionem, aut confuſionem ſubeundam adigere, & generaliter inferre aliquem actum, qui retractari non poſſit, niſi de conſilio, & aſſenſu maioris partis Patrum Prouinciæ, omninò non poteſt. Quod etiam obſeruant (licet non ex obligatione) ipſimet Miniſtri Generales. *Pœn. cap.* 30. *quæſt.* 2.

8 Si autem Superior Prouincialis procedit contra iſtos Patres ſine aſſenſu maioris partis Patrum Prouinciæ, nulliter facit, quia contra formam ſtatuti operatur, quapropter eſt grauiter puniendus, ac etiam ab officio ſuſpendendus, ſaltem quo ad actus iudiciarios, & reſarcire debet omnia damna Patri offenſo illata per irregularem modum procedendi. *ibidem quæſt.* 3. 4. *reſp.* 2.

Non

Digitized by Google

9 Non tamen hinc ſequitur, quod eorum notabiles negligentias, vt eſſet in Choro, aut defectus quotidianos corrigere, etiam pœnitentijs ſalutaribus non valeant, immò tenentur, etiam ipſimet Guardiani, quia Clem VIII. præcipit, puniri, qui menſæ, qui communibus officijs, ac vitæ non aſſiſtunt. *ibidem*.

10 Nomine autem punitionis, & confuſionis notabilis venit illa, quæ infamiam inurit, vt eſſet punire de furto, fornicatione, & de alijs omnibus ijs infamiam irrogantibus. Sed non puto tenendam eſſe rigoroſè acceptionem *notabilis*, vt ſolum currat vbi aſpergatur infamia, ſed etiam vbi infertur punitio, quæ apud Religioſos notabilis, & conſpicua exiſtimaretur, etiam ſi non infamaret, cuiuſmodi eſſet ſi priuaret lectura, vel Concione, aut Confeſſione &c. *ibidem quæſt.* 3.

11 Nec etiam attendenda eſt ęſtimatio patientis, qui fortaſſe confunderetur, ſi flagella diſciplinæ ſibi infligat ſi culpam dicat, ſi in pane, & aqua ieiunet, ſed opinio naſci debet ex ipſo delicto, ex genere pœnæ grauis, infamantis, & notabilis. *ibidem*.

12 Patres omnes ſupradicti graues, qui & digniſſimi nuncupantur, priuilegiati ſunt, ita vt torqueri non poſſint, etiamſi deliquerint, quocumque genere torturæ, ſine expreſſo conſenſu Generalis in ſcriptis obtento, vt

appareat in proceſſu modus Iudicis procedendi, niſi delictum ſit adeo atrox, & enorme, & aliqua circumſtantia conſpicuum; quod rationabiliter aliter fieri debeat. *Pœnal. cap. 5. quæſt. 3.*

13 Non ſufficit autem ad hoc enormitas ordinaria, v. g. votorum tranſgreſſio, ſed requiritur aliqua circumſtantia, quæ delictum maximè aggrauet, v. g. ſi agatur de furto, debet eſſe ſacrilegium, vel fractura: ſi de fornicatione, debet eſſe cum Moniali, vel nefanda, vel cum ſcandalo ſæcularium diffamata: ſi de percuſſione, quod ſit publica cum morte, vel mutilatione, &c. *ibidem.*

Pater dignior quoad ſubrogationem. Vide *Diffinitor num. 13.*

PAVPERTAS.

1 Religioſa eſt abdicatio, omnium rerum temporalium opere, & voluntate propter Deum, & perfectionis deſiderium, cui ex directo contrariatur proprietas. *Conſtit. cap. 2. ſtatut.* 4. Sic dicitur Paupertas Euangelica, quæ opponitur eſſentialiter Dominio, iuri, & proprietati, quia omne dominium, omnem poſſeſſionem, & omnem vſum excludit, excepto ſolo, & vnico vſu facti, aliàs tranſit in proprietates, & Paupertas in hoc ſenſu eſt vnum de tribus votis eſſentialibus omnium

Reli-

Religionum. *Conſtit. cap. 6. ſtatut.* 1.

2 Poteſt autem hæc paupertas acceptari, & voueri in Religionibus, vel in particulari tantum, vel in particulari, & in communi. Minorica Religio eam vouet ſecundo modo, quare omne dominium, & in particulari, & in communi abſcindit, ſolum vtitur de facto rebus ad vitam neceſſarijs, quo vſu facti omnes indigent, cui renunciare nemo poteſt, qui ab omni iure, & dominio iuridico poteſt realiter, & commodè ſeparari: Vnde paupertas Minorica eſt inter omnes ampliſſima. *ibidem*. Eius ſententiæ perpulchræ, *ibidem*.

Laus Paupertatis. Vnde *Conſtit. cap.* 11. *ſtatut.* 1.

PECCATVM.

1 Punitum in foro Sacramentali, & abſolutum, poteſt in foro exteriori puniri, ſi iuridicè ſciatur, ideſt per accuſationem, denunciationem, vel inquiſitionem, & legitimè probetur, ſunt enim hæc duo Tribunalia, inter quæ non datur locus præuentioni, nec vnum aliud impedire poteſt. *Conſt. cap.* 7. *ſtat.* 4.

2 Puniri autem pœna reincidentiæ non debet, niſi qui poſt primam punitionem peccauit, itaque qui nunquã punitus eſt, pœna primæ vicis punitur, licet multa peccáta cõmiſerit aliàs ignota, tunc in forũ fori deducitur. *Pen. c.* 8. *q.* 7.

PE-

PECVNIA.

1 Eſt idolum abominationis in Religione Minorica, vnde de ea diſponere interdicitur, ſecluſo tamen ſcandalo, eam phyſicè tangere ob curioſitatem, deferre ob ſecuritatem benefactorum pecunias in via, in cuſtodia, data neceſſitate, pro eis retinere etiam in Conuentu, modò non ſint pro Religioſo noſtro, vel pro Religione (niſi in caſu neceſſitatis, vt videre eſt, Miſſionarij) non eſt de ſe peccatum mortale, ſicut tanguntur Calices, & alia vaſa aurea, & argentea, quia hoc non eſt contrectare pecuniam formaliter, vt pecuniam, ideſt vt eſt prætium rerum, ſed vt quid materiale. Prohibetur verò tactus moralis pecuniæ. *Conſt. cap. 4. ſtat. 2. in fine.*

2 Immò non tantum pecunia benefactorum, ſed etiam ſi ſit conuertenda in vſus Fratribus neceſſarios, & licitos propter præfatam ſecuritatis neceſſitatem poteſt à Fratribus deferri per viam ad Sindicum, dummodo id non fiat auctoritate propria, vt de re ſua diſponendo, ſed tantum materialiter. *Conſt. c. 12. ſtat. 5. quæſt. 2. reſp. 4.* Melius tamen, decentius, & ſecurius eſt præfata non facere. *ibidem.*

POENA.

1 Non imponitur iuridicè pro peccato ve-

veniali, ſed pro mortali, quia illa ex ſolo nomine veniam, non pœnam expoſcunt, niſi pœnitentia ſalutari corrigantur, aut niſi vergant in damnum publicum, aut in ruinam Religionis; tunc enim ſub mortali ea caſtigare tenetur Superior. *Pœnal. cap.* 1. *quæſt.* 1. pœnam verò nullam ſtatutariam, aut aliam grauem poteſt infligere Prouincialis ſine Diffinitorio. *ibidem quæſt.* 2. *reſp.* 4.

2 Pœna nil aliud reſpicit, niſi emendationem delinquentis, vel aliorum exemplum, vnde pœna propriè dicitur delictorum coercitio. Multas habet ſpecies, ſed præcipua eſt pœna capitalis, ideſt qua vita naturalis adimitur, & hæc à iudicio Regulari omninò exulat, immò, & ab Eccleſiaſticis in genere, traditur enim brachio ſæculari Eccleſiaſticus, pœna capitali puniendus. *Pœnal. cap.* 2. *quæſt.* 1. Aliæ ſunt relegatio, infamia, verberatio, carcer, ſeruitus, dignitatis amiſſio, ad dignitatem, vel officium, vel forum interdicta adſpiratio, ad triremes deportatio, ieiunium, priuatio actuum legitimorum, & tandem ab Ordine expulſio, quæ inter Religioſos ad coercitionem culpæ, & exemplum aliorum, ſed nonniſi probata culpa, poſſunt exerceri. *Pœnal cap.* 2. *quæſt.* 1.

3 Diuiditur itaque primo pœna in canonicam, & non canonicam. Canonica eſt, quæ ſpe-

ſpecialem iuriſdictionem, & poteſtatẽ omninò ſupponunt, tales ſunt excommunicatio, & aliæ cenſuræ. Pœnæ cæteræ poſſunt eſſe Eccleſiaſticæ, quia inter Eccleſiaſticas perſonas poſſunt exerceri, ſed de ſe ſpecialem poteſtatem non requirunt, ideo non canonicæ, ſed temporales dicuntur, quas à ciuilibus ad Eccleſiam Canones tranſtulerunt. *ibidem q.* 1.

4 Diuiditur dupliciter pœna in temporalem, & perpetuam. Temporalis dicitur quæ tempore includitur: perpetua dicitur quæ temporis limitationem excludit. *Pœnal. cap.* 2. *quæſt.* 5. *reſp.* 4. Talis etiam dicitur, quæ vnico actu abſoluitur, quia momentanea ſemel executioni mandata, vlteriorem ſui ſuſpenſionem non relinquunt. *ibidem*. In dubio verò, ideſt quando lex, vel temporalitatem, perpetuitatem non explicat, pœna temporalis exiſtimanda eſt, quia in interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt, non exaſperandæ, & tunc duratio pœnæ quanta debeat eſſe, iudicare debet Prouincialis cum Diffinitorio, quia in hoc ſunt Iudex ordinarius. *ibidem*. Si autem pœna ſit impoſita iuridicè, non interlocutoriè ob crimen dignum pœna perpetua, tunc pœna declaranda eſt perpetua, quæ perpetuitas decennio terminatur, quia debet culpæ commenſurari. *ibidem q.* 5. *concl.* 2.

5 Diuiditur tertiò pœna in ordinariam, extra-

extraordinariam, & arbitrariam: pœna ordinaria eſt, quam leges, & ſtatuta decernunt: extraordinaria dicitur, quam imponit Iudex rationi, & æquitati conformem: arbitraria autem dicitur, quæ præcisè in ſtatuto non determinatur; ſed Iudicis arbitrio remittitur, non vt eam, vel totaliter indulgeat, vel ad libitum augeat, vel minuat, ſed à ſimilibus, ad ſimilia argumentando, ſimilia ſtatuta, & Canones conſiderando, & circumſtantias criminis, perſonæ, ſcandali, &c. pœnam æquitati accommodet. *ibidem reſp. 5. & 6.*

6 In pœnis non fit extenſio de vno caſu ad alium, enim ſi adſit rationis ſimilitudo in alio caſu, niſi in delictis, quæ Reipublicæ præiudicant, quia tunc publicus fauor Communitatis extendit pœnas, ſic pœna homicidij extenditur ad conſulentes, mandantes &c. & hoc in grauibus tantùm, non in leuibus. Etiam in correlatiuis fit extenſio, dummodò exiſtat eadem ratio in vtriſque, vt de marito, & vxore, de emente, & vendente. Non autem extenditur ad conatum, vbi pœna inflicta eſt contra effectum; conatus verò pro maiori, vel minori approximatione, etiam in delictis atrociſſimis punitur pœna non ordinaria, ſed extraordinaria arbitrio Iudicis, ideſt Prouincialis cum Diffinitoribus, qui ſimul ſumpti integrant perſonam Iudicis; ratio eſt, quia plus debe-

Digitized by Google

debetur delicto iam patrato, quam ſolum attentato. *Pœn. c. 2. q. 6.*

7 Extenditur autem ad mandantes, conſulentes, fauentes &c. quando in ſtatuto ſpecialiter nominantur. Inſuper ad mandantes ſemper, etiamſi non nominentur in ſtatuto, quia mandans eſt cauſa principalior delicti, quam exequens, niſi mandatum verè non influxerit in delictum. Vide *Mandans*. Extenditur etiam ad conſulentes, ſi vera cauſa fuerint delicti, & ad adiuuantes ante delictum, quia dicuntur concauſa eſſe delicti: Etiam ad auxiliantes poſt delictum, quia præſumitur, antea fuiſſe particeps conſilij, & tractatus, niſi contrarium probetur. Extenditur etiam ad non impedientes, quando obligantur ex officio, & poſſunt, ſed nolunt, vel negligunt impedire, quia præſumuntur cooperari delicto. *ibidem quæſt. 7.*

8 Pœnæ ſtatutariæ in noſtra Religione an obligent in conſcientia, & quando. Vide *Conſtitutio*.

9 Pœnis ſtatutarijs punienda ſunt delicta, etiam ſi dolum non oleant, prout in ſtatutis ſancita reperiuntur, aliàs quæ in fragilitate fundantur, vt peccata carnalia, ieiuniorum fractiones, iniuriæ, homicidia, furta &c. impunita remanerent, quia in his dolus propriè reperiri non poteſt, & tamen grauiſſima ſunt pec-

Digitized by Google

peccata, ideò puniuntur. *ibid. q. 8. in fine:*

10 Quando autem eidem delicto vna pœna aſſignatur in iure, & vna in ſtatuto, vt homicidæ ius commune mortem, ſtatutum triremes infligit, tunc pœnæ ſtatuti ſtandum eſt, quia ſtatutum moderatur legem communem. *ibid. q. 9.* Vide *delictum*.

11 A fortiori non poſſunt pro eodem delicto imponi plures pœnæ, vel quis à pluribus Iudicibus puniri, quia Deus non iudicat bis in idipſum, & eſt axioma Iuriſtarum. *De eodem delicto non eſt ſæpius quærendum. ibid. q. 10.*

12 Si autem aliquid videatur, deeſſe ad æquandam pœnam culpæ, ſupplet pœna, quæ à Deo infertur in altera vita, niſi tamen conſtet Iudicem notoriè fraudaſſe iuſtitiam, nimium diminuendo pœnam debitam; poſſet enim iterum iuridicè procedi contra reum, & inde ad maiorem pœnam. Sic ſi Alumnus vnius prouinciæ peccaret in aliena, poteſt in prouincia delicti capi, inquiri, & puniri, cui punitioni debet ſtare proprius rei Prouincialis, vel merè exequi ſententiam ſibi ab altero Prouinciali tranſmiſſam, niſi manifeſta fraus appareat, quia ſic expreſsè ſtatuta decernunt. *ibidem quæſt. 10.*

13 Quod ſi eidem delicto diuerſę pœnæ in varijs ſtatutis locis taxentur, quæ ſint incompoſſibiles, tunc arbitrio Iudicis remittuntur,

ſed

ſed mitiorem debet imponere ; tamen ſi ſint incompoſſibiles , & delicti atrocitas id ſuadeat , debet vnam pœnam alteri connectere , & per Iudicis prudentiam accommodari . *Pen. c. 2. quæſt.* 10.

14 De pœnis in particulari. Vide *in ſuis proprijs materijs* .

POENITENTIA, POENITENS .

1 Pœnitentiati à S. Officio ob delicta , quocumque pœnitentiæ genere (ſalutaribus pœnitentijs exceptis) etiam ſi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint , declarantur perpetuò inhabiles ad officia , & gradus Religionis , niſi prius à Papa , vel ab ipſa Sac. Cong. coram Sanctiſſimo habenda , ſpecialem , & expreſſam rehabilitationis gratiam acceperint . Promotio aliter facta eſt nulla , & promouentes ſuffragijs priuantur, ſuper qua priuatione , niſi vt ſupra diſpenſari non poteſt. Nomine autem pœnitentiæ ſalutaris veniunt illæ , quæ extra iudicialiter imponuntur , & in ſecreto perficiuntur , vt ſunt ieiunia , orationes , & diſciplinæ &c. quæ autem iudicialiter imponuntur , ſunt pœnæ ſimpliciter , & ſupradictam inhabilitationem inducunt . *Pen. c.*22. *in principio* . Pœnitentiæ verò ſalutares in Religione cadunt vt plurimum ſuper peccata venialia . *Pen. c.* 1. *q.* 1.

pœni-

Digitized by Google

2 Pœnitens habens caſus reſeruatos in Ordine ſuo, poteſt abſolui in eodem Ordine, etiam vbi hoſpes fuerit. *Pęn. c.* 4. *q.* 12. Tenetur explicare in confeſſione grauitatem peccati, & ſpeciem illius; nam non ſufficit, quod dicat: Furatus ſum in materia graui, & peccati mortalis; ſi mercatori furatus eſt totum cenſum, vnde damnum emergens, & lucrum ceſſans adueniat. *Pęnal. c.* 13. *q.* 3.

3 Pœnitentias ſalutares impoſitas à Prælato non acceptantes, carcerantur. Vide *Carcer n.* 2.

4 Pœnitentiarij Minores Sanctiſſimi D. Papæ non poſſunt ſimpliciter abſoluere ſæculares ab omnibus caſibus Papalibus, debent enim ſeruare reformationem pro eorum auctoritate factam à Pio IV. & Vrbano VIII. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 14. *concl.* 4. *reſp.* 4.

5 Guardiani, & Vicarij, ſi non ſunt Pœnitentiarij, non poſſunt abſoluere à reſeruatis. *Conſt. c.* 2. *&* 3. Vide tamen *Guardianus*, *&* *Superior*, qui cum ſit verè Prælatus, habet auctoritatem in vtroque foro.

PERCVSSIO, PERCVTERE.

1 Percuſſionis nomine inter nos non venit ſola vulneratio, ſed etiam verberatio, & pulſatio, quæ poſſit alium offendere, & primò punitur ſolus conatus ad percutiendum, vt ſi

Digitized by Google

quis manum leuauerit, aut aliquid acceperit ad percutiendum, quod tamen ſit aptum percuſſioni (aliàs non incurrit) ſignum probationis portare debet, & carceri per tres menſes mancipari, etiam ſi vel detentus ab alijs, vel alterius ob fugam, actualiter non percuſſerit, quia hic non tantùm punitur per ſtatutum effectus, ſed etiam conatus, quod non eſt in alijs delictis; poſſet etiam dici peccatum conſummatum contra pacem, & modeſtiam Religionis, licèt non ſit conſummatum in genere percuſſionis. Quod ſi Crucem, vel Crucifixum, vel Reliquias SS. ad percutiendum acceperit, is S. Officio tradendus eſt, & ab ipſo puniendus, quia præſumitur malè ſentire de Reliquijs, & veneratione Sanctorum, & Sacrarum Imaginum, ſicut qui Imagines percuteret. *Pęn. c. 14. q.2.*

2 Percutientium pœnæ ſunt iſtæ. *Qui leuiter percuſſerit, caputium probationis per annum gerat, & arbitrio Superioris carceretur. Si verò grauiter percuſſerit, aut ad grauiter percutiendum lapidem, vel baculum acceperit, vel proiecerit, vel gladium, aut ſimile aliud inſtrumentum eduxerit, ſemeſtri carceri mancipetur. Pęn. c.14.q.3.*

3 *Quicumque gladio, vel baculo, vel pugione fratrem, aut ſæcularem quempiam percuſſerit, carceris vnius anni pęnam luat, & præterea omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuò*

Digitized by Google

petuò priuetur, & per menſem ter in hebdomada in Communitate Fratrum genuflexus comedat; illiſmet inſtrumentis, quibus ferire, vel percutere auſus eſt, ei de collo pendentibus. Pęn. c. 14. q. 5.

4 *Si mors ſecuta fuerit, vel atrox mutilatio, ad triremes omninò damnetur, quibus pęnis etiam ſubiacebit qui aliquem enormiter vulnerauerit, vel alicui venenum dederit, & qui hæc, aut ſimilia per alium fieri procurauerit, vel machinaſſe conuictus fuerit. Ibidem q. 6.* Pęnas autem ſtatutarias dans venenum in potum alicui, incurrere non poteſt, niſi probata per peritos veneni malitia, & in proceſſu deducta, ſine qua non efficeretur clara cognitio, vel teſtium depoſitio, vel ipſa rei confeſſio: quia nec ad eum, nec ad teſtes ſpectat iudicare de qualitate, & quantitate veneni ad occidendum, hoc autem probato, pœna triremium punitur. *Pęn. c. 14. q. 7.*

5 *Qui Prælatum localem gladio, aut baculo, aut alio quouis inſtrumento percuſſerit, & mors ſequuta fuerit, ad triremes mittatur Superioris arbitrio. Ibidem diff. 3.*

6 *Qui verò Prouincialem quouis modo, etiam leuiter percuſſerit, Generalis arbitrio ad triremes mittatur. Si autem gladio, aut quouis inſtrumento, ſiuè mors ſequuta fuerit, ſiue non, ad triremes omninò perpetuò damnetur. Ibidem.*

7 *Quod ſi quis Generalem ipſum, etiã leniſſimè percutere auſus fuerit, is perpetuò ad triremes dãnetur. Ibid.*

Digitized by Google

8 Percuſſio leuis eſt, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, lapide, dummodò nullam maculam, vel ſigillationem carnium relinquat, vel quæ fit abſque ſciſſione membrorum. *Pæn. c.* 14. *q.* 3. Vide *Caſus n.* 18.

9 Percuſſio mediocris dicitur, vbi dens aliquis extrahitur, capillorum copia euellitur, carnis ſigillatio relinquitur. *ibidem*.

10 Percuſſio grauis dicitur, quæ ſupradictas excedit, ſiue ob realem percuſſionem, ſiue ob alias circumſtantias. *ibidem*. Animus verò, & intentio grauiter percutiendi cognoſcitur ex motu, geſtu, actu, iracundia, vel aſſumptionis alicuius rei ad percutiendum, non enim præſumitur lapis, vel baculus ad leuiter percutiendum, tunc enim à ſtatuto punitur non ſolùm percuſſio, ſed illa actio exterior ad grauiter percutiendum directa, etiam ſi leuiter percutiat, aut quauis ex cauſa omninò non percutiat: Non enim excuſaretur, ſi dicat, talia feciſſe non animo percutiendi, ſed vt perterreſaceret, & in fugam impelleret, quia Eccleſia non iudicat de occultis. *ibibem q.* 3. Si tamen lapidem, aut aliud accipiat, vt iaciat ad grauiter percutiendum, ſed quauis ex cauſa non iecerit, non incurrit pœnas grauis percuſſionis, niſi ad percutiendum eduxerit gladium, in hoc enim punitur ſola eductio gladij, pugionis &c. quia ſic ſpecialiter ordinat ſtatutum. *Pæn. c.* 14. *q.* 3.

Si

11 Si duo rixentur, & ſe inuicem percutiant, ambo puniendi ſunt pro qualitate delicti, ſic qui prouocauit alium grauius puniatur, ſi non poſſit cognoſci quis prouocauerit, vterque ex æquo puniendus; data proportione percuſſionis, pęna ordinaria: bonum enim publicum requirit, vt delicta non remaneant impunita: ſemper tamen debet Iudex ponderare circumſtantias, & qualitates perſonarum; peius enim præſumitur de iuuene indiſciplinato, inſolente, impatiente, indeuoto &c. quam de ſene, deuoto, patiente &c. vnde ſi tormentis vtendum ſit pro eruenda veritate, à plus indiciato incipiendum eſt. *ibid. verſ. Inſtabis*.

12 Augenda, vel minuenda eſt pœna Iudicis prudentia, contra eos, qui percuſſerint leuiter quidem, vel grauiter, ſed plus, minuſue intra terminos eiuſdem ſpeciei, ſicut ibidem datur exceſſus, v. g. qui quinque vulnera inflixit, grauius puniendus, quàm qui vnicum inflixit. Habēda eſt etiam ratio circumſtantiæ, temporis, & loci, & ſcandali, quia hæc vel immutat, vel aggrauat culpam. *ibidem q.* 3. *&* 5. Vide *Caſus num.* 18.

13 Qui autem alium occidit merè caſualiter, ſine omni culpa, nec vlla pœna eſt puniendus; tamen ſi aliqua culpa intercedat, iuxta illam plecti debet. *Pœn. c.* 14. *q.* 6. *diffic.* 2. Dolus autem, ſeu culpa cognoſcitur ex antecedentibus,

ſcilicet ſi occiſor fuerit inimicus, ſi minatus ſit mortem, venena procurauerit &c. *ibidem*.

14 Sed ſi mors ſecuta ſit, non ex vi vulneris, ſed ex incuria Medici, aut inobſeruantia vulnerati, tunc vulnerans non eſt cauſa mortis, & per conſequens non eſt imponenda pœna ordinaria. Quando verò vulnus illatum fuit mortale, per teſtimonium Medici iuratum, tunc etiam ſi Medicus adhibitus non ſit, aut infirmus deordinatè vixerit, vulnerans tenetur de homicidio, & pœna ordinaria. Et idem dicendum eſt, quando vulnus eſt in dubio, an ſit mortale, vel non, & vulneratus moriatur abſque eo, quod probetur de negligentia Medici, vel infirmi: attamen in vim ſtatuti in caſu mortis dico, condemnandum eſſe ad pœnam triremium. *Pen. cap.* 14. *quæſt.* 6. *diffic.* 1.

PERFIDIA.

Eſt defectio à Religione, Violat enim fidem, quæ eſt fundamentum Religonis, ideò cum hæreſi coniungitur, & ſicut hæreſis punitur à San. Inquiſit. officio. *Pen. c.* 4. *q.* 5.

PERMISSIO.

Non eſt conceſſio tacita, vel expreſſa, maximè in odioſis, multa enim permittuntur, quę tamen inuitò permittuntur, & nollemus ea effectuari. Eſt ergo permiſſio negatio prohibitionis,

Digitized by Google

nis, & impedimenti. *Conſt. c. 11. concluſ. 5. q. 3. reſp. 4.*

PERNOCTARE.

Eſt per totam noctem in aliquo loco perſiſtere. Vnde ſicut quando Religioſus exiens extra Conuentum cum licentia, & pernoctat ſine licentia, ant neceſſitate in aliquo loco, contrahit leuiorem apoſtaſiam; & manens extra Conuentum ſine licentia per diem artificialem declaratur incidiſſe in Apoſtaſiam leuiſſimam, ita qui per totam noctem permanſerit. Excuſaretur autem ſi adeſſet ſaltem licentia tacita, vel præſumpta, aut interpretatiua pernoctandi, & neceſſitas, quamuis non extrema, vt ſi eſſet claudus, laſſus, pluebat, itinera ignota, latronibus obſira, tempus nubilum, &c. *Pœn. c. 9. q. 3.*

PERPETVVM.

Quamuis dicatur illud, quod nullo ſpatio concluditur, & ex ſe durabile, eſtque ad mortem *Pœn. c. 6. q. 12.* tamen quando agitur de pœna intelligitur aliquid determinatum, vt habetur in ſtatutis *de correct. delinquentium*: *Si tamen de eodem ſcelere conuictus fuerit ad triremes perpetuò omninò damnetur.*

PETIÆ LANEÆ, & LINEÆ.

1 Sunt prohibitæ in Regula, quæ duas Tu-

nicas tantùm, & non petias concedit, & ſic Bulla Vrbani VIII. nouum ius non condidit, ſed vetus ſolidauit contra naſcentes abuſus. Verum tamen eſt, quod idem Sanctiſs. conceſſit, poſſe fratres Reformatos vti petijs ex panno laneo confectis loco Tunicæ, eas tamen petias nec abſolutè poſſumus aſſumere loco Tunicæ, quia ſenſualitati potius conſuleretur, quàm neceſſitati; quæ quidem neceſſitas tunc eſſet, quando Tunica nimis grauaret, &c. adde etiam quod Prouinciæ non omnes ſolent concedere tales petias laneas, & ſic daretur recurſus, & cõturbationis eſſet origo. *Conſt. c. 2. ſtat. 72. dub. 1. 2. 3.*

2 Data autem neceſſitate, vt infirmo, itineranti, Concionatori, non tantùm laneas poſſumus petias portare, verum etiam & lineas, addita tamẽ licentia Superioris expreſſæ, ſi commodè haberi poſſit, aliàs præſumpta; *ibidem dub. 3.* Quæ autem licẽtia poteſt concedi à Guardiano, cum ipſe ſit Superior immediatus; qui debet prouidere fratrum neceſſitatibus; per Bullam verò non excluditur vera neceſſitas, licèt dicat *ſub quouis prætextu*, ſed tantùm neceſſitas palliata. *ibidem dub. 3.* Clem. enim *Exiui §. Præterea* cum ait. *Huiuſmodi etiam vtilitatis iudicium, Miniſtris, & Cuſtodibus, ſeu Guardianis duximus committendum; Quorum etiam Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorum iudicio eodem modo relinquimus, pro qua neceſſitate poſ-*

ſint

Digitized by Google

ſint fratres calceamenta portare ideo &c. ibidem dub. 6. Eodem modo portare ſine ſcandalo, & contemptu aliquod operimentum in pedibus, quod non ſit calceamentum verum, non eſſet ex ſe peccatum mortale. *ibidem dub. 9.*

3 Prohibetur etiam fulcire interiorem Tunicam camiſia ſtaminea vel linea, eo quia fit in fraudem legis, cum lanea, & linea, etiam aſſuta, tanquam mollitiem referentia nullo pacto admittamus. *ibidem dub. 5.* Excuſarem verò à culpa mortali eum, qui vteretur ſudario ad commoditatem, vel munditiem, & non ſemper ſed per accidens, cum hoc ſit paruitas materiæ; ſecus verò ſi conſuetudinariè illo vteretur, cum vltra prohibitionem, proprietarius efficiatur, vtendo re tanquam ſua, & ſibi à Superiore prohibita. *ibidem dub. 4.*

POPVLI.

Nomine veniunt omnes in eo contenti, Nobiles, & Plebei, Clerici, & Laici, Mares, & Fœminæ, Fideles, & Infideles, Ciues, & Aduenæ. *Conſt.c.1.ſtat.3.q.1.§.3.*

POSSESSIO.

Pertinet ad factum, dominium verò ad ius. Vide *Dominium*.

POST.

Eſt particula quædam, ſignificans complemen-

mentum temporis, vel actionis antecedentis, vt poſt duos annos, ideſt tranſactis duobus annis completis. *Pœn.c.8.q.13.*

PRAECEPTA.

Pœnalia non obligant, niſi ſecutus ſit effectus prohibitus. *Conſt. cap.7. ſtat.5. Caſ.5.* Item præcepta Eccleſiæ non obligant cum tanto damno ſubditi. *Pœnal.c.10.q.7.* Hinc ſuper mera præcepta Regulæ, data cauſa, poteſt fieri diſpenſatio, dummodo ad votorum ruinam non tendat; Cautè tamen, quia Regula noſtra ſingularizzatur in Eccleſia, non ob vota, quæ ſunt communia omnibus Religioſis, ſed per præcepta, quæ vota modificant, & qualificant, *Pœn. c.17.q.3.* A fortiori præceptum poſitiuum deſinit eſſe præceptum, ſi opponatur præcepto naturali, ac Diuino. *ibid. q.6.*

PRAEDICATIO. PRAEDICATOR.

1 Orationi, & Pſalmodiæ præponitur, eo quia bonum publicum, ſcilicet ſpiritualem populi alimoniam concernit. *Conſt.c.3.ſtat.3.* Debet autem debitè miniſtrari, primò enim ſub pœna excommunicationis inhibetur Laicis Prædicatio, nec omni Sacerdoti competit, quia prius Chriſtus dedit Apoſtolis authoritatem conficiendi Corpus, & Sanguinem ipſius, ideſt eos ordinauit Sacerdotes, Secundo dedit

dit eis poteſtatem remittendi peccata; poſtremò Aſcenſurus in Cœlum, prædicationem eis iniunxit; vnde iure ordinario ſolis curam animarum habentibus competit, & in Concilio Lateranenſi, excommunicantur, qui ſibi officium prædicationis vſurpant, cum ſit propriũ munus Epiſcoporum. *Conſt.c 9.ſtat.*1.§.1.

2 Non poteſt prædicare inter Nos, niſi Sacerdos, aut ſaltem Diaconus ſit ætatis 25. annorum ne prædicatio ex nimia iuuentute apud auditores vileſcat. *ibid.* §. 2. Qui vitæ bonitate, modeſtia, grauitate, & exemplaritate, verbis examinatis, & caſtis, iuxta S. Patris monita præpolleat, ne deſtruat exemplo, quod ædificat verbo. *ibid.* §. 3. Doctrinam ab Oratione, Sacra Scriptura, & Sanctis PP. hauriat, extinctus enim non poteſt accedere. *ibidem* §. 4. Sacræ verò Theologiæ debet ſtuduiſſe per triennium, & niſi per diligens examen non approbari, alias licentiantes Prædicatorem, peccant mortaliter, etiamſi licentiatus ignarus per decennium Sac. Theologiæ ſtuduiſſet, & hoc eſt non tantum præceptum Regulæ obligans ſub mortali, ſed eſt præceptum naturale; docere enim non poteſt, quæ ignorat. *ibidem* §. 5.

3 Examen verò debet fieri per examinatores deputatos in Congregatione, vel à Capitulo. Debet inſuper teſtimonium habere de boni-

bonitate morum à Diſcretis ſui Conuentus, iuxta decreta etiam præfati Concilij Lateranenſis, & Tridentini, Hinc non poteſt Prouincialis ex ſe ſolo (poteſt tamen Generalis, quia ei ſpecialiter committitur per Regulam) Prædicatorem ſine examinatoribus approbare, & aliter admiſſus peccat mortaliter ſingulis vicibus, quibus prædicat, quia authoritas Prouincialis in hoc eſt delegata, & ideo debet ſeruare formam impoſitam à delegante, & ſtatuta nullitatẽ actus contrarij apponunt. *ibid.* §.5.

4 Prædicator non admiſſus à Generali, non poteſt prædicare extra Prouinciam Prouincialis approbantis, ſine noua licentia Prouincialis eius, in cuius iuriſdictione vult prædicare; nemo enim poteſt iuriſdictionem in aliena Prouincia inconſulto ordinario, vel concedere, vel exercere. *Conſt. c. 9. ſtat.* 2. Hinc qui in alienis ſtuduere Prouincijs, & in illis concionandi licentiam obtinuerunt. Vel qui in aliena concionari deſiderant, id facere debent cum Ordinarij, vel approbatione, vel benedictione: Ex quibus excipitur Generalis, quia eſt omnium Prouinciarum Superior. *ibid.*

5 Circa Prædicatorum eleæmoſynas, omnia diſponi debent per Communitates, aut benefactores in manibus Sindicorum ſpiritualium ad vtilitatem Conuentus: Prædicatores verò, qui eas recipiunt, ideſt authorita-

tem

tem ſuper eas exercent peccant mortaliter; & vltra pœnas proprietariorum, officio priuentur, & inhabiles ad omnia Ordinis officia declarentur. *ibid. ſtat. 3.*

6 Sub pœna etiam ſuſpenſionis; & excommunicationis prohibetur prædicare Scripturam Sacram contra communem ſenſum SS. Patrum declaratam; poteſt prædicari tamen declarata præter eorum ſenſum, quia multos habet ſenſus. Sub ijſdem pœnis prohibetur prædicare tempus præfixum Iudicij Vniuerſalis, aut aliquod futurum prædicare ex particulari reuelatione, vel inani diuinatione; Detrahere publicè Prælatis, Epiſcopis, & Superioribus; eoſque mordere, & reprehendere de male geſtis, etiam tacitis nominibus. *ibid. ſtat.* 4. Ex Tridentino autem additur; *Si errores, & ſcandala diſſeminauerint in populum, Epiſcopus ei prædicationem interdicat, ſi hæres contra eum, iuxta iuris diſpoſitionem procedatur. ibidem.*

7 Statuta verò addunt perpetuam priuationem prædicationis, & actuum legitimorum, & alias arbitrarias pœnas; *Si contra Clerum, aut contra Eccleſiæ libertatem, aut contra aliquam Religionem prædicauerit, & ſi per hoc à prædicatione non deſiſtat carceribus mancipetur: Si autem erroneam, vel hæreticam, vel in fide ſuſpectam doctrinam, aut contra bonos mores, contra Sacramentum Pœnitentæ, auſterita-*

tem

tem vitæ, publicè, vel priuatim dogmatizzauerit, prædicauerit, defenderit, aut cum talibus conuerſationem, & familiaritatem habuerit, libros hæreticos, damnatos, vel ſuſpectos legerit ſit ipſo facto excommunicatus reſeruata vbi opus fuerit S. Officij authoritate, *& ſtatim carceribus mancipetur ad Generalis arbitrium. ibidem.*

Prælatura, Quid ſit. Vide *Officium*.

Presbyter ſeruiens Epiſcopo. Vide *Simonia*.

PRAESCRIPTIO.

Dari poteſt contra ſtatuta, non contra Regulam, vel ius Diuinum, cuiuſmodi ſunt vota eſſentialia, & reddere, quæ Deo promittuntur. *Conſt. c.* 12. *ſtat.* 13. *dub.* 2. Datur benè præſcriptio in delictis, quando ſcilicet accuſator noluerit accuſare. *Pœn. c.* 24. *q.* 4. *verſ. noto quinto.*

PRAESIDENS.

Ad Capitulum, vel Congregationem mittendus. Vide *Capitulum*. *Congregatio*.

Præſidens Conuentus inſtitutus à Capitulo, ſeu Congregatione, habet parem cum Guardiano auctoritatem, & ſic poteſt abſoluere, ligare, præcipere, punire &c. & ſolo nomine differt. *Conſt. c.* 8. *ſtat.* 47. Vnde talis eligi non poteſt, qui voce actiua, & paſſiua eſt priuatus, ſecus verò ſi inſtituitur à Guardiano in abſen-

Digitized by Google

abſentia Vicarij, cui delegatam auctoritatem committit. *Pœn. cap. 3. quæſt. 2.*

PRAETEXTVS.

Eſt color, quo quis ſe moueri ad operandum ſimulat. *Conſt. c. 2. ſtat. 14. concl. 4.*

PRAESVMPTIO.

Requirit ſcientiam, vnde probata ignorantia, non incurruntur pœnæ latæ contra præſumentes. *Conſt. cap. 2. ſtat. 57. concl. 4.*

PRETIVM.

1 Pretij nomine in ſimonia intelligitur, cum datur temporale pro ſpirituali cum intentione actuali, vel virtuali computandi vnum pro alio, quæ intentio præſumitur, niſi adſit aliud honeſtum motiuum danti tale temporale in tali occaſione, v.g. ſuſtentatio, gratitudo, eleæmoſyna; in foro autem exteriori probaretur ſimoniaca intentio, ſi daretur temporale ob ingreſſum Religionis, intercedente pacto ſine cauſa probabili honeſtante, vti temporale exigeretur, modis rigoroſis peteretur &c. *Pœn. c. 15. q. 2. reſp. 7.*

2 Triplex datur tale pretium, ſcilicet *Munus, à manu, à lingua, & ab obſequio. Munus à manu* eſt quæuis res temporalis pretio æſtimabilis, mobilis, immobilis, corporalis, incor-

corporea, vt iura, pecunia, data vel promiſſa, vel mutuata, vel remiſſum debitum, reſeruatio penſionis &c. *Munus à lingua*, ſunt preces, & ſupplicationes, interceſſiones, & laudes, cum pacto tamen, & conuentione. *Munus ab obſequio* eſt ſeruitus iuſta, vel iniuſta, dummodo ſemper in ſingulis intercedat pactum, & conuentio ad ſpirituale, vt ſupra, ſine qua nullum horum eſt ſimoniacum. *ibidem*.

PRAEVARICATIO.

Eſt quando v.g. in exteriori accuſo, in ſecreto faueo accuſans, acceptãs debiles defenſiones, & taceo ea, quæ verè aggrauarẽt, & allegores parui momenti. In eã igitur poſſunt incidere Accuſator, Aduocatus, Procurator, & Iudex, eſt autem peccatum mortale, & punitur pœna talionis, quia hoc eſt illudere legibus, & iuſtitiæ. *Pœn. cap.* 10. *quæſt.* 5. *reſp.* 2.

PRAEVENTIO.

Præuentionis locus datur, vbi eſt paritas iuriſdictionum, & iudicum, vnde non tantum Superior Regularis poteſt præuenire ſubditum caſtigando, verum etiam Epiſcopus tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, ſi ſubditus extra clauſtra deliquerit, vel ſi in Eccleſia non ſui Ordinis prædicauerit abſque benedictione: item ſi abſque ſuorum Superiorum licen-

licentia vagauerit. *Pœnal. cap.18.quæſt.3. verſ. Reſpondeo 2. poteſt.*

PRINCEPS.

Dicitur, qui populi conſenſu regnat, Tyrannus verò, qui inuitis dominatur. *Conſtit. cap. 1. ſtat. 4.* Non præſumitur Princeps voluiſſe adimere ius acquiſitum tertio, niſi illud exprimat. *Pœn. cap. 29. quæſt. 2.*

PRIVATIO.

1 Iuris ſuffragiorum, ſeu vocis actiuæ, & paſſiuæ eſt inhabilitas ad ferenda, & conſequenda ſuffragia, itaut ſic priuati, nec eligere, nec eligi poſſunt ad quodcumque officium Ordinis. *Pœn. c. 3. q. 1.*

2 Poſſunt tamen ad ſacros Ordines promoueri, & quos habuerint exercere; ſicut etiam prædicare, legere, confeſſiones audire etiam Monialium, ſuffragari in receptatione Nouitiorum ad profeſſionem; & eſſe eorum Magiſtri. Item Diſcreti locales, non verò ad mittendum ſuffragium in Capitulum *ibid. q. 1. & 2. diffic. 3.*

3 Priuatio actuum legitimorum, eſt inhabilitas ad omnia Ordinis officia, quæ cum dignitate, & ſuperioritate coniuncta ſunt, qualia ſunt Miniſteriatus, Diffinitoriatus, & Guardianatus, poteſt tamen ſacros ordines exerce-

Mm re,

re, & ad illos promoueri, prædicare, legere, ſed ſæcularium confeſſiones audire non poteſt, benè quidem Monialium, eſſe item Nouitiorum Magiſter, & illis ad profeſſionem ſuffragia ferre. Priuatio autem officiorum, eſt inhabilitatio non ſolum ad prædicta, ſed etiam confeſſionis, prædicationis, lecturæ, paternitatis, & viſitationis munia obeunda. Poterit tamen ſacros ordines recipere, & illos exercere, qui ſic priuatus fuerit. *ibidem*.

4 Sub nomine *Miniſteriatus* intelligitur Generalatus tam in Miniſtro, quam in Vicario, quam in Commiſſario Generalibus. Sub nomine autem *Prouincialatus* includitur Vicariatus Prouinciæ. Sub nomine verò *Diffinitoriatus* venit Cuſtos, qui eſt primus Diffinitor. Et tandem ſub nomine *Guardianatus* venit Vicariatus electus à Capitulo, & Præſidentatus; hi enim habent ſuperioritatem auctoritate coniunctam, vt ſunt Neapolis in Monaſterio S. M. Magdalenæ, & alibi. *ibidem quæſt. 2. diffic. 2. in fine*. Venit inſuper ſub nomine officiorum, & dignitatum Procurator, & Commiſſarius Generales Curiæ, quia votum habent in electionibus vnde ſunt Patres in Capitulis. *ibidem quæſt. 1.*

4 Quæ pœnæ antiquæ ſunt in Ordine, & ſunt ex iure canonico deductæ. Vnde priuati ſicpoſſunt teſtiſicari in iudicio. Qui autem

pri-

Digitized by Google

priuari non poteſt, eo quia dignitates habere non poteſt, neque poterit priuari; priuatio enim dicit potentiam ad formam in ſubiecto priuato. *ibidem*.

5 Diffinitoriatus, & Cuſtodiatus nomine officij cum iuriſdictione veniunt, licet coercitionem non habeant; non habent tamen iuriſdictionem, ideſt poteſtatem, vt Prælati Ordinis, ſed aſſiſtunt conſulendo Prouincialibus, cognoſcendo, iudicando, & decernendo occurentes cauſas Prouinciæ, ſunt enim Iudices, & Aſſeſſores, & Collegæ, & Superiores in ijs, quæ eorum iuriſdictioni, & iudicio ex lege ſubduntur. *Pæn. c. 3. q. 2. diffic. 4.*

6 Priuatus iure ſuffragiorum, vel actibus legitimis diuiſiuè, non poteſt eſſe Commiſſarius, aut Viſitator, etiam ad cauſam ſpecialem, vbi ſine inquiſitione, aut viſitatione procedatur per ſolam accuſationem, aut denunciationem, quia vt Prælatus veram iuriſdictionem, & ſuperioritatem licet delegatam habet, & inſtituitur per veram electionem, ſcilicet per votum, & ſuffragium actiuum ſolius Prælati, in quo ipſe habet ſuffragium paſſiuum, & hoc ſufficere poteſt ad veram electionem; poteſt tamen ſic priuatus iure ſuffragiorum, non tamen ob aliquam culpam deturpantem deſtinari ad aliquam cauſam particularem, ſi cauſa grauis eſſet, & alius æquè peritus ad confi-

Digitized by Google

ciendos proceſſus non inueniretur. *ibidem diffic.* 8.

7 Priuari ſuffragijs &c. non poſſunt Clerici in minoribus, nec Laici, quia ex iure canonico ſuffragari in Capitulis nemo poteſt, niſi ſaltem ſit Subdiaconus, quia ad ſuperioritates, prædicationes, & lecturas ſunt inhabiles; non poteſt tamen hæc pœna Clerico protrahi ad futurum legitimum tempus, quia delictum nunc commiſſum, nunc puniri debet, & pœna impoſſibilis, in aliam poſſibilem commutari. Idem dic, quando quis priuatus in ſimile aliud crimen incideret, & denuò nondum elapſa prima priuatione eſſet priuandus. *ibid. diffic.* 9. Vide *Laici num.* 7.

Priuationes à quibus, & quando incurruntur. Vide in ſuis titulis particularibus, v. g. Priuare Guardianum. Vide *Guardianus*: Prouincialem, *Prouincialis*.

PRIVILEGIVM.

1 Eſt priuata lex, vnde ſicut Religio, ideſt Capitulum Generale, vel Prouinciale poſſunt leges vniuerſales condere, ſic & particulares, & ſic priuilegium alicui Patri benemerito, maximè ad pacem Prouinciæ conciliandam concedere. Nec hoc inhibetur in Bulla Vrbani VIII. *Sacroſanctum*, & Breue *Inter cæteras anno* 1639. 23. *Iunij*, quia talia concedere prohibe-

hibetur ſolis Superioribus; Capitula autem nomine Superiorum non veniunt in odioſis; *Pœn. cap. 29. quæſt. 2. verſ. Si tandem.* Attamen Capitulum Generale Toletanum nuperrimè celebratum anno 1658. *cap. 8. tit. de Patrib. Prouinciæ* §. 40. decernit non poſſe neque à Capitulo Generali, neque à Miniſtro, vel Commiſſario Generali, inſtitui Patres Prouinciæ, niſi iuxta ſtatuta generalia, & ſi in contrarium fiet, irritum, & nullius valoris.

2 Licet poſſit religio renunciare priuilegijs ſibi in communi conceſſis, non tamen poteſt conceſſis alicui fratri particulari, eo inuito, nec eum cogere ad renunciandum, aliàs totaliter fruſtraretur auctoritas Superioris concedentis. De facto autem iuxta *Conſt. Gregor. XV. & citata Breuia Vrbani VIII. in Cap. Romana* 1639. abrogata fuere omnia priuilegia perſonalia (vt perſonalia ſunt) fratribus conceſſa, & prohibitum fuit, ne talia in poſterum concedantur per ordinis Superiores, *Pœn. cap. 29. quæſt. 2.*

3 Nullum autem eſt priuilegium obtentum cum mendacio expreſſo in impetratione, & vltra nullitatem, ſi priuilegium ſit contra bonum Religionis, poteſt impetrans puniri, non enim punitur recurſus ad Sanctam Sedem, ſed ob damnum illatum Religioni. *Pœn. cap. 17. quaſt. 5.*

Digitized by Google

4 Priuilegia conceſſa Regularibus, cenſentur conceſſa per modum contractus, ſunt enim ob meritorum remunerationem, eſto ſola gratitudinis lege remuneratio deberetur, quod expreſsè in ſuis priuilegijs declararunt Summi Pontifices, ſed maximè de priuilegijs Minorum Eugen. IV. Vnde Princeps ea ſine cauſa reuocare non debet, nec poteſt; ibi enim vt perſona priuata obligatur. Non quod abſolutè Papa non poſſit ea reuocare, ſed hinc infertur, non ita faciles eſſe, vt ea reuocaſſe ſine cauſa legitima cenſentur, nec talis reuocatio ex leuibus indicijs eſt conijcienda, maximè quia Summi Pontifices, & nouiſſimè Vrbanus VIII. ea confirmarunt. *Conſtit. cap. 2. ſtat. 14. concl. 4.* verſ. *Prima eſt.*

5 Vnde non eſt dicendum, quod per non vſum ſint abrogata, nec enim niſi per actus contrarios poſitiuos reuocantur, & ſi vnus actualiter Religioſus eis non vtatur, Communitati non debet præiudicare, maximè quia talis non vſus præſumitur ex ignorantia procedere, & aliquando ex ignorantia, & timore; ſunt enim priuilegia permiſſiua, non coactiua, ideò per iſtam tacitam renunciationem cenſeri non debent priuilegia, ſed requiritur legitima præſcriptio. *ibidem verſ. Reſpondeo ſecundo conſuetudo.*

6 Quando autem dicitur, quod per Con-

ci[l]ium

Digitized by Google

cilium ſunt abrogata, intelligitur in caſibus ibi expreſſis, quos numerat Gier. Roder. *reſol.* 116. *num.* 14. & 15. *ibidem verſ. Obiectio quarta*. Sic etiam intelligitur, quando confirmantur eadem priuilegia cum clauſula (dummodò decretis Concilij Tridentini non aduerſentur) *ibidem*.

7 Verum quidem eſt, quod Religio in Capitulo Generali poteſt priuilegijs renunciare, quia priuilegium non confertur inuito. *Conſt. cap.* 12. *ſtat.* 4. & de facto renunciauit omnibus relaxatiuis Regulæ, etiam per viam declarationis factis, & præceptum eſt, ſeruari ſolas declarationes Nicolai III. & Clem. V. vtpotè, quæ omne priuilegium excludunt, & ita mandauit, obſeruari Vrban. VIII. in Bulla citata. *Conſt. cap.* 4. *ſtat.* 4. Verſ. *Pro ſecunda autem*.

PROCESSIO.

Mulieres ſequi poſſunt Proceſſiones tam ordinarias, quàm extraordinarias intra Clauſtra factas. Vide *Mulieres*.

PROCESSVS.

1 Formatum per viam delatoris, vel per litteras anonymas eſt nullus, quia Iudex non poteſt procedere ſine accuſatore verò, vel ficto, aliàs violatur octauum præceptum Decalogi, quia reuelando peccata occulta proximi, iniu-

ſtè infamatur, ſæculares verò per talem viam procedunt, licet contra Sacros Canones innixi ſola conſuetudine. Vnde verum eſt quod per Conſt. Bonifac VIII. non obligamur in proceſſibus ad rimas, & apices iuris, quia diſciplina regularis nimium infirmaretur. *Conſtit. cap. 10. ſtat. 5.* tamen modus procedendi Regularium in cauſis criminalibus non debet eſſe arbitrarius, ſed canonicus. *Pœn. c. 1. q. 2.*

2 Procedere enim ſummariè, quod nobis conceditur, non tollit ſubſtantiale iudicij, & proceſſus, ſed tantum accidentalia, vt ſolemnitates, v. g. ſedere pro Tribunali, dilationes, &c. idemque ſonat illa particula *de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij*, abſolutè enim *ſummariè* nil importat, niſi breuitatem. *Pœnal. cap. 29. quæſt. 6.*

3 Et primò nullus eſt proceſſus factus ſine Notario. *Pœnal cap. 16. quæſt. 3. reſp. 5.* Secundò nullus eſt proceſſus confectus, non ſeruata materia, & forma. Materia enim conſiſtit in hoc, vt non conſtituatur non infamatus; non puniatur inauditus, non confeſſus, non conuictus, non contumax: Non præualeant teſtes inhabiles, non iudicetur ab inimico, & alia, vt fuſius in praxi crim. Forma autem conſiſtit in ordinatione actorum, vt ſcilicet primò accipiatur accuſatio, denunciatio, inquiſito, deinde examinentur teſtes, conſti-

tuan-

tuatur reus, dentur defenſiones, recipiantur articuli, deferatur iuramentum, & ſimilia. *Pœn. c. 19. q. 4. diffic. 4. reſp. 2.*

4 Hinc ſi non dentur defenſiones, ſi teſtes ſine iuramento examinentur, nullus eſt proceſſus, nec poteſt validari per nouum teſtium examen dato iuramento, quia hoc non ſanat nullitatis; vnde incipiendus eſt de nouo proceſſus, & nec validitatur. Quare ad conſeruandam pacem, melius erit proceſſum declarare nullum ex defectu modi procedendi, quam repetere. *ibidem* Verſ. *Reſpondeo negatiuè*.

5 Defenſiones inſuper in cauſa graui renunciare reus non poteſt, quia debet habere curam de bono nomine, & per infamiam non ſibi ſoli, ſed Religioni præiudicat, maximè ſi eſſet aliquis Pater qualificatus. *ibid. Aduert. 6.* ergo à fortiori non poteſt puniri indefenſus, niſi ſit contumax *ibidem*. Verſ. *Excipiunt tamen*. In criminalibus an poſſit reus comparere per Procuratorem. Vide *Citatio*. *Defenſio*. Procedere quando poſſit Epiſcopus contra Regulares. Vide *Epiſcopus*.

PROCVRARE.

1 Procurare quis poteſt per fauores ſæcularium, quod aliquis Religioſus pernicioſus grauiter alicui Conuentui, ab eo remoueatur, ſi aliter impetrari non poteſt talis remotio. *Pœn. c. 17. q. 6.*

Et

2 Et è conuerſo Procurare, vt contra obedientiam debitam quis in vno Conuentu confirmetur, & hoc per ſæculares, eſt peccatum mortale, & pœna ſtatutaria punitur, quia cooperatur inobedientiæ, & proprietati talis Religioſi. Idem dic, ſi pro ſe ipſo talem amotionem, aut confirmationem procuret per ſæculares. *ibidem*. Excipe niſi procuret tales fauores ad fugiendum graue damnum animæ, vel corporis, quia cum hoc obedire non tenemur. Ita etiam ſi fauores realiter non procuret, ſed tantum dirigat ſæculares per media vtilia ad hoc obtinendum, dum ipſi ex iuſta cauſa hoc deſiderant. *ibidem reſp.* 5. Vide *Ambitus*.

Procurare legata. Vide *legata*.

Procurare fauores. Vide *fauores*.

PROCVRATOR, ET COMMISSARIVS GENERALES CVRIAE.

1 Procurator Generalis Ordinis ex vna familia, & Commiſſarius Curiæ ex altera deputari debet, vt ſuæ quiſque familiæ negotia peragat, & præſideat. *Conſt. c. 8. ſtat. 37. q. 1.*

2 Eligi debent ambo non per vota ſecreta, ſed voce tenus à Generali, de conſilio, & aſſenſu Patrum in Capitulo, aut Congregatione Generali; Et extra ſi talia officia vacare contigerit, tamen de conſilio ſemper, & conſenſu

Di-

Digitized by Google

Diſcretorum Ordinis, ſine quo non poteſt eos Generalis inſtituere. Procurator verò Generalis debet eſſe de familia Miniſtri Generalis. *ibidem*.

3 Sunt Iudices ordinarij Apoſtatarum, quando ad eos diuertere contigerit, & hoſpitum ad Romanam Curiam influentium, quorum debent litteras obedientiales recognoſcere, negotia ſcire, impedire, dimittere (niſi obſtet Superioris indultum) poſſunt; ijſdemq; obedientiales litteras indulgere, eoſque regere, punire iure ordinario. *ibidem*.

4 Ipſique forenſes Romam ſic peruenti, debent ſe præſentari coram P. Procuratore, vel Commiſſario Curiæ reſpectiuè, negotiaque pertractanda conſerre, & quidquid illi decreuerint, inuiolatè exequantur, eruntque ſubiecti immediatè ipſis per octo dies, & poſtea Guardiano, hæc *ſtat. gen. c.* 3. §. 7. *num.* 2. In ſtatutis autem nuperrimè impreſſis *cap.* 3. §. 8. Inter Reformatos verò ſubijciuntur forenſes Procuratori immediatè per tres dies, & poſtea tàm ipſi, quàm Guardiano, vt videri poteſt in Breui:

5 Debent omnia breuia, Bullas, motus proprios Decreta Ordinem concernentia procurare, & non ſolum in Archiuijs concedere, ſed ad ſuæ familiæ Prouincias deſtinare. *ibid.* Qui autem ſine eorum ſcientia, & licentia

(niſi

(niſi Generalis aliud ordinauerit (negotia, & cauſas in Curia tractauerit, priuationi actuū legitimorum, & alij pœnis ſubiaceat, vſurpat enim iuriſdictionem Procuratoris Generalis, quæ vſurpatio furtiua appellatur, vnde confuſio, & ſcandala generarentur: In ſtatutis autem Reformatorum *c.* 8. *n.* 64. *p.* 84. habetur. *Chi ſenza licenza ſua trattarà negotio ſpettante alle ſudette riforme, ſia carcerato per due meſi*.

6 Debet Procurator aſſiſtere, & orare in Cappella Pontificia, ſecundum antiquum Curiæ morem, vbi repreſentat totum Franciſcanum ſodalitium, & habet præcedentiam iuxta Religionis antiquitatem. *ibid. q.* 2. Non poſſunt tamen Procurator, & Commiſſarius ſe immiſcere de fratribus quo ad regimen, ſcilicet collocando fratres de familia; dare licentias eundi per Prouinciam, inſtituendi Superiores, vel eorum inſtitutionem procurando: Satuta Prouinciæ conuellendo, Decretum aliquod pro ea procurando reſtrictiuum, vel ampliatiuum ea inconſulta; Alicui fratri priuilegium contra Regularem diſciplinam, vel obedientiam impetrando, electionem procurando, vt contra aliquem, aut pro aliquo cadat contra Prouinciam; hæc enim mandatum eius excedunt. *ibid. q.* 3.

7 Sæcularium negotia non poſſunt agere; ne pluribus intentus minor ſit ad ſingula ſenſus,

Digitized by Google

ſus, poteſt tamen ad requiſitionem benefactoris aliqua pia negotia expedire per peritos, & non fraudato emolumento. *ibidem*.

8 Non poſſunt apud Sedem Apoſtolicam, aut alios tractare negotia concernentia totum Ordinem, aut eius libertatem, niſi de expreſſo mandato P. Generalis: quod mandatum, aut licentiam Commiſſarius Generalis dare non poteſt, quia nec totius Ordinis, nec ſuæ familiæ eſt caput abſolutum: vnde contra eam nouitates attentare non debet. Ad fauorem verò, & vtilitatem Religionis poſſunt ſine mandato procurare, vt confirmationem priuilegiorum; Beatificationem, vel Canonizationem alicuius Sancti. *ibidem quæſt*. 3. Vide *Commiſſarius num*. 3.

9 Non poſſunt retinere in Curia Romana forenſes vltra tempus pro expediendis negotijs opportunum, immò peccarent, quia contra ſtatutum in re graui, & eorum inobedientiæ; & Conuentus grauamini cooperantur, nec eos ad alias Prouincias mittere, niſi ad ſuam, aut per Romanam pro faciliori ſuorum negotiorum expeditione, ad quod tamen licet non ex abſoluta neceſſitate, tamen ſola congruentia, & pro bono regimine ad euitandas Conuentuum confuſiones, debet Prouincialem Romanum conſulere; poſſunt tamen (ſtatuto concedente) propria authoritate eos deſtinare;

Qui

Qui autem ad alias prouincias cum obedientia Procuratoris Generalis diuerteret, eſſet verus Apoſtata, quia ſine legitimi Superioris licentia tenderet. *ibidem q. 3.*

10 Sunt Prælati iure ordinario, curam animarum habentes cum iuriſdictione coniunctam ſuper ſuos Secretarios, ſocios, ſeruientes hoſpites, atque Apoſtatas in vtroque foro, tanquam Vicarij in Curia Miniſtri Generalis, Aliter Animabus hoſpitum, & aliorum prædictorum non eſſet benè prouiſum, Ducentes enim illi moram menſium, & annorum in Curia Romana, & alios Superiores immediatos non habentes. Eſt igitur Curia Tribunal ordinarium, & perpetuum, nec mendicatis ſuffragijs agere debet. Vnde eos à reſeruatis poſſunt abſoluere, & abſoluendi concedere facultatem, & etiam audiendi confeſſiones, non aliàs approbatis, eo quia ſunt proprij Sacerdotes exempti à iuriſdictione Prouincialis, ſed hæc tantum inter ſubditos Curiæ. *ibid. q. 4.*

11 Ex his patet in aliquibus eſſe Procuratores Maiores Guardianis, quia iure ordinario cauſas apoſtaſiæ iudicant, & ipſis, & alijs obedientiales litteras concedunt; ac contra hoſpites delinquentes proceſſus conficiunt, & ſententias ferunt, eos carceribus mancipando, quod eſt proprium Prouincialium. *ibidem.*

12 Immò ſunt maiores Prouincialibus,

quia

Digitized by Google

quia Prouinciales vnius Prouinciæ ſubditos habent, illi omnium Prouinciarum, & propterea Prouinciales omnes extra illorum iuriſdictionem præcedunt, & ſunt primi Ordinis Patres, poſt Generales Miniſtros, & Commiſſarios; illiſque præcipiunt, & quæ ex curia expediuntur intimant. *ibidem*.

13 Dimiſſorias autem ad ordinationes non poſſunt concedere, quia talis iuriſdictio ad eorum officium non eſt neceſſaria, nec curam animarum concernit, nec de ſcientia per deſtinatos, & legitimos Examinatores, aut de vita, & moribus, aut interſtitijs habere poſſunt, quæ ſolum à Prouinciali exhiberi poſſunt. *ibidem q. 4*.

14 Licentiam imprimendi libros de iure, non poſſunt, vel ſibi vſurpare, vel ſubditis concedere, quia hoc prohibetur in ſtatuto. Poſſunt tamen inſtituere Syndicos pro ſuis officijs, ſicut Prouinciales, quia ad ipſos ſunt neceſſarij, cum neceſſariæ ſint ſæpè pecuniæ pro litibus expediendis, & huiuſmodi. *ibid. quæſt. 5. & 6.*

15 Finito eorum officio remanent Patres perpetui Ordinis, & paternitate non gaudent niſi expleto biennio officij. *Pœn. cap. 30.* Verſ. *Reſpondeo ſi neceſſe*.

16 Sanctiſs. verò D. Alexander Papa VII. feliciter regnans, ob merita, & labores in Religio-

ligioneperfunctos conceſſit Procuratoribus, tam Ordinis, quam Reformatorum, ac Commiſſarijs Generalibus Curiæ, qui per triennium continuum in officio durauerint, votum perpetuũm electiuum, & deciſiuum in eorum Prouincijs pro vt ex Breui hic inferius videri poteſt Videlicet.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Ratio iuſtitiæ exigit, vt illi, qui multos pro Religione labores ſubſtinuerunt, congruis honoribus, & gratijs decorentur. Volentes itaque dilectis filijs Procuratoribus, & curiæ Commiſſarijs Generalibus fratrum Minorum, tam de obſeruantia, quam reformatorum nuncupatorum Ordinis Sancti Franciſci, qui rerum vſus tractandis, & procurandis in Romana Curia grauioribus Ordinis huiuſmodi negotijs acquiſito pollere noſcuntur, & quorum opera proinde eorum Prouincijs plurimum vtilitatis allaturam eſſe ſperamus, gratiam facere ſpecialem, eorumque ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris; & pœnis à iure, vel ab nomine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus

nibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis Procuratoribus, & Commiſſarijs Curiæ Generalibus fratrum Minorum, tamen de Obſeruantia, quàm Reformatorum familiæ Ciſmontanæ huiuſmodi, qui ſua reſpectiuè officia triennij continui ſpatio hactenus geſſerunt, & poſthac quandocumque pari ſpatio geſſerint, vt depoſitis eiſdem officijs, ſuffragium, ſiue votum perpetuum conſultiuum, electiuum, & deciſiuum in quibuſuis Capitulis, & Congregationibus ſuæ quiſque Prouiniæ dicti Ordinis habere, & ferre, illoque vti, frui, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ dilectis filijs Miniſtris Prouincialibus, & alijs Superioribus, & fratribus dictarum Prouinciarum cæterique, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, vt memoratos Procuratores, & Commiſſarios Curiæ Generales præſentis gratiæ commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere ſinant, & faciant, nec illos deſuper à quoquam quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel inquietari permittant. Ac decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit

pleniſſimè ſuffragari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non (quatenus opus ſit) Ordinis, ac familiæ, & Prouinciæ huiuſmodi, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenoribus præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris; ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus; ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt earumdem præſentium litterarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die 4. Decembris 1662. Pontificatus noſtri anno octauo.

S. Vgolinus

Dum

17 Dum actu exercent ſunt Patres ſuarum Prouinciarum, ideſt habent votum in Capitulis, & Congregationibus, ac in alijs peragendis. *Pœnal. cap. 30. queſt. 1. Verſ. Reſpondeo primo Commiſſarius.* Vide *Pater*.

18 Procurator autem Generalis Reformatorum in Curia Romana inſtituitur ab Eminentiſſimo Barberino totius Ordinis Seraphici Protectore, & hoc per Breue San. mem. Vrbani VIII. *ſub dat. 13. Februarij 1633. Pontificatus ſui anno decimo.* Qui per aliam Conſtitutionem *etiam* 12. *Maij* 1644. Incipien. *Iniuncti nobis*, conceſſit omnia priuilegia, ac præcedentias, & dignitates, quibus gaudent Procuratores, & Commiſſarij Generales Curiæ Obſeruantium eiuſdem Ordinis. *Pæn. c. 30. quæſt. 1.* Et Sanctiſs. Alexander Papa VII. præfatus, *die* 12. *Septembris* 1659. circa authoritatem Breui Apoſtolico eum proſecutus fuit prout infra, videlicet.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Illius, qui charitas eſt, & Deus pacis (licet immeriti) Viceſgerentes in terris ad illa propenſis ſtudijs intendimus, per quæ diſſidia inter Religioſos viros in humilitatis ſpiritu, & ſub arctioris vitæ iugo Altiſſimi obſequijs mancipatos enata ſopiantur, vt ipſi ſub laudabili Inſtitutorum

ſuorum obſeruantia, quietè viuentes, grato Diuino numini præſtent famulatum. Cum itaque inter dilectos filios Procuratorem generalem Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci ſtrictoris obſeruantiæ nuncupatorum ex vna, ac Miniſtrum Prouincialem, & Diffinitores Prouinciæ Romanæ, necnon Guardianum Conuentus S. Franciſci Tranſtyberim de Vrbe ex altera partibus, exſortæ ſint controuerſiæ: Nos eas dirimere intendentes, vt diſcordiarum ſemina tollantur, & pax inter Religioſos conſeruetur: de voto nonnullorum dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quibus negotium examinandum, ac nobis referendum commiſimus, Procuratorem Generalem prædictum, nunc, & pro tempore exiſtentem, præter Secretarium, poſſe habere duos Socios euſdem Ordinis profeſſos ad ſuum beneplacitum deligendos, vnum ſcilicet Sacerdotem, qui ei deſeruiat pro Scriba, & alterum Conuerſum, qui perſonæ ipſius Procuratoris curam gerat; Ac eoſdem ſocios teneri recognoſcere dictum Procuratorem generalem in eorum immediatum Superiorum, non autem Miniſtrum Prouincialem, vel Guardianum antedictos; Ad hæc ſpectare ad eundem Procuratorem generalem retinere, vel dimittere Fratres forenſes, qui ad negotia peragenda Romam veniunt, eiſque obedientiam dare, quando ob tarditatem, ſeu dilationem negotiorum ſuorum, aliaue de cauſa ad tempus in aliquo Conuen-

uentu Prouinciæ Romanæ commorari debent: Miniſtrum verò prouincialem debere huiuſmodi Conuentum ſuo arbitrio aſſignare, & illius Guardiano iniungere, vt eos recipiat: Præterea huiuſmodi forenſes infra triduum ſui ingreſſus in Vrbem ſubeſſe in omnibus eidem Procuratori generali dumtaxat: elapſo autem triduo, ſubiectos eſſe curæ Guardiani dicti Conuentus S. Franciſci in his, quæ morum correctionem & regularem diſciplinam concernunt. Poſtremò Fratres forenſes huiuſmodi ſiquidem pro eorum proprijs negotijs è dicto Conuentu S. Franciſci exire voluerint, vtique teneri licentiam, ac benedictionem obtinere tam à Procuratore generali, quam à Guardiano, ad præſcriptum Decreti Capituli generalis Toleti vltimò celebrati. Verum ſi Procurator generalis vti voluerit opera ipſorum forenſium pro negotijs ad officium ſuum ſpectantibus, eoſque ſecum ducere, tunc non teneri dictam licentiam, aut benedictionem petere à Guardiano, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus. Decernentes, eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis

 aucto-

Digitized by Google

auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon (quatenus opus ſit) Ordinis, & Prouinciæ, & Conuentus huiuſmodi, alijſque quibuſuis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis, & inſertis, habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctã Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die 12. Septembris 1659. Pontificatus noſtri anno quinto.

S. Vgolinus.

PROFESSIO.

1 Facta ante 16. annum eſt nulla; ita *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reg. cap. 15. Conſt. c. 2. ſtat. 1. §. 9.* etiam facta ſine licentia tacita, vel expreſſa, ſaltem oretenus Prouincialis, vel Generalis, etiam quæ facta fuit abſque receptione votorum Conuentus, vbi commoratus eſt Nouitius. Requiritur autem maior pars votorum. *Conſt. c. 2. ſtat. 18. 19. 20.*

Te-

2 Tenent autem profeſſio criminoſi, licet malè recepti, quia Conſtitutio Sixtina eam annullans, eſt reducta ad terminos iuris communis. *ibidem ſtat. 3. concl. 2.* Tenet etiam profeſſio facta nulliter, ſed non fraudolenter, quia ſic profeſſus cognita nullitate, non tenetur ſe prodere, ne ab ordine eijciatur, & famam amittat, nec cum tanto incommodo lex pœnalis obligat in conſcientia ante ſententiam Iudicia; debet tamen ſic profeſſus eniti quantum modeſtè poteſt, ne ad officia eligatur, & illa efficaciter renunciare, ſaluis ſemper fama, & periculo ſe prodendi. *ibidem ſtat. 4. verſ. Quare.* Vide *Nonitius*.

3 Nulla verò eſt omninò profeſſio, quæ libera non ſit, vt facta v.g. metu, vi &c. quia tunc libertas tollitur, etiam ſi fuerit metus reuerentialis coniunctus cum metu graui incurrendæ paternæ indignationis, aut ſi minæ intententur. *Pœn. c. 15. q. 6. in fine*.

Profeſſi Iuuenes. Vide *Iuuenes profeſſi*.

Profeſſus alterius Religionis recipi non poteſt, niſi ad ſtrictiorem tranſeat, quia non poteſt retro tranſire, poſtquam ad aratrum manum applicauit. *Conſt. c. 2. ſtat. 1. §. 7.*

Prohibere delictum. Vide *Impedire. Excommunicatio num. 10.*

PROMOTIO.

1 Promoueri non poſſunt ad Ordines, qui

Digitized by Google

Sacramento Confirmationis non ſunt inſigniti, quam tamen omittens, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, non peccaret mortaliter, character enim Ordinis dependet à charactere baptiſmi, quia eſt ianua Sacramentorum, non à charactere Confirmationis, neque Concilium tantam imponit obligationem, neque ſuper eam aliquid ſuperaddit ſtatutum. *Conſt. c. 2. ſtat.* 55.

2 Promotio ad Ordines minores, per temporum interſtitia fieri debet, niſi aliud Epiſcopo magis expedire videbitur. Promoti verò ſic, ad Ordines ſacros aſcendere nequeunt, niſi poſt annum ab eorum ſuſceptione permanſerint, niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas iudicio Epiſcopi aliud expoſcat. Inter Ordines verò minores non datur tempus determinatum, ſed vno die poſſunt ab Epiſcopo omnes conferri. *Conſtit. cap.* 2. *ſtatut.* 55. *dub.* 1. & *ſtat.* 56. *in fine.*

3 Ad Subdiaconatum niſi poſt biennium; ad Presbyteratum niſi poſt quinquennium à profeſſione promoueri poteſt, vt ſcilicet interim in vilioribus exercitijs Religioni inſeruiant, antequam ſacro Presbyteratus Ordine nobilitentur, & ſic humiliati magis, & in ritibus, & cæremonijs Eccleſiaſticis proficiant. Vnde Superior, qui ſine cauſa cum promouendis aliter diſpenſat, peccat mortaliter, quia con-

Digitized by Google

contra ſtatutum in re graui, & contra verum promouendi profectum, & contra ſeruitutem Religioni debitam. *Conſt. cap. 2. ſtat. 56.*

4 Cauſa verò legitima ad diſpenſandum debet eſſe vtilitas, vel neceſſitas Religionis, ſcilicet ab paucitatem Sacerdotum: debilitas corporis promouendi, perſonæ inſignis qualitas, aut tandem conſpicui alicuius benefactoris propria, & grauis inſtantia. Ad hæc autem interſtitia ſufficit annus eccleſiaſticus, ideſt à Paſchate vſque ad Paſcha. *ibidem, & ſtat. 55. dub. 2.*

5 *Qui ſine licentia huiuſmodi, aut furtiuè, aut per ſaltum promotus fuerit, aut in Diaconatus, aut Subdiaconatus Ordinibus eis non inſignitus, ſolemniter ſe ingeſſerit, ſpe futuri muneris decennio careat, & iuxta Conſt. Pij II. & Sixti V. puniatur*, licet generaliter ſint reuocatæ, quia per hoc ſtatutum quoad nos innouantur. Vnde ſi quis ante legitimam ætatem, vel ſine Ordinarij ſui dimiſſorijs, qui eſt noſter Prouincialis, & Generalis etiam vtpotè Prælatus immediatus: vel cum Commiſſarij Viſitatoris dimiſſorijs (niſi ei ſpecialiter concederetur) ſcienter promouetur, eo ipſo eſt ſuſpenſus ab exercitio Ordinum, & ſi exerceat fit irregularis. *Conſt. c. 2. ſtat. 57. in textu, & concluſ. 1. & 2.*

6 Quam pœnam non incurreret, ſi quis ad ſolos minores Ordines promoueretur, quia iura

iura loquuntur tantum de Ordinibus ſacris, & in pœnalibus non debet fieri extenſio, nec eam incurreret qui ad ſacros Ordines, ſed ſine dolo per ignorantiam, & bonam fidem promoueretur, vtpotè ſi poſt debitam diligentiam crederet, ſe legitimam habere ætatem, & legitimas dimiſſorias; pœnæ enim illæ ſunt fulminatæ contra præſumentes; præſumptio aut ſupponit ſcientiam, & ignorantia excuſat. *ibidem concl. 3. & 4.*

7 Promouendo poteſt concedere dimiſſorias legitimas Prouincialis alienus, dummodò in eius Prouincia commoretur de familia, quia tunc per domicilium fit eius Ordinarius. Si autem ibi ſit tantum per modum aduenæ, & in via, non poteſt, ſed debet eas à proprio obtinere Prouinciali. *Conſt. c. 2. ſtat. 57. concl. 6.*

Poſſunt ordinari extra limites Prouinciæ. Vide *Neceſſitas. Ordo.*

PROPRIETAS.

1 *Eſt propriè vis, quo res ipſa mea eſt perfectè, non ratione iuris alicuis in illa conſtituti;* & dicit dominium, quod eſſentialiter includit, quod habens illud, poſſit rem libere & ſuo arbitratu vſurpare abſque alterius iniuria, libereque ea vti independenter ab alterius voluntate. *Conſt. cap. 2. ſtat. 41. in principio.*

2 Vnde actus iſti proprietatem ſapiunt: vide-

videlicet: *Poſſidere vt proprium. Dicere aliquid ſuum. Manere in Conuentu & cella contra voluntatem Superioris. Clauem cellæ, vel arcæ ſecum deferre* (hoc autem intellige cum grano ſalis) *Deponere aliquid apud ſæculares, vel regulares alterius Ordinis. Tendere, commutare, donare, dare res ſibi aſſignatas. Locare prata, terrulas, viridaria &c. Seminare frumentum, depoſitum accipere tum obligatione reſtituendi, reddere, petere computos*, ſi ius tamen aliquod concerneret, ſed ſit tantum ad experiendam Superiorum localium, & Sindicorum fidelitatem, & tunc permittitur, *Eleęmoſinas perpetuas procurare, vel acceptare*. Poterunt tamen Fratres celebrare officia, miſſas ad diſpoſitionem teſtatoris, recipiendo eleæmoſinas non iure legati, ſed merè eleęmoſynaliter, & tunc nullum ius acquirunt Fratres ſi eorum neceſſitatibus conſulunt. Vide pro hac materia legatorum tuenda *P. Didac. de Cea in ſuo Theſauro Terræ Sanctæ lib.* 2. *tot. cap.* 4. vbi præter doctrinas communes, etiam breuia Pontificia, aliaque multa inuenies. *Conſt. cap.* 5. *ſtat.* 1. *Item actus proprietatis apud Minoritas ſunt facere publica inſtrumenta, quibus transferatur dominium. Nolle concedere alteri rem, quia ipſe non vtitur, & non ſit proeibitus. Recipere oblationes pecuniæ in Eccleſia. Quæri de re ſibi à Superiore ablata. Tenere res ſuperfluas, & curioſas.*

rioſas. Petere mercedem laborum tamquam ſibi debitam. Vti rebus incerti dominij ſine facultate legitima. Conuertere res Communitatis in ſuum vſum ſine licentia. Pactum facere, obligare ad ſoluendum ciuiliter tanquam ius aliquod habens. Reſeruare eleæmoſinas, & interim alias procurare, nulla præſenti, vel imminenti neceſſitate inſtante. Non reſignare ſtatim Prælato quæ præcipiuntur. Contendere eleæmoſinas defunctorum, & miſſarum, maximè ſi tunc non indigent Fratres. Satisfactionem petere de damno facto in horto &c. Omnia enim hæc, quia dominium ſapiunt, ſunt proprietatis actus, & contra votum paupertatis, ſi leuem materiam excedunt. *Conſt. c. 6. ſtat. 1.* verſ. *Ex hac concluſione.*

3 *Pœna proprietariorum eſt priuatio actuum legitimorum, & carceratio per menſem, & ſepulturæ Eccleſiaſticæ priuatio (ſi quod abſit) aliquis proprietarius moriatur.* Priuatio actuum verò legitimorum, quia vnico actu terminatur, intelligitur eſſe perpetua, niſi aliter diſpenſetur, prout in verb. *Pœna.* Et carceratio licet pro quantitate delicti poſſet augeri, tamen in minimo non poteſt eſſe minus quam ad menſem, quia ſic taxatur in ſtatuto. Priuatio ſepulturæ eccleſiaſticæ, quæ in iure etiam alijs atrociſſimis, & publicis delictis infligitur, debet omninò exequi, & cum eo ſepeliiri ſua pecunia; & Guardianus ſiue per malitiam, ſiue per negli-

Digitized by Google

gligentiam non exequens, arbitraria pœna, vſque ad priuationem officij eſt puniendus, & proprietarij cadauer exhumandum, & in loco prophano ſepelliendum. Excipe ſi talis prophana ſepultura cauſaret ſcandalum ſæcularibus, vel exteris Religioſis, qui à Conuentu non poſſent licentiari. Non requiritur autem ad incurrendam hanc pœnam, vt de ipſa ante mortem ſit præmonitus à Superiore, quia monitus fuit per legem. Excipe ſecundo niſi eius proprietas ſit actu præterita, vt alienatio bonorum Conuentus facta ante mortem, licet enim ſit verè proprietarius tam qui de proprietate præterita conuincitur, quam qui cum actuali deprehenditur, tamen hæc pœna priuationis ſepulturæ eccleſiaſticæ non infligitur per ſtatutum, niſi ei, qui in actuali proprietate decedit, denegat enim Eccleſia ſuum conſortium in terra, cui per finalem impænitentiam conſtat negatum eſſe conſortium in Cœlis. Excipe tertio, ſi ob paruitatem materiæ (in qua debet teneri laxiſſima opinio ad fauorem defuncti) vel ob aliam legitimam cauſam poſſet excuſari a peccato mortali, quia ceſſante culpa, ceſſat & pœna, ver. g. ſi ante acta vita crimini ſuſpicionem non deberit. Si reperiatur Confeſſarius cum nummis,& poſſet conijci eos habuiſſe ab alio Religioſo,vt Superiori, vel Sindico reſignaret, & morte præuectus adimplere non

non potuit; ſi forſan reuelandi commoditatem non habuit, ſi Confeſſarium poſtulauit, ſi ſigna contritionis, ſaltem coram vno dederit; ſi tandem ad ſuas neceſſitates veras denarios tenebat, ductus aliqua opinione probabili &c. *Pœn. c. 7. q. 1. verſ. Dices præterea.*

4 Hæc prophana ſepultura exequenda eſt coram Communitate, ne de clancularia ſepultura oriatur in Conuentu murmuratio, ſi proprietas ſit publica, vel notoria iuris, vel facti: Si autem propietas fuerit ſecreta; palàm ſepelliri non debet, quia defunctus famam non amiſit, vnde infamari pro peccato ſecreto non debet. Debet autem ante talem ſepulturam præcedere diſcuſſio inter Superiorem localem, & Diſcretos (ſi opportunè non poſſit haberi Prouincialis, aut eius delegatio) de veritate proprietatis, & intercedere Decretum de tali ſepultura, & procedi poteſt contra Prælatum aliter procedentem; Cum enim mortuos ſepulturæ mandare competat Superiori locali, & in hac qualitate ſepulturæ ſtatuta nihil innouent, ſequitur, quod hæc eadem, & omnia ad ipſam prærequiſita Superiori locali compètant, in abſentia, vt dixi Prouincialis, ne plus nimio cadauer inhumatum detineatur. In huius autem delicti probationẽ non eſt vtendum coniecturis, ſed facti euidentia, qua ceſſante, eſt ad mortui fauorem iudicandum. *ibidem.*

Duo-

Digitized by Google

5 Duobus modis dicitur quis proprietarius, ſcilicet verè, & fictè, ſeu per ſimilitudinem. Proprietarius verus dicitur, qui vera proprietate peccauit, ideſt ſi res ei non conceſſas propria auctoritate habuit, alienauit &c. Proprietarius verò fictus dicitur, qui ſic quidem propria auctoritate non habuit, ſed circa pecunias, earumque contrectationem non ſeruauit Apoſtolicas, & ſtatutarias ſanctiones: qui tamen proprietarius punitur ad manutentionem altiſſimæ paupertatis, quæ eſt Minorici ædificij fundamentum: importat enim illud *tamquam* de ſui natura, & fictionem, & multi reperiuntur caſus in ſtatutis declarati proprietarij ſecundo modo, illi ſcilicet peccantis dominium non apparet, ſed ſola circa pecunias tranſgreſſio. *ibidem q.* 2.

6 Proprietarius autem fictus Eccleſiaſtica ſepultura non priuatur, neque regulariter eſt puniendus ad rigorem proprietarij veri, quia ſicut eſt diuerſitas inter verum, & fictum, ita debet eſſe inter pœnam, & pœnam. *Regulariter* dixi, quia in aliquibus caſibus magis eſt puniendus proprietarius fictus, vt v. g. retinens in Eccleſijs capſulas ad eleęmoſinas pecuniarias, in publicis vijs pecunias quæſtuans &c. quæ omnia Religionem ad ſummum infamant. *ibidem q.* 3.

7 Caſus primus proprietatis eſt, *cum quis*

dena-

denarios, vel pecuniam receperit, aut eos propria auctoritate ad recipiendum, & ad proprios vſus conuertendum quempiam ſubſtituerit, vel eoſdem ſupra ſe, vel in pera, vel ſupra iumentum portauerit, vel in ſæcularium manibus depoſitos habuerit. Vbi proprietas vera, & ficta adnotatur. Vera, ſi faciat tales actus propria authoritate, ficta, ſi ſolum peccet ſubſtituendo receptores, expeditores pecuniæ, contra expoſitiones Regulæ. Portare verò pecuniam materialiter tantum ſupra ſe in neceſſitate pro amico, in periculo latronum, vel vt amico morem gerat, aut inuentum aſſeruet, niſi adſit ſcandalum, non eſt culpabile, quod tamen debet probare reus, & non per ſolum ſocium, cum ſit materia tam ſcrupuloſa apud Minoritas. *Pœn. c. 7. q. 4. caſu* 1.

Confeſſarius recipiens pecuniam à pœnitente, vt illam reſtituat cui fuit ablata. Vide *Carcer num.* 13.

8 Caſus ſecundus proprietatis eſt *Sine Procuratore nihil emi, nihil vendi, aut de eleemoſinis quouis prætextu diſponi poſſit, ſub pœna proprietatis, ſub qua pœna prohibemus, ne Guardianus, niſi in manu Sindici, vel Subſtituti de eiuſdem licentia eleemoſinas pecuniarias teneat, vel per alienas manus expendat. Ibid. caſu* 2. Hæc omnia dominium ſapiunt, & omninò Minoritis repugnant eſſentialiter. Tamen in emptio-

ne

nē alicuius rei neceſſariæ, ſi deſint eleæmoſynæ, & dicant Fratres, quod fideliter laborabunt ſine vinculo obligationis, vt per eleæmoſynas, & amicos venditori ſatisfiat, non eſt proprietas, nec peccatum; ſicut nec ſi in emptione librorum, & huiuſmodi, vbi benefactor, aut Sindicus non eſt in arte peritus, diſcurrant Fratres cum venditore de tanti, vel quanti veneat liber, & dicant v. g. offero decem, nolo dare niſi decem, eo quia mercator petierit vltra pretium rigoroſum: hæc autem ad ſummum eſſet tantùm proprietas materialis, non formalis. *ibidem verſ. Reſpondeo Nicolaus*.

9 Sic etiam commutare poſſunt mobilia de Superiorum licentia, quæ commutatio non fit authoritate propria, licet ſine Sindico, ſed authoritate particulari Pontificis, vnde nec ibi habent dominium, ſed tranſlatum eſt à dante ad Sedem Apoſtolicam vſque ad conſumptionem illius, cui dominio dando eleæmoſynam, Dominus renunciauit. *ibidem diffic.* 1.

10 Vendere autem non poſſunt Fratres, quinimmò nec Sindicus Apoſtolicus poteſt ipſis committere, quia hoc Fratribus noluit Papa concedere, ſed intermediauit Sindicum, qui per ſe, vel per alium ſæcularem debet omni emptioni, & venditioni aſſiſtere, licet aliquid v. g. liber emi poſſit, venditorem ad Sindicum remittendo. *ibidem diff.* 2.

Digitized by Google

Quando verò per manus aliorum poſſit Guardianus, quam per Sindicum,aut eius Subſtitutum pecunias expendere, & neceſſaria prouidere. Vide *Guardianus*.

11 Caſus Tertius. Vide *Inſtrumentum*.

12 Caſus quartus eſt: *Sub pœna proprietatis nemo ſine ſui Superioris licentia eleæmoſynam pecuniariam pro ſe, vel pro alijs Fratribus quærere, aut accipere audeat, aut in manu Sindici tenere: aut debita quouis modo contrahere*. Quæ licentia dari non poteſt ad libitum, ſed tantum in caſibus à iure permiſſis, ſcilicet pro quibus conceditur recurſus ad amicos ſpirituales, vt pro veſtibus, medicina, inſtrumentis artium &c. quem recurſum Superiores poſſunt ſubdito delegare, dummodò ſpecialiter apud Sindicum reponantur eleæmoſynæ. *ibidem caſu 4. diff. 1.*

13 Subditus verò, vt ſubditus vbicumque pecuniam retineat, etiam in manu Sindici, ſemper eſt proprietarius, quia pro ſolis neceſſitatibus communibus Sindicus deputatur,non pro particularibus. *Pæn. cap.7. caſu 4. diff. 2.* Eodem modo poſſunt Prælati citra obligationis vinculum debita contrahere, aliàs ſapit proprietatem, ſi fiat cum obligatione, tamen Guardianus, qui ſine licentia Prouincialis, & Diſcretorũ conſenſu grauioribus debitis Conuentum oneraſſet (vltra pœnas alias) officio-

rum

rum priuationem cum perpetua inhabilitate, incurrit. Quæ debitorum grauitas iudicio diſſinitorij, benè examinatis omnibus circumſtantijs, & conſequentijs remittitur, ideo eius licentia debet dari in ſcriptis, vt pateat, quod omnia conſiderauerit, niſi ex grauiſſimo caſu repentino Conuentus ſummè periclitaretur, expectando licentiam talem, tunc enim ſufficeret conſenſus Diſcretorum; hæc autem pœna Prouinciales non afficit, ſi ipſi debita contrahi iuberent, ſed alia pœna eſſent puniendi. *ibidem diffic.* 3.

14 Caſus 5. *Sub pœna proprietatis, capſulæ, cippi, trunci &c. ad pecunias recipiendas, etiam pro miſſis, etiamſi eſſent Confratrum ſæcularium, omninò amoueantur ab Eccleſia, Sacriſtia, & à quacunque parte conuentus, ſub pœna inobedientiæ, & excommunicationis maioris ipſo facto*: Hæc, has enim tenere, eſt præcipere, vbi reponendæ ſint eleæmoſinæ pecuniariæ, quod nobis eſt omninò illicitum, nec maiorem ruinam pati poteſt Religio, maximè quia Sedes Apoſtolica declarauit, ſe talium pecuniarum nolle in ſe dominium recipere. *ibidem caſu* 5. *& Conſt. cap.* 4. *ſtat.* 2.

15 Caſus 6. eſt: Non recipiantur pecuniæ in Eccleſia, Sacriſtijs, aut Conuentu, nec per Sindicum, nec per Tertiarium, nec per Seruitorem, etiam cum intentione eas deferendi ad

Digitized by Google

Sindicum, ſub priuatione officiorum Guardiano, Vicario, & Sacriſtiæ, ſi conſenſerit, vel pecunias in Eccleſia peti, addita ſubditis carceratione per menſem, & confuſibili expulſione ab illo Conuentu ſub ijſdem pœnis inhibetur Prælatis, & ſubditis in vicis, & plateis ſtare ad petendas eleæmoſynas pro emptione commeſtibilium, & aliorum venalium, illas prætereuntibus oſtendendo, excipe à prima parte huius caſus, caſum extraordinarium alicuius benefactoris, cui non poſſit reſiſti, aliàs Sindicus volens in Conuentu pecunias recipere, debet ab officio remoueri. Excipe etiam quæſtus pecuniarios, qui pro ſæcularibus mere fiunt publicè in Eccleſijs, v. g. infra conciones de mandato Epiſcopi ad inſtantiam Ciuitatis, & huiuſmodi. *ibidem caſu 6.*

16 Caſus 7. De indebito recurſu ad pecuniam, & amicos ſpirituales, ſolis enim Superioribus, aut de eorum mandato ſubditis licet ad eos recurrere, pro infirmis, pro induendis Fratribus, & alijs neceſſitatibus, quibus aliter prouideri non poſſet, eo modo, quo Nicolaus III. & Clem. V. declararunt, aliàs (excepto caſu neceſſitatis) ad pecuniam, & amicos ſpirituales recurrens, punitur pœna proprietatis. *Conſt. c. 4. ſtat. 2.* Quando verò materialiter nobis liceat pecuniam tangere, deferre &c. Vide ibi verſ. *Reſpondeo tertio.*

Caſus

17 Caſus 8. eſt *Laboris merces, ſi pecuniaria fuerit, ideſt meri denarij, per ipſos ſoluentes, Apoſtolico Sindico conſignentur, ſin minus, Superioribus integrè aſſignentur contraueniens, proprietarius eſt*. Poteſt tamen per ipſum fratrem operarium deferri fideliter Sindico, ſi ſit res vendibilis; humilitas autem in exactione mercedis tanta requiritur, vt omninò extra modum mendicantis non degeneret. *ibidem caſu* 8. De laboritio verò faciendo, & vendendo. Vide *Laborare*.

18 Caſu 9. *Conuentum, Cellam, vel aliquid ſibi appropriare, ideſt poſt mandatum habitum a Superiore tranſmigrandi, per ſæculares procurare reuocationem talis mandati*; non incurrit autem pœnas, ſi talem reuocationem per ſolos fratres eiuſdem Religionis procuret. Excipe etiam declarata ſuper hoc Verb. *Procurare*. Has autem pœnas incurrit, & eſt verus proprietarius, qui in loco natiuo extraneos, etiam præuiſo damno futuro pertinaciter recuſat, poteſt enim ſolum ex charitate Diffinitorio inconuenientia manifeſtare, attamen poſtquam has cauſas Diffinitorio manifeſtauerit, tenetur ſubditus obedire. *ibidem caſu* 9.

19 Caſus 10. *Cellæ, vel arculæ clauem abſcondere, ideſt in fraudem Superioris, & eo inuito, ne ſcilicet quæ ibi abſconduntur inueniat*, proprietarius eſt non ſimpliciter, ſed Superio-

ris arbitrio. Excipe Cuſtodiam concionum, vel ſcripta Theologiæ, etiam alicuius ſecreti in epiſtola contenti, quod nec Iudex, etiam dato iuramento poteſt extorquere, immò ſubditus debet vti æquiuocatione, quia Iudex non poteſt cogere ad reuelandum illud, quod alteri commiſſum eſt conſeruandum cum obligatione naturali, neque vrget præceptum, quod Frater Minor tenetur obedire in omnibus, quæ non ſunt contraria animæ ſuæ, & Regulæ noſtræ, nam hoc eſt contrarium animæ, quia eſt contra ius naturæ, & de litteris aliorum non aperiendis, nec cogendis, vnde fama proximi læderetur, vel aliquod illi damnum aduenirer. Si tamen Superior fraudolenter eos extorqueat, & ſubditus de tali ſecreto proteſtatus ſit, poteſt Superior puniri actione iniuriarum, exceſſit enim limites ſuæ iuriſdictionis. De tali autem ſecreto, aſſerenti non eſt credendum ſimpliciter, ſed ponderari debent circumſtantiæ iudicio prudentum. *Pœn. c. 7. caſu* 10.

20 Caſus 11. eſt: Contra tenentes libros, & alia apud ſæculares ſine licentia tacita, vel expreſſa Superioris, niſi inaduertentia, vel paruitas materiæ excuſet, vel quando tenerent per breue tempus, animo tamen reducendi ad Monaſterium. Et contra furtò ſurripientes ex noſtris bibliothecis formalibus, ideſt, quæ deſtinantur à Superioribus pro bibliothecis, & contra

tra

Digitized by Google

tra etiam ſolum librum ſurripientes, excipe ſi eſſet vnicum quinternum de re inutili tractans, vel niſi paruitas materiæ excuſet, & ſi adſit præſumptio, fulminatur à B. Pio V. excommunicatio latæ ſententiæ Papæ reſeruata, niſi in mortis articulo &c. etiam ſi ſæculares ſint, aut aliqua dignitate, quauis præfulgeant. Sic eam incurrunt Superiores, ſurripi permittentes, vel ſurripientes. Excipe, niſi Bulla per non vſum ſit legitimè reuocata, aut libri non eſſent de corpore bibliothecæ, ſed tantum per modum depoſiti, aut niſi authoritatè ſuperioris maioris ad communem vtilitatem in alium Prouinciæ Conuentum adſportentur, aut in ſolam cellam, animo tamen ad bibliothecam reportandi. *ibidem caſu* 11.

21 Caſus 12. *Non liceat pro veſtimento pecuniam dare ſub pœna proprietatis danti, & recipienti, & Superior dans ſit indiſpenſabiliter priuatus officio*, nihil enim peius facere poteſt, quam vt proprietatem inducat, qui debet eam abolere, & hoc etiam ſi non fratri, ſed ſæculari pecuniam tribuat, qui eam pro habitu, vel non habitu ad diſpoſitionem fratris expendat. Poteſt tamen Superior ordinare Sindico, vt per ſe, vel per alium habitum emat, & eum fratri conſignet. *ibidem caſu* 12.

22 Caſus 13. *Guardianus tenetur ſub pœna priuationis officiorum viſitare cum duobus Di-*

ſcretis ſingulis menſibus cellas ſubditorum, & omnia ſuperflua, curioſa, & nobis indecentia auferre, & ſolum illa permittere, quæ vſum pauperem decent, & qui contra talem ordinationem aliquid aliud habere præſumpſerit, declaratur proprietarius,quia tanquam ſuperflua, & conſequenter per ſe prohibita, & contra voluntatem Superioris ea retinet; Ad hoc autem, etiam remoto ſtatuto, tenetur Superior lege naturæ, ſcilicet inuigilare ſuper ſuum Gregem maximè ſi publica, & notoria eſſet tranſgreſſio regulæ cum tranſgreſſionis pernicie, & communitatis ſcandalo, tunc enim nullo habito reſpectu ad quaſcunque conſiderationes tenetur Superior animaduertere, caſtigare, regulæ, & ſubditi ſaluti prouidere, aliàs non tenetur quaſcumque relationes, pacem conturbare, fratres inquietare, & huiuſmodi. *ibid. caſu* 13.

23 Caſus 14. Ne locentur Prata, domus neque per Sindicos, & locationes diſſoluantur: ſi onera Miſſarum habuerint fratres hæredibus renuncientur, ſin minus ſtatim vendantur. Subditi, ſi contrafecerint, proprietarij ſint, Superiores priuentur Officio. Non feratur triticum, de hortis, nil venale exponatur ſub pœna proprietatis, immò etiamſi non ad colligendum grana, vinum ad vendenda hortalitia tenerentur horti exceſſiui, induceret ſola ſuperfluitas proprietatem, quia ex citatis decretali-

tali-

Digitized by Google

talibus, & Regula ad Conuentus neceſſitates, & animorum laxationes, ſola neceſſaria in hortis; vt in reliquis conceduntur. Nec contra prædicta, aut alios caſus proprietatis, allegari valet conſuetudo contraria, quia cum in quolibet Capitulo Generali, & Congregatione ſingulis triennijs prohibeantur tales conſuetudines, immò & priuilegia relaxatiua, ſignum eſt, Superiores nec expreſſum, nec tacitum ðis conſenſum præbere, nec aliqui ſubditi conſcientia fracta contra communem ordinationem Religionis, poſſunt legitimam conſuetudinem inducere. *Pœn.c.7. caſu* 14.

Caſus 15. Vide *Guardianus num.* 23. 24.

24 Caſus 16. Vide *Legata*. Quæ ſi relicta fuerint Hoſpitalibus &c. vt eleæmoſynam dent fratribus, ſiue gratis, ſiue cum onere miſſarum, fratres ea renuncient, proteſtando, ſe per modum eleæmoſynæ tantum, & non aliter recepturas, & officia celebraturos, & ſic fiat de cæteris legatis. Quare nullus *Frater Procurator conſtituatur ad exigenda legata, ſub pœna carceris, & Prouinciali, & Guardiano conſentientibus, priuationis officiorum. Non fiant inſtrumenta*. Vide *Inſtrumenta*. *Relinquantur Cappellania extra Conuentum; nec extra eum miſſa, niſi ob vrgentiſſimam cauſam celebrentur*: quia hæc omnia ad lucrandos denarios ob Legata, Miſſas, Cappellas &c. oſtendunt. *ibidem caſu* 16. Cappellæ autem quomodo

poſ-

Digitized by Google

poſſint fratres concedere. Vide *Cappella*.

PROTECTOR.

Protectorem vnum ex S. R. E. Cardinalibus tenentur petere Miniſtri Prouinciales, ſub præcepto, vnde ne tumultuaria fieret petitio Prouincialium, demandata eſt per ſtatutum Miniſtro Generali, vel de mandato eius, Procuratori Generali. Quare Procurator de ſe ſine mandato talem petitionem facere non poteſt, quia officij limites excederet, quinimmò caſtigandus eſſet quiuis Miniſter Prouincialis, qui propria authoritate talem petitionem attentaret, niſi negligentia Generalis, vel Procuratoris poſt congruum temporis lapſum id concederet; tunc enim teneretur Prouincialis Romanus, aut Sancti Franciſci, vel alius è vicinioribus Protectorem petere, poteſt autem peti nominatim talis Cardinalis; immò contra exhibitionem Summi Pontificis alium exhibentis, poteſt pro alio humiliter ſupplicari, non enim petitur vt Iudex, ſed vt Protector, qui maximè beneuolus deſideratur. *Conſtit. cap.* 12. *ſtat.* 10.

2. Debet autem iuxta nominis ethimologiam Ordinem totum ab alienis oppreſſionibus propugnare, iuriſdictionem verò, & authoritatem non habet in Ordine, niſi in caſu, quo tota Communitas Ordinis in communi,

vel

Digitized by Google

vel Generale Capitulum ab vnitate fidei, aut ab Eccleſiæ obedientia, aut à Regulæ obſeruantia deuiaret; aliter ad eum recurrentes pro obedientijs, ab actibus legitimis, & Ordinis officijs ſuſpenduntur, & hoc de iure communi: Cæterum in facti contingentia ſtandum eſt auctoritati, quam ei in inſtitutione Summus Pontifex concedit. *Conſt. cap. 1. ſtat. 2. §. 2.*

PROTESTATIO

Facienda Nouitijs ante Profeſſionem. Vide *Nouitius.*

PROVINCIALIS.

1 Miniſter eligi non poteſt, niſi 35. annum ætatis, & 20. religionis exceſſerit. *Conſt. c. 8. ſtat. 26. §. 1.* De forma eius eligendi. Vide *Electio.*

2 Pedeſter debet incedere tamen in neceſſitatis articulo, vili iumento vti poteſt; hoc autem Secretario, & ſocio ſuo concedere non poteſt, ſub pœna priuationis officij, vltra peccatum mortale, quia ſine neceſſitate diſpenſat, cum poſſit alios aſſumere. *Conſt. cap. 3. ſtat. 23. quæſt. 5.*

3 Tam Miniſter Prouincialis, quam Commiſſarius, ſunt Ordinarij Prouinciarum Prælati, ac Iudices, quicumque ſint tales Comiſſarij Prouinciales, habentque iuriſdictionem

ordi-

ordinariam in ſuos ſubditos, legibus tamen regulatam. *Conſt. c. 1. ſtat. 4. §. 7.*

4 Durare non poteſt, niſi ad triennium, eo tamen elapſo, poteſt vt Commiſſarius ad ſex menſes, ex conceſſione Clem. VIII. gubernare Prouinciam, ſed ſi ante triennium Commiſſarius Viſitator in ſua Prouincia deſtinetur, licet biennio elapſo Prouincialis emeriti priuilegia acquiſierit poteſt tamen (niſi fuerit ad hoc legitima cauſa) de iniuſtitia conquæri, & in priſtinum reſtitui. *Conſt. c. 8. ſtat. 65.*

5 Eligi debet ex propria Prouincia, in qua habitum aſſumpſerat, vel in qua per decennium ante ſit incorporatus, aliter electio eſt nulla, niſi ex vrgenti neceſſitate totum Diffinitorium aliud diſponat. *Conſt. c. 12. ſtat. 12. quæſt. 4. verſ. Decimo.*

Prouincialis quoad abſolutionem, & diſpenſationem, & reſeruationem. Vide *Abſoluere. Diſpenſare. Caſus reſeruati.* Quoad ordinandos. Vide *Examen. Ordo. Promouendi.* Quoad Nouitios, & Moniales. Vide *Nouitius. Monialis &c.*

6 Nequit remittere pœnas impoſitas ab inferiore, niſi ex vrgenti cauſa, vt dictum eſt verb. *Generalis.* Pœnas verò ſtatutarias ordinarias de conſilio Diſcretorũ poteſt mitigare, non autẽ pœnas maiores, quæ ob grauiſſima delicta imponuntur. *Conſt. c. 12. ſtat. 12. q. 4. in fine.*

Ex-

7 Expleto officio per integrum ſexennium capitulare reeligi non poteſt, numerandum à die, quo abſolutus eſt ab officio, niſi ante biennium officio renunciauerit, & abſolutus fuerit ab officio, tunc enim non inter Prouinciales emeritos, ſed inter fratres ordinarios redactus numeratur. In aliena tamen Prouincia poteſt non expleto tali ſexennio, ex conceſſione B. Pij V. in Prouincialē reeligi. *Conſt.c.8.ſtat.60.*

8 Abſolutus ab officio, poteſt ſtatim non in Diffinitorem, ſed in Cuſtodem reeligi; ſunt enim officia diſparata, nec ſine rationabili, & vrgenti cauſa in Guardianum, qua non exiſtente, nec diſpenſans, nec diſpenſatus ſunt tuti conſcientia. *Conſt. cap. 8. ſtat.* 57.

9 Prouinciales verò titulares electi tantum ad ſuffragandum in Capitulo Generali, cum ſubditos non habeant, in quos exerceant iuriſdictionem Prouincialium verorum, nec commoda, nec incommoda percipiunt, & ideò expleto officio non gaudent paternitate. *ibidem ſtat.* 59.

An Prouincialis poſſit eximere ſubditum à iuriſdictione Guardiani. Vide in ſimili *Generalis*.

10 Nullus Prouincialis, etiam per commiſſionem ſibi factam in propria Prouincia à Generali cum plenitudine poteſtatis, eximitur à iuriſdictione Commiſſarij Viſitatoris, à Generali

nerali in Prouinciam deſtinati, quia propriè hic deſtinatur ad ſindicandum Prouincialem, immò nec Generalis poteſt Prouincialem ſic eximere, quia Viſitator nominationem quidem habet à Generali, iuriſdictionem verò à lege. *Ibidem ſtat.* 54. Immò ſoli Prouinciales, & non inferiores incurrunt pœnas Gregorianas, ſcilicet pœnas rebellantium, & inſuper excommunicationem Papæ reſeruatam, ſi per Viſitatorem ordinata non obſeruentur, niſi fuerit à Generali reuocata: Guardiani verò, & alij inferiores Miniſtro, ſolam culpam pro qualitate materiæ incurrunt. *ibid. ſtat. 67. in fine.*

Mittere poteſt Prouincialis ſuos ſubditos ad contiguas prouincias, & etiam 30. milliaria intra illas. Item etiam ordinandos Clericos. Vide *Apoſtaſia num. 33. 34. & Neceſſitas num. 2.*

11 Ire ad Capitulum ratione Diffinitoris generalis non poteſt. Vide *Diffinitor*. Poteſt tamen in Capitulo, vbi ſuffragatur titulo Prouincialatus eligi in Diffinitorem generalem, quia ad aliud Capitulum generale pro ſindicatione non eſt reuerſurus. *Conſt. cap. 36. quæſt. 4. verſ. Dum actu ſunt.*

12 Eligi poteſt etiam abſens, laudo tamen præſentiam, quia eliguntur, vt actu ſua munia obeat, qui ſi non adſit, inutiliter eligitur, & potius perſonæ, quam Religionis commodo proſpicitur. *ibidem quæſt. 9.*

Con-

13 Conſanguineum verum non per affinitatem, aut per adoptionem, aut per cognationem ſpiritualem, ſecum in Diffinitorio habere non poteſt, nec debet fratrem germanum ſucceſſorem habere, quia iura in officijs eccleſiaſticis ſucceſſionem oderunt. *ibid. q.8.reſp.2.*

14 Peccat mortaliter, & officio eſt priuandus, ſi punitiones delinquentium, niſi ex cauſa Generali probata, non exequatur; ſed ad aduentum Commiſſarij, aut ipſius Generalis differat; ipſe enim punire ex officio, & ex officio tenetur, aliàs iuſtitia, & Religio offenderetur. *ibidem ſtat.* 51.

15 Ex prouincia exire non liceat Prouinciali, niſi de conſilio, & conſenſu Diſcretorum, Commiſſarium ad eam regendam inſtituat, niſi breuitas temporis excuſet, ſcilicet per octo dies ad ſummum, quia totidem ſede vacante ad eligendum Vicarium Capitulo Cathedrali concedunt. *ibidem ſtat.* 55.

16 Talis autem Commiſſarius prouinciam regat, donec à Generali fuerit prouiſum, ſi Prouincialis extra prouinciam moriatur, ſupponit autem ſtatutum, quod Guardianus, in cuius Conuentu moritur talis Prouincialis, de eius morte faciat certiorem Generalem, & ſic ille Commiſſarius relictus à Delegato in vim ſtatuti tranſit in Superiorem ordinarium. *ibidem ſtat.* 56.

Si

17 Si verò moriatur in prouincia, debent ſcripturæ, & ſigilla ad dignorem Patrem prouinciæ deferri, qui ſi intra tres dies (qui dies 20. milliaria, ſeu ſeptem leucas contineant ſinguli, reſponſum habere poſſit, expectare debet à Generali, in cuius ſtat arbitrio, vel Vicarium prouincialem nominare, vel nominandi facultatem indulgere prouinciæ, quod idem valet de Commiſſario prouinciali inſtituto in abſentia Miniſtri; ſi enim intra tres dies non poſſit haberi a P. Generali reſponſum, qui ſigilla recepit, ad Vicarij Prouincialis electionem procedet abſolutè cum Diffinitorio conuocato, & ipſe conuocans votum actiuum, & paſſiuum habet in electione. *ibidem ſtat.56. in fine*.

18 Sed ſi abſente Miniſtro prouinciali moriatur Commiſſarius inſtitutus, debet vſque ad regreſſum Prouincialis prouinciam gubernare pater dignior in prouincia, ſic enim diſponunt ſtatuta. *ibidem*.

Prouincialis obligatio circa ſcripturas, & alia in Archiuio reponenda. Vide *Archiuium*.

19 Priuari non poteſt, niſi per Generalem, vel per eius Commiſſarium Viſitatorem cum conditionibus. Ipſe verò Prouincialis nequit priuare Guardianos, niſi expleto proceſſu, & cum conſenſu Diffinitorij, ſaltem pro maiori parte, ſine quibus nec aliquam pœnam grauem infligere, etiam ſtatutariam, nec quod ta-

talem pœnam aliquis incurrerit declarare valebit, licet enim ſit ad inſtar Epiſcopi Iudex ordinarius, limitatam tamen habet cum Diffinitorio iuriſdictionem, vnde ſine iſto in grauioribus procedere non poteſt ſub pœna nullitatis, & priuationis. *Pæn. cap. 1. quæſt. 2.* Immò virtute priuilegiorum maiorem habet Epiſcopo authoritatem Prouincialis ſuper ſuos ſubditos reſpectiuè, tamen circa carceris prorogationem, circa falſarios, niſi conſentiente Generali, diſponere non poteſt. *Fænal. cap. 11. quæſt. 5.*

20 In abſentia autem Diffinitorum, patres grauiores debent ſubrogari. Vide *Diffinitor.* Diffinitores autem, ſi periti non ſint, non debent credere, & ſe remitti Miniſtro prouinciali perito in ferenda ſententia, ſed debent conſulere peritos. Vide *Diffinitor num. 21.* Poteſt tamen Prouincialis conſtituere reum, carcerare ſine Diffinitorio. *ibidem.*

21 Gratias obtentas à Generali ſuper abſolutione delicti, de quo Prouincialis iam inquirere cępit, aut ſuper diminutione, vel remiſſione pœnæ per ſententiam inflictæ, poteſt Prouincialis ſummariè recognoſcere, & ſi ſubreptitias inueniat, ſuſpendere, donec Generalis à Prouinciali monitus per hoc prouiderit, quia eſt Iudex ordinarius. *Pæn. c. 16. quæſt. 3. verſ. Sed quomodo.*

Digitized by Google

22 Immo de iure cõmuni hoc poteſt contra omnes gratias, & priuilegia per ſuos ſubditos à Generali impetrata. *Pæn. c. 29. q. 2.*

23 Poteſt inconſulto Diffinitorio pro cauſa publica prouinciæ, idem dic de Viſitatore, ſuos ſubditos Romam mittere. *Conſt. cap. 3. ſtat.* 22. De Apoſtatis verò, eorumque qualitatibus generales Officiales Curiæ monere tenetur. Apoſtatas verò alienæ prouinciæ ſecundum noſtra ſtatuta punire, & abſoluere, ac teſtimonialibus litteris communitos ſtatim ad ſuam prouinciam remittere. Negligentes verò officio priuentur. *Pæn. c. 9. q.* 10. Euntes ad Terram Sanctam, prouidere de veſtimentis debet. *ibidem quæſt.* 8. ac etiam contra patres graues poteſt procedere. Vide *Pater*.

PROVOCARE.

Eſt alium ad vindictam iniurijs laceſſere. *Pæn. c.* 13. *q.* 1. Prouocationis leuitas, vel grauitas ex effectu menſuratur, qui aptus ſit ex ſua natura prouenire à talibus cauſis v. g. iocis, verbis liberis, pungitiuis, afflictiuis, aut contemptorijs, quorum effectus ſunt, excandeſcentia, erubeſcentia, afflictio, dedecus &c. punitur verò prouocans pœna ſtatutaria, licet prouocatus iniuriam non rependat. *ibidem & quæſt.* 3. Vide *Iniuria*.

PRO-

Digitized by Google

PROVT

Tibi videbitur, aut placuerit, eſt particula, per quam arbitrium Iudici conceditur, ſed rationi ſubiectum, ſicut potens confiteri cuicunque, tamen intelligitur de probatis ab Ordinario, niſi aliud exprimatur. *Pæn. cap. 2. quæſt. 5. in fine.*

PRVDENTIA

Eſt virtus moralis in delectu boni, & mali conſiſtens, in omni negotio neceſſaria. *Pæn. cap. 10. quæſt. 6.*

PVBLICVM.

Vide *Notorium*. Publicare libellum. Vide *Libellus*. Publicare delictum alterius occultum poteſt ſine actione iniuriarum, quando tale delictum publicari Reipublicæ intereſt. *Pæn. cap. 12. quæſt. 4. in fine.*

PVELLA. Vide *Monialis Nouitia*.

PVNIRE. Vide *Pæn. Pænitentia*.

QVALITAS PERSONAE

Eſt ſtatus, & conditio, v. g. Graduatio, Doctoratus, nobilitas &c. *Pæn. c. 9. q. 13. reſp. 1.*

Qualitas Generalis, Prouincialis, Commiſſarij, Vicarij, Magiſtri Nouitiorum, &c. Vide in ſuis proprijs titulis.

Digitized by Google

RADERE. Vide *Tonſura*.

RATIHABITIO.

Duo eſſentialiter includit Primum, quod delictum ſit verè commiſſum nomine v.g. meo. Secundum, quod ſciens delictum eſſe nomine meo commiſſum, illud vt tale ſic factum approbo, & tanquam nomine meo factum ratifico, & talis ſic adprobans, punitur vt principalis exequens, quia ratihabitio tetrotrahitur: ſi verò altera ex duabus aſſignatis conditionibus deſit, non eſt ratihabitio, ſed quando ratum quis habuit cenſetur etiam nomine ipſius factum, niſi aliter probet: In dubio verò, an ratum habuerit, tenendum eſt, quod non, quia eſt fauendum Reo, donec conſtet oppoſitum. *Pœn. cap.2. quæſt.7.*

RATIO

Eſt anima legis, quia viuificat legem, ſicut anima corpus, ideo vbi concurrunt omnimoda ratio, comprehenditur etiam omnis caſus ex mente legis, in quo illa ratio concurrit. *Pæn. c.7. caſu 16. diffic. 5.* Lex enim non in verbis, ſed in ſui ratione conſiſtit. *Pœn.cap.9. quæſt.6. reſp.4.* Et ſic ratio reſtringit dictum generale legis. *Pœn. cap. 18. quæſt. 4. verſ. ſi replicet.* Et ſic ratio multum conducit ad legis intelligentiam, & inductionem, licet enim requi-

requirere rationem non ſit neceſſarium, vbi legem habemus; tamen eſt etiam infirmitas intellectus quærere legem, vbi rationem naturalem habemus. *Pæn. cap. 7. caſu 16. diffic. 5. reſp. 2.* Et ſic ratio, & veritas conſuetudini eſt præponenda; vnde conſuetudo irrationabilis non eſt ſeruanda. *Pæn. cap. 7. caſ. 14. diffic. 1. verſ. Reſpondeo.* Tamen ratio iuris communis, naturalis, & diuini ſemper erit eadem, & inuariabilis vbicunque res ponatur. *Pæn. cap. 15. quæſt. 10. verſ. Reſpondeo tamen.*

REBELLIS. REBELLIO.

1 Rebellio, contumax, & inobedientia ſe habent ſecundum magis, & minus, inobedientia enim ſimplicem dicit negationem obedientiæ; contumacia contemptum addit præcepti ſuperioris, prout ſuperior eſt, vel Iudex: Rebellio denique reſiſtentiam actualem contra ſuperioris perſonam, vel honorem, vel iuriſdictionem, vel officium, vel officiales; licet enim rebellio in iure ciuili non cadat, niſi contra iuramentum fidelitatis, quod non cadit in Religioſis, tamen vouerunt obedientiam, quæ fidelitate maior eſt, & contra iſtam poſſunt agere, & hoc vel publicè, vel occultè; Publicè ſi contra ſuperiorem publicè inſurgant, vt ſupra; occultè verò, ſi fingant ſe volle obedire; attamen occultè faciant opera contraria, v. g.

ſe occultando, impediendo ne citentur, recurrendo ad Principem ſæcularem, vt ſub aliquo prætextu, alienæ ditionis, aut huiuſmodi, Generalis aut eius Commiſſarius non recipiatur, vt ipſi mala fruantur libertate; hæc enim ad veros rebelles pertinent: nec poteſt ſe palliare rebellis, dicendo, ſe non rebellare contra officium ſuperioris, ſed contra perſonam, quia ſibi hoſtis eſt: Superioris enim mandata adimplentur, & non examinantur, aliàs periculoſum principium aperiretur in Religione. Excipie niſi ſuperior manifeſtè iniuſta præcipiet, tunc enim ei per Regulã obedire non debemus, aut ſi verè ſit inimicus, & tunc poteſt ſubditus ſuas læſiones exponere, & delegati aut delegantis reſolutionem expectare, ſecundum regulas eccleſiaſticas de appellationibus. *Pœn. c. 6. q. 1.*

2 Pœna inobedientium eſt carceratio, ac conſequenter actuum legitimorum. Vide *Carcer num. 2. Contumacia.*

3 Qui Commiſſario à Generali miſſo reſiſtere, contradicere, ſe opponere, aut rebellem ſe exibere præſumpſerit, ipſo facto excommunicationis ſententiam Papæ reſeruatam, & alias pœnas, prout habetur verb. *Viſitator*, incurrat. Et qui Prouinciali, aut ſuperiori locali rebellauerit, omni ſuffragiorum iure triennio careat. *Pœn. c. 6. q. 2. diffic. 3.*

Quomodo ſe gerere debeat ſuperior localis

in

Digitized by Google

in carcerãdo ſubditũ. Vnde *Carcer.Guardianus.*

4 Ad incurrendas tamen pœnas requiritur præſumptio, quæ ſemper ſcientiam, & dolum ſupponunt. *ibidem*. Quomodo autem præſumatur, vel probetur ignorantia. Vide *Ignorantia Lex*. Ab excommunicatione verò contra rebelles non poteſt abſoluere Religio, quia talem ſibi Pontifex reſeruauit. *Pęn. cap. 6. quæſt.* 4. Vide *Pęna*. Cæteras pœnas poteſt Generalis remittere, excepta excommunicatione, quamuis in foro contentioſo deductas. *ibidem quæſt.* 12. Vide *Inobedientia*. *Viſitator*. *Contradicere*. Immò ex grauantibus circumſtantijs augere, ſed mutare ex maiori, vel minori affectione in rebellem non poteſt, quia non effectus caſtigatur, ſed ipſa formalitas rebellionis in ſuo genere completa. *Pęn. c. 6. q. 8.*

5 Incurrunt verò has pœnas rebellantium non ſolum ipſi formaliter rebelles; ſed etiam mandantes, fauentes, ſollicitantes, cooperantes, mediantes, auxiliantes, qui delicti cauſæ proximæ fuerunt, non impediendo, quando tenentur, & poſſunt, vt ſuis titulis dictum eſt. *ibid. q.* 5.

6 Requiritur autem ad incurrendas pœnas effectus ſequutus, ſed data formali rebellione, vt ſi Commiſſarium, repellat; oſtium ei claudat, & huiuſmodi, licet poſtea pœniteat, quia tamen data eſt iam formalitas rebellionis, pœnas incurrit, licet reſipiſcat. *ibidem quæſt.* 6.

Digitized by Google

Nec audiendus eſt rebellis publicus in Guardianum, dum poſtea ſe velit defendere, quia ſupponitur delictum, quod nulla valeat tergiuerſatione cælari. *Conſt. cap.* 1. *ſtat.* 4. §. 17. *in fine*.

7 Vnde poteſt eum facti pœnitentem Guardianus carcerare, ſicuti qui pœniteret poſt homicidium, tamen ex charitate, & æquitate debet pœnitentis retractationem recipere, & ſeuera tantùm coram Fratribus reprehenſione corrigere, vt ſuæ ſe iniuriæ immemorem oſtendat, paci conſulat, & fratrem lucretur. *ibidem*.

Receptantes Apoſtatas an incurrant excommunicationem. Vide *Apoſtaſia*.

Recipere mercedem. Vide *Laborare*.

Recipere Nouitios. Vide *Nouitius*.

Recitare officium. Vide *Officium*.

Reclamare contra delictum publicum. Vide *Delictum*.

RECVRSVS.

1 Cum Regulares (iuxta dicta verba *Papæ*) ſint exempti à Tribunali ſæcularium; *Ideò qui ſub prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ ad Aduocatos, Procuratores, & Iudices ſæculares, vel quomodocunque ad ſæculare Tribunal recurrerit pro conſilio, aut auxilio petendo, is actibus legitimis priuetur, grauis etiam mulctetur arbitrio Superioris. Pgn. c.* 18. *in principio*.

Si

Digitized by Google

2 *Si quis ad locorum Ordinarios eiſdem de-cauſis recurſum habuerit, grauis etiam puniatur, Prouincialis, vel Generalis arbitrio. Quia verò nonnulli ſuæ profeſſionis immemores, ad Tribunalia prædicta, quandocunque appellant, & ad illa confugiunt, ſciant ſe eſſe authoritate Apoſtolica ipſo facto excommunicatos, nec abſolui poſſe extra mortis articulum, niſi à Romano Pontifice, & inſuper de facto incurrere pœnas priuationis officiorum, inhabilitatis ad illa perpetua, & ad omnia alia, & vocis actiuæ, & paſſiuæ. ibidem.*

3 Non prohibetur tamẽ ſimpliciter conſilium petere à ſæcularibus, ſed quando petitur prætextu iniuſtitiæ, non enim deſunt in Religione periti, quos conſulamus, ne ſuperiorum detractionibus, & ſecretorum in Religione reuelationibus ſæculares ſcandalizentur, incurritur ergo tunc vltra pœnas prædictas peccatum mortale; ſed ſecluſis iſtis, ſcilicet ſcandalo, detractione &c. ad euitandum graue damnum, vt triremes, longum carcerem &c. poſſumus de licentia ſuperioris, & ſine ea, fretus iure-naturæ, conſulere peritos, & deuotos in ſæculo, & rerum Religionis gnaros, ſi tales in Religione non habeat. Contra illatum verò damnum ſimpliciter nullo modo poteſt concedi talis recurſus, quia datur in Religione appellatio ad ſuperiores maiores. Non veniunt autem hic ſub nomine ſæcularium Regulares exteri,

Digitized by Google

teri, vnde ad eos recurrentes non poſſunt puniri pœna ſtatutaria, ſed tamen vt reuelatores rerum Religionis. *ibidem q.* 2. Vide *Defenſio*.

4 Grauius punitur recurſus ad Epiſcopos, quia præter recurſum ad Iudicem incompetentem (ſtante exemptione Regularium) quæ eſt in hoc communis cum recurſu ad laicos, iſte ſuperaddit lites in Religione, quia Epiſcopi ex talibus tumultuarijs recurſibus prætendunt acquirere iuriſdictionem ſuper Regulares ordinariam, quod in laicis non cadit; vnde maius malum maiori indiget remedio. Nec etiam pro abſolutione, aut diſpenſatione poſſumus ad Epiſcopos recurrere, quia Regulares ſupra ſuos ſubditos ampliorem Epiſcopis habent facultatem. *ibidem q.* 3.

In quibus verò caſibus habeant Epiſcopi authoritatem ſuper Regulares, & quando ad ipſos recurſum habere poſſint Regulares. Vide *Epiſcopus num.* 10.

5 Non incurrit tamen has Pœnas qui ex vehementi iracundia, ex deliberationis defectu talem recurſum faceret, quod tamen probare debet, & eo probato mitius puniri debet. *ibidem quæſt.* 4.° *verſ. Dices tertio*. Incurrunt etiam pœnas prædictas fautores, & conſultores; fautor autem non dicitur ſubditus, qui ſine dolo recurrenti ſocius eſſet aſſignatus, benè tamen ſuperior, qui ad hoc egreſſum concede-

ret

Digitized by Google

ret è Conuentu. *ibidem quæſt.* 4. *diffic.* 1. Incurruntur autem pœnæ ſtatim facto recurſu, etiam ſi eo non acceptato, ſæcularis recurrentem repellat, quia recurſus iam eſt per eum completus. *ibidem diffic.* 2.

6 Item incurrit, qui per alium recurſum faceret, & libellus ſolus appellationis, & non ille, cuius nomine factus eſt, appareat, quia præſumitur factum fuiſſe ad inſtantiam illius, qui habet intereſſe in cauſa: attamen, quia poteſt fieri ab amico in odium principalis, non debet procedi ad declarationem pœnarum, niſi probetur mandatum, ſcilicet ſi principalis ratum habeat recurſum, quia ratihabitio mandato comparatur; ſi de recurſu gaudeat, ſi de eo locutus fuiſſet, & de recurſu commodum referat. *ibidem diffic.* 3.

Recurrere per viam appellationis. Vide *Appellatio*.

RECVSARE Iudicem. Vide *Iudex*.

REDDITVS prohibiti. Vide *Paupertas*. *Proprietas*.

REDIENS à triremibus. Vide *Triremis*. Rediens Religioſus ad Conuentum debet iterum benedictionem petere à ſuperiore, & ei notabiles defectus ſocij manifeſtare. Vide *Carcer num.* 22.

REDIMERE

Vexationem iniuſtam medio etiam illicito om-

omnibus licet; quia de iure naturæ quilibet tenetur liberare ſe à malis iniuſte illatis, vel inferendis. Non tamen conceditur ob iuſtam vexationem, licet iniuſtè illatam, vt ſi quis ex mero odio de vera infamia me vellet infamare. *Pœn.cap.15.quæſt.8.verſ. Excipiunt tamen.*

REFECTORIVM.

1 Omnes in Refectorio tam ſuperiores, quam ſubditi conueniant: Communi victu ſine diſpenſatione, extra caſum infirmitatis veſcantur Prælati, maximè ad bonum exemplum, & ad tollendas ſubditorum murmurationes, occupationum autem diſcretionem ratio ipſa ſuadet, tam in ſuperiore pro ſe, quam pro concedenda ſubditis licentia extra Communitatem comedendi. *Conſt. c.3. ſtat.12. & 14.*

2 Superior ſub pœna priuationis officij, & ſubditis ſub priuatione ſuffragiorum non debent admittere ſæculares in Refectorium ad comedendum in communitate, nec etiam conſanguineos, affines, amicos &c. niſi magna alicuius benefactoris ſpectabilitas aliter ſuadeat. Et qui aliter Refectorium regulariter prophanaret, vltra priuationem, peccatum mortale incurreret. *ibidem.*

REFORMARE.

1 Eſt denuo conſtituere, & ad eſſe priſtinum

Digitized by Google

num reuocare; Vnde reformare Religionem in eſſentialibus deficientem (dummodo conſeruetur eius vnitas) ſanctum eſt, & debitum: Diuidere verò Religionem in ordine ad Reformationem, eſt iniquum, quando inter inobſeruantes obſeruari Regula poſſit, ſicut in Eccleſia mali cum bonis admixti ſunt, etiam ſi ea ſine aliqua difficultate, & contradictione obſeruari non poſſit, quia ſub eodem præcepto tenemur ad obſeruantiam Regulæ, & ad vnitatem Ordinis. Cum autem ad obſeruantiam talem, maxima interponitur difficultas, quæ moralem impoſſibilitatem infert, tunc poteſt ad Regulæ obſeruantiam ſtabiliendam procurari Ordinis diuiſio, vt factum fuit in Concilio Conſtantienſi, & inde per multos Romanos Pontifices vſque ad Leonem Decimum, qui ſigilla, & titulum, & officium Miniſtri Generalis totius Ordinis à Conuentualibus ablata, tranſtulit ad Reformatos. Hic autem maxima difficultas oritur ex diſſimilitudine,& conſequenter antipathia, & repugnantia non obſeruantium ad obſeruantes; Illi enim horum exemplarem vitam ſibi flagellum putantes, vel excutere, vel deſtruere continuò procurant; ſi autem alienationis initium, humilitate, & patientia caret, peccaminoſum eſt; obſeruantia enim patiens, & humilis eſſe debet, ſi verò per patientiam, & humilitatem, ſalutis pericula poſ-

poſſint effugere, diuiſionem procurare non licet. *Pen. c. 17. q. 2.*

2 Reformare ſub peccato mortali tenentur Superiores locales, Prouinciales, & Generales, quo ad obſeruantiam, & votorum, & præceptorum, & regulæ Religionem in iſtis reformatam, vota enim cum ſint communia omnibus Religionibus, non ſingularizant Minoricam, ſed præcepta, ex quibus vota modificantur, vnde ſublatis præceptis, deſtrueretur formalitas Regulæ Minoricæ. *ibid. q. 3. reſp. 1. & 2.*

3 Et ſic indictam in Capitulo reformationem tenentur ſub peccato mortali omnes acceptare, etiam ſi profeſſi eſſent ſub inobſeruantia, quia Religioſi ſuas voluntates, vel explicitè, vel implicitè in Papam, & Superiores repoſuiſſe ſupponimus. Excipe, niſi vouens explicitè intendiſſet vouere Regulam, prout tunc obſernabatur, quia votum eſt liberum. *ibidem reſp. 2.*

4 In accidentalibus verò induci non poteſt reformatio, quæ ad mortale obliget, niſi ex ijs grauiſſima in ordine oriretur deordinatio. His exceptis, reformationem cum diuiſione affectare, à ſola ambitione prouenire poteſt, & maximum eſt peccatum, & pœnis ſtatutarijs ſubditur quinque ſit ſubditus, ſiue Prælatus, ſub prætextu Reformationis diuiſionem procurans. *ibid. q. 3. reſp. 4.*

Re-

Digitized by Google

5 Reformati in odioſis non veniunt ſub nomine Obſeruantium. *Pen. cap. 22. quæſt. 8.* Nec gubernari poſſunt per ſtatuta Obſeruantium, quia habent ſua peculiaria ordinata poſt ſtatuta Generalia; poſſunt tamen ad hæc recurrere in caſibus reformationis non contrarijs, & vitæ reformatæ, & in eius ſtatutis non expreſſis; ſunt enim ſtatuta Reformatorum, veluti municipalia, vnde quando de eadem re diuerſimodè determinatur in Generalibus, & in municipalibus, ſtandum eſt municipalibus. *Pœn. c. 9. q. 8. reſp. 4.*

6 Reformatio Ordinis in Concilio Conſtantienſi ortum habuit ad tollenda ſcandala, quæ inter relaxatiuos, & zelantes in dies oriebantur, vnde Reformatis conceſſi ſunt Conuentus, Guardiani, Vicarij Prouinciales, & Vicarius Generalis à Generali Conuentualium, & Prouincialibus reſpectiuè dependentes, quo ad confirmationem. Quæ omnia cum poſt illud Concilium, & obitum Martini V. conuellere niterentur Conuentuales, fuere in Concilio Baſileenſi ad petitionem Regis Chriſtianiſſimi, & ab Eugenio IV. Nicolao V. Caliſto III. Pio II. & Sixto IV. licet à Conuentualibus aſſumpto confirmata, & reformatos non perturbati mandatum fuit. *Pen. c. 17. q. 2.*

7 Quæ diſpoſitio variè deinceps tentata, conuulſa, reſtituta per ſubſequentes Pontifices,

capur

caput etiam tentauit, debiliter quidem tempore S. Bernardini, nam obſeruantibus indultus fuit etiam Vicarius Generalis cum ſubordinatione ad Generalem pro confirmatione. Tandem quia multiplicabantur in dies mala, ſcandala & ſeditiones, ſub Leone X. totaliter ordo diuiſus fuit, inter obſeruantes, & Conuentuales, quorum illi ad litteram, iſti, iuxta indulta Apoſtolica, regulam obſeruant. *Pyn. cap.* 17. *quæſt.* 1. ac propterea per decretum dicti Concilij Conſtantienſis Leo X. vt dictum eſt, ad tollenda quotidiana ſcandala, & vniendas tot Reformationum Congregationes, ſcilicet Clarenos, Amadeos, S. Euangelij, Collectaneos, fratres de Caputio, &c. edita Bulla vnionis. Obſeruantes a Conuentualibus totaliter ſeparauit. *ibidem quæſt.* 1. Sigilla, & titulum, & officium Miniſtri totius Ordinis Seraphici, & ſupremam in ordine præcedentiam Obſeruantibus conſignauit. *ibidem*.

Capuccini verò licet ex obſeruantia deſciuerint, & extra ordinem illum Minorem, quem Leo X. declarauerat diu palabundi, ad Conuentuales appulſi, ipſis tandem, & obſeruantibus nuncium remiſerunt, & paulatim ſub Vicarijs, poſtea ſub Prouincialibus, tandem ſub Generalibus fixere tentoria. *ibidem quæſt.* 1.

8 Tepeſcente verò Obſeruantium feruore ſub Clemente VII. anno 1532. emerſerunt fratres

Digitized by Google

tres ſtrictioris obſeruantiæ, qui diſcalceati in Hiſpania, Recollecti in Gallia, Reformati in Italia ſunt appellati, quos fauoribus ſpecialiter proſecuti ſunt B. Pius V. Greg. XIII. Clemens VIII. Paulus V. Greg. XV. & tandem Vrbanus VIII. *Pœn. c. 17. quæſt. 2.*

9 Vnde Diſcretos primò, & Cuſtodes, deindè Vicarios, & Viſitatores Generales, poſtremò Miniſtros Prouinciales, Diffinitores, & Procuratorem Generalem obtinuerunt, vt ſe ipſos in puriori obſeruantia, etiam contra Generalem tueri valerent, quem ſolum in toto Ordine cum limitata tamen in multis authoritate recognoſcunt. *ibidem.*

REGVLA, REGVLARES.

1 Sancti Patris N. Franciſci, Regula licet omnium in rigore extrema, non tamen veras neceſſitates in extremo, vt potè diſcreta conſtituit. *Conſt. cap. 3. ſtat. 23. quæſt. 2. in fine.* quippè quæ a Chriſto Domino in loco Fontis Columbæ B. Franciſco fuerit verbaliter dictata, vnde Nicolaus III. in Decret. *Exijt* ait *Hæc eſt apud Deum immaculata Religio, quæ deſcendens a Patre luminum, per eius filium exemplariter, & verbaliter Apoſtolis tradita, & per Spiritum Sanctum, Franciſco inſpirita.* Ex quo eſſe de iure diuino, & non poſſe ab vlla poteſtate in terra conuelli concluditur. *Pœnal.*

cap. 7. caſu 14. diffic. 1. prope finem.

2 Tamen viuente Legiſlatore ſub Fratre Elia Generali, cœpit relaxari, & eam magis in dies relaxandam, ſed ſemper reformandam diuinitus fuit ipſi legiſlatori Seraphico reuelatum. *Pen. c. 17. quæſt. 2.*

3 Quare Franciſcana Religio à Domino fuit electa (ſicut ipſe teſtatus eſt Honorio Papæ. *Ego,* inquit, *præcepta, aut verba in Regula non poſui, ſed Chriſtus, qui omnia vtilia, & neceſſaria ſaluti animarum nouit. ibidem quæſt. 1.* Verſ. *Verum*; non tantùm propter profectum, & ſalutem animarum totius Mundi in terris fidelium, ſed & infidelium, & Paganorum. *ibidem quæſt. 1. Verſ. Quantum.*

4 Vnde ex euidenti vtilitate Nicol. III. affirmat, approbatam fuiſſe in Concilio Lugdunenſi, & Sixtus IV. poſt multiplicia Encomia ſic affatus eſt. *Hi profectò ſunt fratres Minores in Deum Eccleſia multiplicibus ſplendoribus radiantes, quorum ſonus prædicationis, & ſanctitatis opera præ cæteris Religionum profeſſoribus, vſque ad extremum terræ noſciter exiuiſſe. Hi ſunt, quos Deus numero multiplicauit, & merito. ibidem* Quinimmò Leo X. confirmans ait. *Hæc eſt illa Minorum Religio, quæ virentibus ceremoniarum folijs, per viros Apoſtolicos, tanquam per palmites extenſos, a mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos Or-*

Orbis terrarum, immò ſapientiæ, & ſcientiæ irrigauit Montes, & impleuit terram. ibidem. Verſ. *Amplitudo.*

De Regulæ noſtræ ſumma perfectione. Vide *Caſtitas. Obedientia. Paupertas. Franciſcani.*

5 Regulares, ſeu Religioſi (exceptis Minoribus) ad arctiorem, petita, licet non obtenta à ſuo Generali, vel Prouinciali licentia, poſſunt omnes tranſire, hanc verò licentiam, dare non poteſt Superior localis, licet Prælatus ſit, quia cum ex ſe recipere ad habitum, non poſſit, nec debet dimittere; quibus autem in particulari, vel negetur, vel concedatur ad aliam Religionem tranſitus, id ex proprijs cuiuſque Apoſtolicis conſtare debet. *Conſt. c. 2. ſtatut. 5.*

RELAPSVS.

Dicitur ille, qui reincidit, poſtquam abiuratis prauis erroribus, ſe nullo modo in poſterum de fidei articulis, aut de Eccleſiæ dogmatibus malè ſentire iurauerit, & talis brachio ſæculari puniendus traditur. *Pgn c. 22. concl. 1.*

RELIGIO quo ad priuilegia declaranda, reſtringenda, renuncianda &c. Vide *Priuilegium.*

RELIQVIAS commutare. Vide *Simonia. Caſus reſeruatus.*

Remigantes. Vide *Triremis.*

Digitized by Google

Renunciare Priuilegia. Defenſiones. Vide *Priuilegium. Defenſio. Proceſſus. Contumax.*

REPETIARE.

1 Habitum de petijs laneis vel lineis (non enim in regula ſpecificatur) libertas eſt à Regula conceſſa, vnde à Superiore ſine cauſa prohiberi non poteſt, prohibens peccaret, data tamen cauſa licitè, & validè prohibebit. Cauſæ verò repetiandi ſunt fractura præſens, vel imminens, vel ordinaria in parte habitus, neceſſitas etiam tuendæ valetudinis, cum reſpectu frigoris Tunicæ leuiores ſunt. Repetiatio autem affectata extraordinaria, & non neceſſaria, quæ communitatem offendit, ſingularitatem affectat ad vanitatis, & ambitionis aucupium, omninò mala eſt, & damnanda. *Conſt. cap. 2. ſtat. 48. Verſ. Vniformitatem.*

REQVISITA Nouitiorum. Vide *Nouitius.*

RESIDENTIA.

1 Eſt de iure diuino, quia ſic eſt Prælato commiſſa cura ſubditorum, & Conuentus, ideo ſine diſpenſatione, ab ea non poteſt ſe alienare, diſpenſatio verò ſine cauſa eſt nulla: Cauſæ verò ad diſpenſandum ſunt Chriſtiana charitas, vt Prædicatio, pacificatio, parentum ſubuentio, vel conſolatio: Vrgens neceſſitas, ſcilicet ad recuperandam ſanitatem, vitandam ho-

Digitized by Google

hoſtium incurſionem, peſtem. *Conſt.c.8.ſtat.62. per totum*.

2 Quod in Conuentu autem aer ſit inſalubris, non valet, licet Guardianus ſibi Vicarium conſtitueret, quia ſciens, & volens eius curam ſuſcepit, vnde vel reſidere, vel renunciare tenetur, peſtis etiam, aut intemperies communis Prælato, & ſubditis, eum Prælatum non excuſat, quia in caſu communi ei cura ouium incumbit, ſub peccato mortali. Circa inimicitias verò, ſi cauſam ipſe dederit, ſiue ſint cum fratribus, ſiue cum ſæcularibus, non eſt à reſidentia diſpenſandus, ſed ab officio amouendus, ſi ſit patiens, & hoc à ſubdito, ſubditus eſt amouendus, & caſtigandus. Si autem cum Epiſcopo, vel Domino loci, vel communitate patiatur, niſi deduci in exemplum poſſe timeatur, tunc eſt cum alio Guardiano commutandus. Debita obedientia etiam eſt cauſa ſufficiens, v.g. cum Generalis, vel Prouincialis,vel Papæ Legatus iuſtum debitum obſequium boni publici, vel particularis, viſitationis Prouinciæ, & huiuſmodi imperaret. Etiam Reipublicæ vtilitas, vt Capitulorum celebratio, iurium Prouinciæ, aut Conuentuum defenſio, reformationis promotio, & huiuſmodi. *ibidem*.

3 Diſpenſari etiam poteſt à reſidentia pro relaxando animo, religiosè tamen, ſcilicet per

Digitized by Google

duos, aut tres menſes, dummodò id non fiat in diebus magnarum feſtiuitatum, & ieiuniorum. Peregrinatio autem, etiam voto ſancita non ſufficit, quia voluntariæ, deuotiones obligationi cedere debent. *ibid. concl.* 4.

4 Diſpenſatio verò, ſi eſt Guardianus, debet haberi à Prouinciali, ſi Prouincialis, à Generali, ſine qua omninò (ſub pœna apoſtaſiæ in Guardiano) non debet à reſidentia diſcedere, niſi in vrgentiſſimo, & repentino caſu, de conſenſu diſcretorum. *ibid. concl.*4.

Pœnæ non reſidentium ſunt præter pœnas à iure præſcriptas, & peccatum mortale, etiam ſuſpenſio, vel priuatio officij, quod Superioris iudicio remittitur. *ibid. concl.* 7.

RESPONDERE Prælato in culpa. Vide *Caſus num.* 14. *infamare*.

RESTITVTIO famæ. Vide *Infamare Detractio*.

RETINERE.

Aliquem vi, vt non poſſit abire quo vult, eſt eum carcerare, vnde talis retinens incurrit Canonem *ſi quis ſuadente diab.* etiam ſi ad eius ſecretum peccatum tollendum fiat, & contra eum eſſe teſtis non poteſt, & punitur tanquam vſurpator alienæ iuriſdictionis, v. g. ſi ſubditi ſcirent Superiorem in cubiculo retinere mulierem in cella occultam, & ſubditi irruerent ad

cel-

Digitized by Google

cellam, ac mulierem expellerent, & vellent Superiorem in vincula coniicere, & Prouinciali puniendum tradere, nulli dubium eſt, quod crimen læſæ maieſtatis committerent, hoc enim nec Superiori locali, contra ſubditos conceditur; vnde tales vt conſpiratores ſunt puniendi. Superior verò in tali caſu, nec poteſt reus conſtitui, & confeſſio extorta ex tela talis iudicij nulla eſt, nullumque parit effectum in ordine ad punitionem, niſi aliundè legitimè de eo conſtet, quam per talem ſubditorum accuſationem, quæ potius vt calumnia, vel conſpiratio eſt declaranda. Solum enim poterunt delictum iuſtificare, & contra eum legitimè agere apud Prouincialem. *Pœn.c.8.q.8.*

REVELARE.

1 Reuelans confeſſionem Sacramentalem duplicem committit malitiam, ſcilicet Sacrilegij contra Sacramentum Pœnitentiæ, quia ipſum reddit odioſum; & iniuſtitiæ, quia frangit pactum virtuale, quod eſt inter Eccleſiam, & Sacramentaliter confitentes de ſecreto ſeruando, ſed non tenetur ipſe hanc duplicem malitiam confiteri, ſufficit enim, quod dicat, ſe reuelaſſe confeſſionem, tenetur tam ad reſtitutionem famæ ipſius, cuius peccatum reuelauit. *Pœn. cap. 23. quæſt. 2.*

2 Indicia contra reuelantem elici debent

ex his quæ cadunt ſub ſigillo, vt ſunt peccata mortalia,tam pœnitentis quam ſociorum complicum. Secundo venialia in particulari. Tertio peccatorum circumſtantiæ, quæ ad peccata reducuntur. Quarto defectus naturales odioſi. Quinto confeſſio extraordinaria ſecreta, quam pœnitens nollet ſciri; hæc autem non tantum reuelantur dicendo, ſe audiſſe hæc, & illa in confeſſione Titij, ſed ſi quis multis viris v. g. auditis in confeſſione, diceret deinde Titium eſſe caſtum, tunc infertur ſe caſtitatem negare in alijs. Secundo, ſi quis egrediens conſulat doctiorem de aliquo caſu, & deinde immediatè ſe conferat ad abſoluendum Titium. Tertio, ſi poſt confeſſionem fugiat Titij conſortium, quod ante frequentabat. Quarto, ſi cum ipſo pœnitente ſine eius licentia extra confeſſionem de ipſius peccatis in confeſſione auditis colloquatur. Quinto, ſi dicat etiam in genere: Grauem Titio impoſui pœnitentiam, aut Titium nolui abſoluere: Titius ſuis minutiſſimis culpis mihi caput frangit. Sexto, ſi dicat, ſe ſcire in confeſſione, quod in tali Conuentu, vel Communitate grauia peccata committuntur. Quæ omnia iudicia ſigilli confeſſionis violationem, quomodocunque vel dicto, vel ſcripto, vel nutu manifeſtentur, dummodo in aliorum notitiam producantur. *ibid. q. 2. reſp. 2.*

Cla-

Digitized by Google

3 Clara probatio fractionis ſigilli conſtare poteſt ex confeſſione fractoris, vel per plures teſtes conteſtes, nullo modo per teſtes ſingulares, quia non faciunt plenam probationem, maximè in Religione noſtra, vbi dicitur de legitimè conuicto ad ſummum per teſtes ſingulares, conuictus Confeſſarius poteſt puniri pœna arbitraria, non tamen ſi Confeſſarius ſit probus, non loquax, aut garrulus, quia repugnantibus coniecturis contra particularium atteſtationes, eſt pro Confeſſario bonæ opinionis præſumendum. Si verò Confeſſarius ſe velit tueri dicendo, ſe habuiſſe licentiam reuelandi à pœnitente, & pœnitens neget, Confeſſarius licentiam debet probare, quod in contrarium venit; ſi Confeſſarius à tertio accuſetur de reuelatione, accuſantis enim intereſt probare Confeſſarium ſine licentia reuelaſſe, & vlterius, quod Confeſſarius talis pœnitentis confeſſionem audiuerit, & peccatum reuelatum non aliunde ſciuerit: his enim non probatis Confeſſarium conuincere non poteſt. *ibidem reſp.* 4.

4 Peccatum tamen poteſt aliquando reuelari, vt incendium Ciuitatis, proditio Reipublicæ, occiſio Principis, diſſeminatio hæreſis, & ſimilia, quia peccatum committendum, de quo pœnitens non dolet, & abſtinere non proponit, non dirigitur in pœnitentiam.

Pœ-

Digitized by Google

Pœnitens verò omninò non eſt reuelandus. *ibid. reſp. 4. diffic. 2.*

5 Pœnæ reuelantium non afficiunt, niſi Sacerdotem confeſſionem excipientem, & nullo modo alios, ad quos confeſſionis notitia peruenerit (ſaltem in vim ſtatuti) v. g. qui peccatorum cedulam reperiſſet, interpres in confeſſione adhibitus, fictus Sacerdos, qui uulliter confeſſionem audiat, aut verus Sacerdos, qui ſacramentaliter audiendi, & abſoluendi, voluntatem non habeat, quia pœnæ contra perſonam veram inflictæ, cum ſint ſtricti iuris ad perſonam fictam, & repreſentatam extendi non debent, ſed tales pœna arbitraria ſunt puniendi, quia ſecretum naturale, & Diuinum violantes, impunè non debent abire. *ibidem diffic. 1.*

6 Contra reuelantes confeſſionem ſacramentalem adeſt hoc ſtatutum, *ſcilicet actibus legitimis deſtituimus, ab audiendis confeſſionibus perpetuò ſuſpendimus, atque carceribus mancipandum Prouincialis arbitrio decernimus; Sin legitimè conuictus non fuerit, ſed tantum ſufficienter indiciatus, grauiter arctetur ad arbitrium Superioris. Pœn. cap. 23. in principio.*

7 In iure autem canonico depoſitio, & peregrinatio perpetua contra tales mandabatur; ſed poſtea in Sacerdotij honorem depoſitio, & loco peregrinationis arctatio in Monaſterio

fuit

Digitized by Google

fuit inflicta. Quæ depoſitio non intelligitur de depoſitione actuali, poſtquam depoſitus traditur brachio ſæculari, ſed de verbali, per quam beneficio, & officio, & ordinum exercitio priuatur; itaut ſolius Canonis, & fori priuilegium depoſito reuelanti remaneat, arctatio enim carceratio eſt, carceratus autem nullos ordines poteſt exercere. *ibidem q. 3.*

8 Sed cum ſtatutum iſtam totalem, & perpetuam depoſitionem in ſolam priuationem actuum legitimorum, & perpetuam ſuſpenſionem à confeſſionibus audiendis commutauerit, & etiam perpetuam arctationem in Monaſterio, in carcerationem arbitrariam, cum de Principis arbitrio (ſunt enim ſtatuta à Pontifice approbata) ſic immutauerit, pœnis ſtatutarijs puniendus eſt Religioſus. *ibidem.*

9 Perpetuam verò ſuſpenſionem ab audiendis confeſſionibus Generalis remittere non poteſt, immò neque Capitulum; & ſi remittit, nulliter facit, quia iſta perpetuitas non à ſtatuto, ſed à lege infligitur. *ibidem reſp. 3.* Nec tollere poteſt Generalis iuris infamiam, quæ reuelanti poſt ſententiam conſurgit immediatè ex enormitate delicti, quæ enormitas per actationem, vel per triremes importatur. *Pœn. cap. 23. reſp. 4.*

10 Sic reuelantem confeſſionem punire ad Religionem pertinet, non ad Sanctæ Inquiſitio-

tionis Officium; nullum enim ad hoc extat decretum, aut Apoſtolica Conſtitutio, immò in iure diſpoſitioni Superioris ordinarij relinquitur. Excipe, niſi eſſet error in intellectu, v. g. ſi diceret, id licitè fieri, vel ſi frequenter hoc faceret, cenſeretur enim tunc agere ex malitia, & ſpernere ordinationem Eccleſiæ. *Pæn. cap. 23. quæſt.* 1.

Reuelare ſecreta extra Religionem &c. Vide *Caſus num.* 3. 4.

Reuelare accuſantium nomina, eſt caſus reſeruatus. Vide *Caſus num. 6.*

Reuelare ex obligatione vel non in iudicio, vel extra, iuſtè, vel iniuſtè fratris particularis defectus. Vide *Accuſare. Calumnia. Denunciare. Infamia. Iniuria. Carcer num.* 22.

11 Reuelans vnde Diffinitorij diſſenſio oritur, graui pœna in allegato ſtatuto punitur, quia talis reuelatio ſummum Reipublicæ bonum euertit. In Diffinitorio enim ſumma negotia pertractantur, ſcilicet electiones, punitiones. Cum igitur agatur de rebus, quæ poſſunt bilem mouere, & iras in aliquibus accendere, quod ſcilicet Prælatura non fuerit collata vni ob meritorium defectum, adempta alteri ob demerita, nulli dubium eſt, quod Diffinitorium euaderet ſeminarium inimicitiarum; hinc infertur, quod Patres zelantes nequeunt liberè loqui, timentes ſibi malas volunta-

Digitized by Google

ſuntates creari, ex quorum taciturnitate Religionis negotia labuntur. Diffinitores tamen, quia nec coacti officium ſuſceperunt, nec de amiſſione vitæ, vel famæ, vel bonorum verè timetur, tenentur ſimpliciter, non obſtante quacunque minata inimicitia, bonum publicum præferre, quia honorem cum onere ſuſceperunt. *Pœnal. cap.* 24. *quæſt.* 2. Vide *Caſus num.* 3. 4.

REVS.

1 Dicitur ille, contra quem indicia, probationeſque laborant, nec antequam ad iudicium vocetur per citationem: Immò non eſt conſtituendus, niſi in informatione conſtet, delictum eſſe ſemiplenè probatum, vel adeſſe æquipollentia indicia. Iudex aliter faciens, peccat mortaliter, actibus legitimis perpetuò priuatur, & alijs pœnis ſubijcitur. *Pæn. c.* 1: *quæſt.* 3. *verſ. Reſpondeo quinto.*

2 Audiendus eſt in ſuis defenſionibus antequam torqueatur, ſecus poſſet quis torqueri de delicto, quod nunquam cogitauit, quod eſt ſummè iniquum, & Deo odibile, immò Iudices ſic procedentes, potius canes, quam homines nuncupari merentur. *Pęn. c.* 5. *q.* 4.

Reus compares per Procuratorem. Vide *Iudex Proceſſus.*

3 Reum ſine cauſa legitima, & legitimè

in

in actis probata tormentis ſubijciens, excommunicatur in Canone *Si quis. Penal. cap. 5. quæſt.* 4. Confeſſio verò in tormentis facta, eſt nulla, niſi die ſequenti à reo poſito extra vincula, & timores ratificetur, vt non ex dolore, aut metu, aut violentia ea ratificaſſe videatur *ibidem quæſt.* 10. Vide *Tortura*.

4 Quod ſi proportionata culpæ tormenta omninò inconfeſſus ſuſtineat, eſt abſoluendus, licet delictum fuiſſet plenè probatum, vel ſaltem non poſſet in pœna ordinaria condemnari, quia ſuſtinuiſſe in tormentis, vim habet, ac ſi veritatem faſſus fuiſſet. Si autem reus ſic conuictus interrogaretur de ſocijs, vel ſuper aliquo articulo confeſſionis, debet apponi clauſula, & proteſtatio, *Sine praiudicio confeſſi, vel conuicti criminis, vel latæ condemnationis. ibidem quæſt.* 5. Si tamen poſtmodum noua indicia ſuperueniant, poterit in horum vim iterum contra eum, licet prius abſolutum procedi, non obſtante abſolutoria ſententia. *ibidem quæſt.* 9.

RIXA.

Eſt duorum vt plurimum vi contentio, quæ ex improuiſo procedit, non data opera. Dicitur autem author rixæ, qui illicitum attentauit, vnde rixa oriri potuit, quod ſi author rixæ ſciri non valeat, vterque puniendus eſt pœna ordina-

dinaria, quia non eſt maior ratio de vno, quam de altero, expedit autem, vt delicta non remaneant impunita. *Pœn. cap.13. q.3. verſ. Inſtabis quarto.*

ROGAMINA

Superiorum mandata ſunt, & inducunt iuſtum timorem. *Pœn. cap. 15. quæſt. 8. verſ. Reſpondeo poteſt dari.*

ROTA

Seu Turneus Monaſterij, ex ligno nucleo, aut ſolidiori fiat, cuius feneſtrella cubitum vnum altitudine, latitudine verò vncias ſexdecim non excedat, intus, & foris ſeris, & clauibus occludatur. *Conſtit. cap. 11. ſtat. 7. concl. 5. quæſt. 2.*

SACERDOS

Proprius quis dicatur. Vide *Confeſſio n. 5.* Sacerdos, quia militiæ Diuinæ cingulo con decoratur, mitius eſt torquendus, quam laici. *Pœn. cap. 5. quæſt. 3.*

SACRILEGIVM

1 Eſt irreuerentia contra rem ſacram Deo per publicum ritum, & inſtitutionem conſecratam, v.g. contra perſonas, res, & loca Deo deputata, ſic mollities &c. Religioſi eſt ſacri-

ſacrilegium, & duplici nota incurritur, ſi cum alio Religioſo, vel in loco ſacro committatur. *Pen. cap. 8. quæſt. 9.*

2 Sacrilegij attentatio remota, vt eſt conditio ad peccandum, acceſſus ad locum, non inducunt pœnam ordinariam contra ſacrilegos, benè autem attentatio proxima, vt eſſet cubare in eodem loco ad amplexus, oſcula, & tactus ruere, & ad vlteriores, ac viciniores impudicitiæ actus progredi, quia hæc ad completam libidinem tractant, & in rem Deo dicatam vera violatio, & irreuerentia irrogatur. *ibidem verſ. Sed dices*. Vide *Fornicatio*.

A Sancto Officio pœnitentiatus. Vide *Pęnitentiatus*. *Abiuratio*.

SATISFACTIO famæ. Vide *Fama*. Satiſfactio condigna. Vide *Conſpirator*.

SANDALIA

Aperta poſſunt deferre Reformati, quia contraria Conſtitutio Vrbani VIII. per non vſum, eſt pęnitus ſublata, vltra quod fuit ab ipſo ob cauſas ſibi expoſitas reuocata. *Conſtit. cap. 2. ſtat. 72. dub.* 8. Idem dic de Calepodijs reaſſumendis, ſoleiſque dimittendis: Sandalia enim à Chriſto, & ab Apoſtolis fuere geſtata, maximè in locis petroſis, & ſpinoſis, & in frigore, & in æſtu. *Conſtit. cap.* 2. *ſtatut.* 68.

SAN-

Digitized by Google

SANCTIO

Eſt illa legum pars, in qua contra legis tranſgreſſores pœnæ decernuntur. *Conſt. c. 1. ſtat. 1. §. 7.*

SCANDALVM

Aliud actiuum, aliud paſſiuum. Actiuum eſt, quod ex intentione operantis, vel ex natura ſua eſt inductiuum alicuius in ruinam. Paſſiuum verò eſt, quod indebitè oritur ex actione licita, & neceſſaria, & hoc vltimum curare non debemus, quia nullus tenetur dimittere ſibi licitum, vt v. g. non teneor non equitare, cum ex vera neceſſitate debeam equitare. *Pegn. c. 4. q. 2. verſ. Reſpondeo ſtatutum.* Actiuum verò eſt punibile, etiam ſi non ſit, qui actu ſcandalum patiatur, quia actio de ſe fuit inductiua, ſed delinquenti incumbit probare, quod nemo ſcandalum paſſus ſit. Ad ſcandaloſam verò oblocutionem in populo ad hoc, vt ſit punibilis, non ſufficit numerus denarius, ſed ille numerus ſufficit, qui publicum, & notorium facti conficeret; nomine autem populi omne genus perſonarum in eo contentarum, etiam infideles veniunt. *Conſt. c. 1. ſtat. 3. §. 3.*

SCHEDVLAE

Electionum debent ſtatim publicata electio-

Digitized by Google

ne comburi coram Vocalibus, ad hoc, vt ſecreta non publicentur. *Conſt. cap.8. ſtat. 16.*

SCHISMA.

1 Eſt alienatio ab Eccleſia, ideò ſummè edibilis, quia per diuiſionem ad totius deſtructionem tendit. Eſt autem Schiſma ſine hæreſi, quando quis per odium ſpeciale, Papæ non vt Papa eſt, ſed vt talis homo, vel Princeps obedire detrectat. Vel quando contenderetur de Papatu inter multos, qui confiterentur quidem vnitatem Eccleſiæ ab vno Chriſti Vicario pendere; attamen quilibet teneret hunc, & non illum eſſe legitimum Papam; tunc enim eſt ſchiſma ſine hæreſi: Schiſmaticus autem, & hæreticus ſimul eſſet, qui in diuidendo ſe à Capite, & corpore Eccleſiæ, teneret ſe benè agere, & malè ſentiret de vnitate Eccleſiæ, ac eius capite, eo quia tunc peccaret in Symboli articulum *Credo in Spiritum Sanctum, & vnam Sanctam Catholicam Eccleſiam*, quia diuidendo hoc corpus, diuideretur Spiritus Sanctus informans. *Pen. cap. 17. quæſt. 1.* qui quidem Schiſmatici in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur. *ibidem*.

2 Schiſma in Religione eſt procurare Ordinis diuiſionem, quod ſic punitur per *ſtatut. cap. 7. §. 5. num. 55. Ordinis diuiſionem quoquo modo procurans, excommunicationis ſententiam*

Gene-

Digitized by Google

Generali reſeruatam, ipſo facto incurrat, & ſi legitimè ſit conuictus, carceri mancipetur eiuſdem Generalis arbitrio. Quas pœnas, ac inſuper priuationem actuum legitimorum incurrat, qui eiuſdem Ordinis, vel Prouinciæ nouitatem, diuiſionem, vnionem, ordinationem, vel fratrum amotionem, aut non amotionem per Prælatos, Principes, Reges, Communitates, vel alios quoſcunque extra Ordinem ſuaſerit, vel procurauerit. *ibidem in principio*. Vide *Procurare*. *Reformare*.

SCIENTIA

Æquiparatur, immò præfertur nobilitati, quia non ſibi ſoli, ſed toti Eccleſiæ prodeſt. *Penal. cap. 2. 9.* Non enim paupertati, humilitati, & perfectioni nocet, ſed opitulatur (immò ignorantia in via Dei maximè nocet) niſi ad ventum, & ſuperbiam, non ad charitatem, & Dei gloriam ordinetur, & à ſcientia vita irregulata diſcordet, tunc enim mala eſt, aliàs maxime vtilis. Vnde S. Antonius de Pauio, lumen Religionis ſingulare, primus in Religione, de mandato S.P.N. Franciſci Theologiam docuit; & Martinus Papa V. in *cap.* 10. *Reg. Minorum*, *Strictiſſimè*, inquit, *exhortantes in viſceribus Ieſu Chriſti fratres omnes, vt vbicunque viderint idoneos ad ſtudia promouendos, totis viribus auxilium eis impendant, cum*

Digitized by Google

ſcientia donum ſit Dei, armatura ad defendendam Sanctam Fidem Catholicam, corona Ordinis, lumen veritatis, & via in tenebris ambulantium. Conſt. cap. 5. ſtat. 5. verſ. Reſpondeo omnia. Vide *Mundus*.

SCRIPTVRA

Sine ſubſcriptione, falſa reputatur. *Conſt. cap.* 10. *ſtat.* 5. Scriptura atteſtans ſolutionem, quomodo fieri debet. Vide *Proprietas*.

SECRETARIVS

Miniſtri Generalis ex familia Ciſmontana habet votum in Comitijs Generalibus, tanquam Cuſtos Terræ Sanctæ. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 9. Si autem adeſſet ibi Guardianus Hieruſalem, tunc Secretarius non habet votum, quia Secretarius eſt tanquam Subſidiarius, ne votum illud deſit Capitulo, poſſet prædictus Guardianus de iure ſubſtituere alium pro voto ferendo, ſicut alij Prælati, tamen de facto Religio non permittit. *ibidem*.

Secretarius Generalis, quo ad eius relationem &c. Vide *Pater*.

Secretum reuelare. Vide *Reuelare*.

Sæculares in Dormitorium, officinas, Refectorium non admittendi. Vide *Refectorium*.

Sæculares venientes ad recipiendum habitũ Religionis, & eorum abſolutio. Vide *Abſoluere. diſpenſare*.

SE-

Digitized by Google

SEDITIO.

Eſt quietis publicæ perturbatio, dicitur autem ſeditio, eo quia multi diſſentiunt, Sedizioſo enim nihil peius, & in ſæculo capite plectitur, ſi tractatus præceſſit, malus enim animus turbandi Rempublicam oſtendit. *Pęnal. cap. 16. quæſt. 2. in fine.*

Seminarium Iuuenum Profeſſorum. Vide *Iuuenes*.

Semiplena probatio eſt, quæ inſurgit per vnicum teſtem integrum, aut ſi non ſit integer, eſt tamen de viſu, & ſama, vel leui alio indicio iuuatur, vel per indicium graue plenè probatum. *Conſt. c. 11. ſtat.* 4. Verſ. *Vbi autem*.

SENATORES. SENES.

Non ab ætate, ſed à prudentia, & ſolicitudine in conſilijs, & ſententijs dicebantur, Senatores tamen ob experientiam, vt plurimum optima conſilia dare ſolent, vnde ſenes ſummè ſunt honorandi, ſenior tamen dicendus eſt, non qui multum viuit, ſed qui multum ſapit. *Conſtit. cap. 2. ſtat. 36.*

Senes an recipiendi ſint ad Religionem. Vide *Nouitius*.

SENTENTIA.

Omninò requiritur in omni punitione cri-

Digitized by Google

minali, etiam in notorijs, & infragranti crimine comprehenſis, ergo multo magis in probatis per teſtes, & per indicia, & in ſcriptis eſt redigenda, etiam ſententia ſuſpenſionis, licet ſit tantum interlocutoria, non finalis, & ex proceſſu omninò dependere debet, quod ſi ex deductis iuſtificari non poſſit, omninò iniuſta eſt declaranda, & Iudex pœnis ſubijci contra malos Iudices fulminatis. *Pœn. cap.* 1. *quæſt.* 3. Verſ. *In quo*.

Sententia expulſionis. Vide *Incorrigibilis*.

SEPVLTVRA.

Eccleſiaſtica carent illi, qui in probata proprietate moriuntur. Decimas exigentes, & ſibi retinentes; morientes in duello, hæretici, eorumque defenſores, Vſurarij manifeſti, non confitentes, nec communicantes ſemel in anno. Incendiarij, ſe ipſos occidentes, Sanctimoniales non ſeruantes vitam regularem, defuncti in excommunicatione, & alij grauiſſimi peccatores, eo quia ſupponit Eccleſia, eos in peccato mortali mortuos eſſe, & ideo è Cœlo eiectos. Cuius declarationem, & pœnas in Eccleſia ſepellientibus inflictas. Vide *Proprietas*. *Pœn. c.* 7. *q.* 1.

Sepelliendi cum habitu Religionis. Vide *Habitus*.

Serui, ideſt captiui, ad Religionem non recipiendi. Vide *Nouitius*.

Si-

Sigillum Miniſtri Generales. Vide *Generalis*.

SILENTIVM.

Cum ſit mater virtutum Monachorum, immò ſapientiſſimarum cogitationum, in Choro, Sacriſtia, Eccleſia, Dormitorio, & in Refectorio, eſt perpetuo obſeruandum. *Conſtit: cap.* 3. *ſtat.* 10. Quando autem ſilentij fractura peccatum mortale inducat. Vide *Paruitas materia. Materia.*

SIMONIA.

Eſt deliberata voluntas pretio contractandi ſpirituale, vel ſpirituali annexum. Hinc ex imperfectione actus indeliberati poteſt dari peccatum veniale in ſimonia, etiam ob paruitatem materiæ, quia ſpiritualia etiam habent gradus entitatiuos, licet non quantitatiuos, & ſic licet omnis res ſpiritualis ſit talis ſimpliciter, ideo inuendibilis, & ſi vendatur, inbibat totam ſimoniæ deformitatem, quia iniuria Deo infertur, tamen extenuata re ſpirituali, extenuatur deformitas prauæ venditionis, ſicut extenuatur affectus ad eam, quis enim plus dabit pro inſigni Reliquia, v. g. pro capite, quàm pro minima parte Reliquiæ, ſicut & ab ipſa Eccleſia magis honoratur Reliquia inſignis, quod idem in re purè ſpirituali venit

dicendum. Sub verbo *contractandi* venit emptio, venditio, pactio, & quiuis alius contractus innominatus negotiandi. *In ly pretio* formalitas ſimoniæ conſiſtit, vt ſcilicet pretium formaliter accipiatur, vel detur, non ob liberalitatem, gratitudinem, laborem, amicitiam, ſed formaliter pro pretio rei ſpiritualis, quod à Simone originem habuit (vnde ſimonia dicta eſt) qui voluit ab Apoſtolis authoritatem emere donandi Spiritum Sanctum. *Per ly ſpirituale, vel ſpirituali annexum* comprehenditur omne ſpirituale, ſiue ſit tale per eſſentiam, vt gratia, & virtutes ſupernaturales, ſiue ſit tale cauſaliter, vt Sacramenta, ſiue effectualiter, vt effectus Sacramentorum, & actuum ſupernaturalium, ſiue ſit naturale, ſed ad Deum, & Dei cultum ordinatum, vt vaſa, Templa, ornamenta ſacra, Sacramentalia, labor in miniſtrandis Sacramentis, & officijs diuinis, beneficium Eccleſiaſticum, Iuſpatronatus, penſiones & huiuſmodi, quæ omnia, vel antecedenter, vel concomitanter, vel conſequenter ſpiritualibus ſunt annexa. *Pœnal. cap. 15. quæſt.* 1:

2 Hinc intellectus actus quicunque ſint, ſiue practici, ſiue ſpeculatiui, ſi ſiſtant in naturali, & non ordinentur ad ſpiritualia, non poſſunt eſſe materia ſimoniæ, & ſic tam pro eis faciendis, quam pro omittendis, vt ſi venditur

tur

Digitized by Google

tur doctrina, etiam Theologica, vel veritas, vt veritas eſt, vel licentia docendi, vel conſiſilium, docere in feſto, ſiſtendo in naturali non poteſt eſſe ſimonia. *ibidem* Verſ. *Actus*.

3 Ex quo infero, quod ſine ſimonia poteſt commutari etiam ex pacto ſpitituale pro ſpirituali, vt Reliquia pro Reliquia, Miſſa, pro Miſſa, vt v. g. ſi auſcultes meam confeſſionem; auſcultabo tuam: Temporale etiam pro ſpirituali poteſt accipi, non tantum liberaliter datum, ſed etiam ex pacto, dummodò non accipiatur pro pretio formaliter, ſed titulo eleæmoſynæ ad ſuſtentationem, vt à celebrante, vel concionante, etiam à Parocho, longum iter indebitum, & inſolitum pro miniſtrando Sacramento peragente, non tamen ſi talis itineratio ſit curæ annexa ſimpliciter: Poteſt & aliquid accipi in punitionem à pœnitente, non in pretium, vt in abſolutione excommunicationis &c. commutatione voti, & redemptione iuramenti. Poteſt & quis ſeruire Epiſcopo, ſperans ex Epiſcopi gratitudine, & liberalitate beneficium, dummodò ſeruitus non ſit vt pretium pro beneficio applicata. Poſſum etiam ſine ſimonia dare temporale pro redimendo iniuſta vexatione ad capiendam poſſeſſionem beneficij iam collati. Item ad redimendam Eccleſiam iuriſpatronatus, & Euchariſtiam, & reliquiam de manu Tyranni, vel

Paga-

Digitized by Google

Pagani. Item ne præſentetur à Patrono Hæreticus, Schyſmaticus, & quouis modo indignus, & hoc maximè in electione Pontificis, dummodò non determinetur præſentatio ad vnum. Poſſum & ſine ſimonia dare temporale exhibenti ſpirituale, hac ſub mera intentione, vt ipſe ex mera gratitudine mihi ſpirituale ſit collaturus, & ipſe poteſt tuto ſpirituale ex gratitudine recipere; tamen practicè eſt difficile in his formalitatibus ſub præciſa doni ratione conſiſtere, & in foro fori crederetur eſſe ſimonia. *Pæn. c. 15. q. 1.*

4 Sic poteſt Epiſcopus ſeruo conferre beneficium, vt ſe gratitudinis obligatione exoneret, & quod recipiens beneficium teneatur illud renunciare, dummodò non importet nouam obligationem vltra illam, qua tenebatur ante collationem beneficij. Quæ doctrina ſeruanda eſt in mutuo, vt firmat proteſtationem remunerationis non imponatur mutuario obligatio noua, quæ ſi tacitè, vel expreſsè quoquo modo imponeretur, & ſimonia, & vſura committeretur. *ibidem.*

5 Licitum eſt dare munera filio, vel promittere, vt Sacramenta frequenter; alimenta iuueni, vt fiat Clericus; dotem Puellæ, vt fiat Monialis; munera hebręo, vt baptizetur; Vitam hæretico damnato, vt fiat Catholicus, hi enim contractus non ſunt reciproci, & oneroſi,

ſed

Digitized by Google

ſed ex gratia ſolius recipientis, vt ſunt ſub conditione non inducente obligationem ſimpliciter, ſed tantùm; ſi velit oblata recipere. *Ibidem*.

6 Licitum eſt etiam temporale ſtipendium ad ſuſtentationem Miniſtris Eccleſiæ, non enim datur pro opere, vt ordinato ad ſalutem animæ, ſed vt eſt ſeruitium, in gratiam alterius ſuſceptum; immò tale ſtipendium Iuri diuino conſonat, & poteſt quis pro eo paciſci, non tamen de nouo prætendere ipſum poteſt, ſi aliundè, vt ex Decimis &c. congruam habeat ab Eccleſia ſuſtentationem, aliàs eſſet ſimoniacus, in licito tamen exigendo exactiones odioſas, quæ ſimoniam ſapiunt, debet euitare, vt v. g. ſi Sacerdotes nollent celebrare, niſi eſſet pecunia numerata, niſi detur pignus &c. nec accipere ſtipendium, ſi habeant ab Eccleſia ſuſtentationem ex Decimis, quia tunc ex iuſtitia præſtare tenetur. *Ibidem*. verſ. *Miniſtri*.

7 Simonia eſt Sacrilegium, quia peccatum eſt contra Religionem, ita vt ponatur tanquam genus in diffinitione ſimoniaci, nam irreligiosè contractantur ſpiritualia, dum venditui ſubijciuntur, quæ ſunt inuendibilia. Hinc eſt in ſuo genere peccatum grauiſſimum. Quod prohibetur iure naturali, & diuino, & Eccleſiaſtico, quia natura dictat, non eſſe venden-

dendam rem inuendibilem, & cuius non habeo dominium; ſpiritualia verò inuendibilia ſunt, quia nec dominium habent in terra, nec pretio poſſunt æſtimari, & ſic contra ius naturale venduntur, & contra diuinum, vt habetur ſæpius in ſacro textu, & contra Eccleſiaſticum, vt habetur in *Titulis de ſimonia*, & cum à iure naturæ, & diuino vetatur, ſuper hæc iura Papa non habet authoritatem; poteſt tamen diſpenſare ſuper ſimoniam inductam ſolo iure Eccleſiaſtico. *ibidem quæſt.1. in fine.*

8 Simonia conſideratur vel ſecundum actus, vel ſecundùm obiectum, vel ſecundum pretium. Primo modo diuiditur ſimonia in realem, mentalem, & conuentionalem. Secundo modo diuiditur, quia alia eſt in ſpiritualibus ſimpliciter, alia in ſpiritualibus per analogiam, & ſic committitur in adminiſtratione Sacramentorum, alia in collatione Ordinum &c. Tertio modo diuiditur ad diuiſionem pretij, aliud enim eſt à manu, aliud à lingua, aliud obſequio. *ibidem quæſt.2. & reſp.6.* Verſ. *Diuidunt.*

9 Simonia mentalis eſt, quando pretium quidem voluntate intendimus; tamen ad actum exteriorem appretiandi non eximus, & hoc ſiue pretium principaliter, ſiue minus principaliter intendatur, nihil intereſt. Simonia realis eſt quæ mente concipitur, & actu exter-

no

no completur, vt das mihi pecuniam, & ego pro ea do tibi Ordinem, & ſic ex parte vtriuſque completur. Simonia conuentionalis eſt, quando paciſcitur de hac nundinatione, ſed ex vtraque parte non completur, vt ſi Epiſcopus dedit beneficium, beneficiatus tamen pecuniam promiſſam non præſtitit, ex quo deducitur, quod quis fictè promittit pecuniam pro beneficio, ſi obtento beneficio pecuniam non præſtet, neque conuentionalis ſimoniacus dici poterit, quia deficit actus voluntatis, ſine quo ſimonia conſiſtere nequit, fictio enim conſenſum excludit. *Pæn. cap. 15. quæſt. 2. reſp. 4.*

10 Vendens miniſtrationem Euchariſtiæ, vel ipſam Euchariſtiam ad magicos vſus, maximum omnium ſacrilegium, igne expiandum committit, vendens cætera Sacramenta, vt ſunt, quid conſtans ex materia, & forma, committit ſimoniam, quia diuina ſunt & ſpiritualia, & peccat contra charitatem, quia arcet fideles à Sacramentis frequentandis, & peccat contra iuſtitiam, ſi ſit miniſter ex officio. Vendere materiam proximam Sacramenti, per quam ſcilicet confertur Sacramentum, vt prolatio verborum in abſolutione &c. ſimonia eſt, quia ſunt actiones miniſterij ſupernaturalis, & poteſtatis diuinæ; venditur tamen ſine ſimonia materia remota, vt oleum &c. quia eſt res naturalis. Simonia eſt vendere matri-

matrimonium, vt Sacramentum, in eo enim gratia confertur, non tamen vt eſt contractus naturalis, ſic enim datur dos ſuppletur pretio inter ſponſos inæqualitas. Simonia eſt vendere Sacramentalia, benedictiones aquæ, ſalis &c. ipſas res, benedictas & res ſacras duplicatiuè, ideſt vt ſacræ, vel benedictæ ſunt, ſunt enim actus Ordinis, à poteſtate ſpirituali, & ordinantur ad finem ſupernaturalem: eorum verò materia, vt calix, oleum &c. licitè venduntur, vt res naturales, dummodò ratione conſecrationis pretium non augeatur. Vendere verò Eccleſiam, aut ſepulturam, habito reſpectu ad benedictionem, nullo modo licet, non quidem ex rei natura, ſed ex ſpeciali Eccleſiæ prohibitione. *ibidem reſp.* 5.

11 Simonia eſt locare, vendere, exponere ad quæſtum Reliquias, nec in eis eſt Sacrum à non ſacro diſtinguere; Reliquiaria verò, ratione ſolius materiæ licitè venduntur. Vendere vſus ſacratum veſtium, quæ vſu conſumuntur, vt planetæ, albæ &c. non eſt ſimoniacum, ſecus calicis, quia non ita conſumitur. Sacriſta autem, qui exigeret aliquid pro præſtatione veſtium prætioſarum, vel melioris calicis, niſi illorum vſus eſſet conſumptiuus, ſimoniam committeret. Simonia eſt vendere actus Ordinum, quia ſunt à poteſtate ſpirituali. Simonia eſt vendere Proceſſiones; publica, etiam priuata

uata

nata officia, ſuffragia, & pro viuis, & pro mortuis, recitationes horarum &c. exequias mortuorum &c. licet enim hæc à laicis fieri poſſint; ſunt tamen ordinata ad diuinum cultum, ad ſignificandum, & operandum ſpiritualia, & vt debitè fiant fidem, & gratiam exigunt, ideo ſunt materia ſimoniæ. Excipe delationem cadaueris, depoſitionem in ſepulchro, ornamenta, & iuſta funeris, quia ſunt actiones merè humanæ, ideo licitè à Polynctoribus appretiantur. Simonia eſt vendere ingreſſum, & ſtatum in Religione, licet ad malum finem quis ingrediatur, quia ſtatus Religionis eſt ſupernaturalis, & diuinus: Pro ſuſtentatione tamen ingredientis, vt fit in Monialibus, & matrimonio aliquid licitè accipitur; vnde ſi monaſterium accepto non indigeat, iniuſtitiam, non ſimoniam committeret. Vendere Prædicationem Euangelij eſt ſimonia, quia eſt ſpiritualis, & ad ſalutem ordinata. Simonia eſt vendere actus ſpiritualis iuriſdictionis, vt abſolutionis, conceſſionis laborandi in feſto &c. ſunt enim ſpiritualia ad ſalutem ordinata. Similiter dic de actibus iuriſdictionis ſpiritualis exterioris, vt eſt facultas diſpenſandi, ſententiandi &c. excipe neceſſaria ad ſuſtentationem Epiſcopi, quando viſitat, & quæ dependent à Prælatis, quatenus ſunt Domini temporales; & in cauſis merè temporalibus, vt eſt

licen-

Digitized by Google

licentia docendi, ſtudenti, legitimare ad honores temporales, iudicia in materia ciuili. *Pœn. c. 15. q. 2. reſp. 5.*

12 Vendere laborem, qui neceſſariò eſt coniunctus cum adminiſtratione Sacramentorum, & rerum ſpiritualium, eſt ſimonia, non verò ſi ſit accidentaliter coniunctus, vt ſi Sacerdos deberet expectare duas horas vltra tempus, ambulare ad celebrandum vnam leucam pro abſolutione &c. *ibidem*. Vendere omiſſionem actus ſpiritualis, iuriſdictionis, vel Ordinis, vt ne abſoluat debite confeſſum humiliter petentem abſolutionem, eſt ſimonia, quia actus clauium eſt ligare, & ſoluere. Sic qui negat defenſiones ei, qui occidendus eſt, ſi tenetur ex officio, homicida eſt. Dare autem pecuniam, ne actus ſpiritualis iniuſtè fiat non eſt ſimonia, neque erit, ſi ſit actus iuriſdictionis, vel Ordinis, vt ne celebrent, ne ordinet, quia iſta omiſſio eſt exercitium libertatis, non poteſtatis. Hinc omiſſio actuum ſpiritualium eſt ſimonia, ſi ſumatur vt actus ſpiritualis poteſtatis, vel ſub reſpectu ſpirituali, ſecus minimè. *ibidem*.

13 Simonia eſt votum pro voto ad electionem paciſci, quia pactum emptio, & venditio prohibita intercedunt, licet ſpirituale pro ſpirituali conferatur. *Pœnal. cap. 15. quæſt. 8.* Sic etiam omnis redemptio, à vexatione iuſta.

Vide

Digitized by Google

Vide *Redimere* non enim animus, ſed meritum in electione attenditur, & omnes Electores debito modo opponere tenentur, ne indignus eligatus, *ibidem* Verſ. *Excipiunt*. Item ſimoniaca eſt electio per ſæculares diſpoſita, v.g. ſi impediantur electores, ne ad locum electionis accedant, aut malis artibus ad talem electionem arctentur. Vide *Electio num.* 23. Idem dic de Prouinciali, qui inueniens aliquem Guardianum delinquentem, & dicit ei: Poſſum te priuare, & non priuo, ſi promittis dare votum ad meam intentionem in Capitulo. *Pœn. cap.* 15. *reſp.* 9. *quæſt.* 9.

14 Simonia in beneficijs iure Diuino, & eccleſiaſtico prohibetur, quia licet ius percipiendi redditus ſit prætio æſtimabile, tamen ob officium ſpirituale percipiuntur. *ibidem reſp.* 6. Reſeruans ſibi partem fructuum in collatione beneficiorum ſimoniam committit; poteſt tamen Summus Pontifex ſubtrahere aliquam partem fructum, & applicare illam ad pium vſum, etiam proprium, quamuis ſit contra ius commune. *ibidem*. Penſio ſpiritualis nec emi, nec vendi, nec redimi poteſt, contrarium eſt de temporali, quia obligationem recitandi ſaltem Officium B. M. V. penſionario iniungit. Poteſt tamen redimi qui tenetur ſoluere penſionem, conueniendo cum penſionario de danda tanta ſumma pecuniarum

rum vnica vice ad vitam, debet tamen remanere in penſionario obligatio recitandi illud Officium, quia ſi hæc extingueretur, venderetur ſpirituale, tunc enim non vendit ſpirituale, ſed redimit obligationem ſoluendi. *Pœn.c.*15. *quæſt.* 2. *reſp.* 5.

15 Beneficia ſine licentia Papæ permutari non poſſunt abſque ſimonia. Item redditus pinguiores cum tenuiori. Vendere ius patronatus. Præſtimonia, Commendas Clericales, ſpirituales, ſiue perpetuæ, ſiue temporales, eſt ſimonia; ſecus de temporalibus, quia iſtæ dantur militibus, & laicis. Item Hoſpitalia authoritate Epiſcopi erecta, Rectorem habentia cum ſpirituali adminiſtratione, licet ſine titulo, & amouibilia. Paciſci verò de ſtipendio Miſſæ, dummodo non ſit pretium, non eſt ſimonia, vnde qui tenetur dare ſtipendium pro celebratione Miſſarum, non committit ſimoniam, ſi dat illud Sacerdoti. à quo pretium accipiat. *ibidem reſp.* 6.

16 Pretij verò nomine hic intelligitur, cum temporale pro ſpirituali datur cum actuali, vel virtuali intentione vnum pro alio commutandi, quæ intentio ex perſona dantis, qualitate recipientis, quantitate muneris, & occaſione largitionis eſt conſideranda, ſi aliunde non appareat. Sacriſtæ verò, Sindici, Economi, Diſpenſatores, Manſionarij, temporalia offi-

officia, & actus, non ſunt materia ſimoniæ, licet vendi prohibeantur. *ibidem reſp. 6.*

17 In omni verò materia ſimoniæ, vbi de ſolo iure eccleſiaſtico temporale ſpirituali coniunctum reperitur, poteſt Papa talem vnionem ſoluere, aut ſpirituale annihilare, vt ſunt fructus, penſiones, &c. vendere, alienare, &c. Sic venduntur Auditoratus Cameræ, & Clericatus, non vt ſpiritualem authoritatem, ſed vt emolumentum temporale important. Pecuniæ verò in diſpenſationibus Matrimonij, non in ordine ad Sacramentum, ſed in pœnam, vel ad terrorem aliorum, vel ad ſuſtentationem aliorum officialium recipiuntur. *ibidem reſp.* 5. Vide *Papa. Pretium.*

18 Confidentia beneficialis eſt certa ſpecies de re aliqua, quæ ita fuit, eſt, vel erit, vnde eſt licita, cum quis ordinatè confidit, ideſt in meritis, eſt illicita, cum quis ſine meritis, ſed ex pacto, conuentione, pretio, modo, vel conditione tacita, vel expreſſa, ſe recepturum fore beneficium confidit. Prohibetur verò non tantum confidentia recipiendi beneficium, ſed etiam reſignationem, fructus, penſionem quocunque titulo proferantur. Item prohibentur ſub grauiſſimis pœnis, quæ afficiunt ipſos etiam Epiſcopos, & Cardinales. *ibidem reſp.* 8. Non tamen ſi ex neutra parte ſit conſumata. Patronos, Collatores, & Præ-

ſentantes, ſed ſolos beneficium retinentes, aut ex beneficio penſionem, ingreſſum, acceſſum, & regreſſum recipientes. Fructus verò confidentiæ ad Cameram pertinent, non fructus ſimoniæ alterius; pœnæ verò contrà confidentiam excedunt cuiuſuis ſimoniæ alterius pœnas. *ibidem reſp. 8. in fine.*

19 Simoniaci reales (non mentales, vel conuentionales) in ordine, beneficio, vel ingreſſu Religionis, ſiue publici ſint, ſiue occulti, ſunt ipſo facto excommunicati, & abſolutio Papæ reſeruatur. Simoniacè ordinati, & ordinantes, & Capitulum ſimoniacè eligens, vel conferens beneficium, incurrunt ſuſpenſionem ab exercitio, & collatione ordinum ab Eccleſiaſtica adminiſtratione, & omni actu iuriſdictionis capitularis, non tamen ab officio, vel beneficio. Simoniacè obtinentes in beneficio, ſunt ipſo iure priuati, & inhabiles ad illa, & alia, ſaltem poſt criminis declarationem. *ibidem reſp. 9.*

20 Simoniacus tenetur ſpontè dimittere beneficium, reſtituere fructus perceptos, & ſua culpa perditos, & ante omnem ſententiam, & in conſcientia, ac etiam diſtributiones quotidianas, niſi labor impenſus illas mereatur. Deductis tamen ſemper expenſis, & melioramentis, & hoc etiam in ſimonia occulta, quia enim ſine titulo beneficium, & fructus poſſidet,

co-

eorum eſt latro, & hoc licet poſt peruentum beneficium, ſimoniam in ſui fauorem ab alio factam ſciuerit, ipſo inuito, à die enim ſcientiæ in malæ fidei poſſeſſorem tranſit. *ibidem*. Actus verò facti per ſimoniam ſi ſacri ſint, & interabiles, vt collatio beneficij &c. ſunt nulli, quia à iure irritantur, ſi verò non ſint iterabiles, vt collatio ordinum, ſunt validi, quia ſimonia illos non irritat. *ibidem*.

21 Simonia confidentialis priuat etiam beneficijs ante iam ritè obtentis, ſimiliter ſimonia ab Examinatoribus Synodalibus commiſſa, non autem reliquæ ſimoniæ ante ſententiam, quia lege non exprimuntur. Ante verò ſententiam poteſt ſimoniacus in conſcientia retinere beneficia obtenta ante ſimoniam ac fructus. *ibidem reſp. 9.*

22 Diſpenſare in ſimonia quoad culpam, ſi ſit de iure Diuino, ſolus Deus poteſt; ſi ſit de iure Eccleſiaſtico, poteſt Papa. Quoad pœnas, etiam Papa diſpenſat, quia ſunt ab Eccleſia inflictæ. Idem dic de Conuentu regulari ſimoniaco pro receptione ad Religionem cum ingreſſu, etiam ſimoniaco poſt ſententiam, & generaliter licet Epiſcopus per Tridentinum diſpenſare in occultis irregularitatibus valeat, excipitur tamen quæuis irregularitas ob ſimoniam. *ibidem reſp.* 11.

23 Scientes ſimoniacos, vel mediatores,

abſolui non poſſunt, niſi eos Papæ reuelauerit, quas pœnas non incurrunt ſimoniaci mentales, vel conuentionales, ſed reales. *Conſt. cap. 2. ſtat. 14. quæſt. 7.* Si verò Papa ſimoniaco cognito beneficium conferat, cenſetur cum illo diſpenſare, & qui cum Papa ſimoniam comitteret, pœnas non incurreret, peccaret tamen, & nulla eſſet collatio, ſi ſit contra ius Diuinum, aut naturale, quia contra hoc Papa non poteſt validare, vnde nec poteſt induci conſuetudo, poteſt tamen circa ſimoniam ex iure eccleſiaſtico. *Pœn. cap. 15. quæſt. 2. reſp. 11.*

24 Simonia eſt ſubornare Vocales, vt eligatur dignus, vel dignior, ſiue ille ſit vnus ex multis dignis, ſiue ſolus, quia fit pactum pro electione, & re ſpirituali, determinando perſonam; ſecus eſſet ſi ad dignum indeterminatè ferretur intentio, quia hoc eſt promouere ius commune, dignos eligi. Sic etiam beneuolentiam electorum procurare per pecuniam, non vt electores eligant, ſed vt animi eorum concilientur ad fauorem determinatæ perſonæ, non licet, quamuis eligant, vel non eligant, quia finis vltimus conciliationis eſt beneuolentiam emere, quod ſine ſimonia eſſe non poteſt. *ibidem quæſt. 8. reſp. 5.*

SVBORNATIO.

1 Eſt ſuaſio boni, vel mali ad bonum, vel malum finem; vnde bona ſubornatio eſt, v. g. inſtruc-

inſtruere teſtes ad fatendam veritatem, homines ad ſequendas virtutes, ſuadere eligi bonos, & reijcere malos. *Pœn. cap. 5. quæſt. 7.* Mala autem eſt, cum quis vel teſtem, vel delatorem ſubmittit, atque precibus, donis, & muneribus, obſecrationibus, & vituperationibus corrumpit, vel falſum dicat. *ibidem quæſt.* 3. Vnde pro eliminanda peſte ſimoniæ, vel subornationis, conditum fuit præſens ſtatutum, videlicet.

2 *Subornatores dicuntur, qui donis, & promiſſis, comminationibus, aut obſecrationibus importunis, laudibus, aut vituperationibus falſis aliquem inducere conantur, vt ſibi, vel alteri ſuffragium in electionibus ferat, aut non ferat. Quiue colligationes, aut inductiones fecerint. Qui in electionibus, vel ante per ſex menſes pro ſe, vel pro alio, per ſe, vel per alios ſubornauerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, Miniſtro, aut Commiſſario Generali reſeruatam; qui ſi in eadem damnatione fuerint, à ſolo Summo Pontifice abſolui poſſint. Inſuper actibus legitimis ipſo facto priuamus. Pœnal. cap. 15. quæſt. 3.*

3 *Obſecratio importuna*, hic vehementem precum violentiam aptam ad extorquendum ſuffragium pro ſe, aut pro alio ſignificat; vnde qui non importunè, ſed blandè tantum, & ciuiliter prædicta procuraret, in pœnas ſtatuta-

Digitized by Google

rias non incideret. *ibidem quæſt.* 4.

4 *Laudes & vituperationes* ſunt munus à lingua, dum tanquam pretium inſeruiunt ad obtinendas, vel impediendas dignitates, & officia, & de laudibus, ſi veræ ſint, & pro digno adhibentur, nulla eſt ſimonia, vel ſubornationis ſuſpicio, ſecus verò ſi falſæ ſint, & importunæ. *ibidem quæſt.* 5.

5 *Vituperationes* hic intelliguntur improperia, quæ timorem incutiunt ad faciendum, vel deſerendum aliquid, vt v. g. cum quis dicat alteri. Si tu non das mihi ſuffragium, publicabo te eſſe furem, fornicarium &c. Quæ minæ, & improperia non habent locum, niſi minitans fuerit malæ linguæ, & decoctæ conſcientiæ, ſolitus magis exequi, quam promittere. Dicuntur verò vituperationes falſæ, licet fundentur in veritate, ſed occulta, quia delictum occultum in ordine ad aliorum notitiam habetur, ac ſi non eſſet, immò magis timetur pro delicto occulto vero, quam pro falſo. *ibidem quæſt.* 3. Vide *Metus*. Mediatores etiam ſubornationum pœnas incurrunt, quia qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur. *ibidem quæſt.* 6. *in fine*.

6 Laudandus, non puniendus, qui in ordine ad piam, & iuſtam electionem, conſilia vocalibus daret, dummodò ad præfata media non perueniat; ſi tamen ex hoc conſilio moue-

retur

Digitized by Google

retur quis ad talem eligendum ob aliquid acceptum, vel promiſſum gratiarum, & honorum, ſimoniam committeret, quia hæc non conſiſtit tantum in modo ſubornandi, ſed multo magis in effectu. Et è contra, pœnas non incurreret, qui præfatis modis votum attentaret; ſed non obtineret, quia effectus, non conatus caſtigatur; pœna tamen extraordinaria eſt puniendus, cum hoc ſit graue peccatum,& nimis Religioni perniciosſum. Si verò aliquorum vota obtinuit præfatis medijs, ſed non electionem, quia maior electorum pars repugnauit, pœnas ſtatutarias incurrit, quia verè vota peruertit. *ibidem quæſt.* 7.

7 *Colligationes, & inductiones* hic intelliguntur, cum Vocalium aliquis, vel omnes adunantur, & artificio illiciuntur, & veluti ad factiones impelluntur, vt pro aliquo, vel contra aliquem electio concludatur, vt cum quis non zelo publici boni, ſed vt de electione diſponat, alias hortatur, vt ſecum permaneant, & mouet; ſic enim libertas electionis deſtruitur. Contra tales autem, & ſubornatores poteſt inſurgere non tantum Vocalis, ſed quilibet Religioſus; ſunt enim hæc crimina publica, & exceptuata, & quia ſecretò committuntur, non requirunt probationes luce meridiana clariores, quæ in criminalibus requiruntur, ſed leuiores, & ſufficiunt etiam coniecturæ, & ſigna,

dum-

dummodo ſint euidentia: Sufficiunt, & teſtes ſingulares, immò ſufficit probare, quod aliquem ad hanc colligationem tentauerit, licet non adduxerit; non enim hæc publicè, ſed nunc cum vno, nunc cum alio tractantur: Et ſi de tali colligatore in ſummario iudicio conſtiterit, poteſt eum Præſes è Capitulo expellere, & ſine ipſo ad electionem procedere, quia integer non eſt. *Pœn. cap.* 15. *quæſt.* 10.

8 Quod ſi de malitia ſuſpicietur, vt ſcilicet ab electione remoueatur, debet Præſes terminum præfigere, intra quem accuſatio comprobetur. Vnde ſtatuta decernunt, quod cauſæ criminales per menſem ante Capitulum terminentur, vt grauatorum fama releuetur, & ſic ad Capitulum accedant; vel deprimatur. & ſic excludantur. *ibidem verſ. Si quæras*. Vide *Accuſatio num.* 12. Nam ſubornatores huiuſmodi, dum in nouo Capitulo nouos ſuperiores creant, tyrannicè gubernant, quod peius eſt ſimonia. *ibidem verſ. Secundum*.

9 Ad incurrendas verò tales pœnas parum refert, vt ſubornatio, vel colligatio fiat ante, vel poſt ſex menſes; nam cum ſemper ſimonia, & ſubornatio ſemper ſit mala, & in præcepto negatiuo, obligat per conſequens ſemper, & ad ſemper. Allegatur tamen ſtatutum ſex menſium, quia vt plurimum in illo tempore Viſitatores mitti ſolent in Prouincias ad cele-

bran-

Digitized by Google

branda Capitula. *Pęn. cap. 15. quæſt. 10. verſ. Qua occaſione.*

10 Subornatores ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione reſeruata Generali, ſi fuerit electio ſuperiorum inferiorum, ſi verò electio fuerit Generalis, reſeruatur Papæ, & ligat ſine alia declaratione, quia eſt lata per Apoſtolicas Conſtitutiones. *ibidem q.* 12. Quæ pœnæ afficiunt etiam mediatores, complices, ſcientes, & non reuelantes. *ibidem q.* 11.

SINDICVS.

1 Apoſtolicus datus eſt nobis, vt nomine Sedis vitæ noſtræ ſubueniręt, & ſine eo Regulæ puritatem obſeruare minimè poſſemus: Nec Regulam vllo modo relaxat prout à Nicolao III. & Clemente V. conceditur, ſcilicet. Primò, quod nomine S. Sedis omnia Religioni oblata, donata, in teſtamento relicta (excepta pecunia) recipiat, & in licitum Fratrum vſum conuertat. Secundò, vt vendat, commutet, alienet inutilia; & pretium in Fratrum neceſſitates conuertat. Poteſt etiam licitè nomine S. Sedis, vt procurator Apoſtolicus repetere relicta Fratribus in iudicio, & ibidem pro cauſis, iuribus, & actionibus competentibus agere; hoc enim non vt malum eſſentialiter, ſed honeſtatis gratia pro bono nomine à Clemente V. Fratribus prohibetur, ergo non pro-

prohibetur Procuratori Apoſtolico, quinimmò ibi præcipitur, vt Iudices ſint pro Fratribus ſolliciti. *Conſt. cap. 4. ſtat. 4.*

2 Martiniana verò ſindici inſtitutio, *vt ſcilicet poſſit pecunias, & pecuniarias res vndecunque, & quomodocunque prouenientes nomine S. Sedis recipere, & in Fratrum neceſſitates, de mandato Superiorum expendere*, eſt paupertatis noſtræ relaxatiua, quia Nicol. III. & Clemen. V. decretalibus opponitur, ideo poſt tot repetita priuilegiorum relaxatiuorum renunciationem, quæ in ſingulis Capitulis Generalibus renouantur, ea nec in conſcientia vti poſſumus, immò ſuper talem renunciationem obligatam, per Breue ſuum fundauit Vrbanus Octauus vitam Reformatorum. *Conſtit. cap. 4. ſtat. 4.*

3 Si verò Sindicus in præfata exactione prohibita perſiſtat, monendus eſt à Fratribus, & tandem per Prouincialem ab officio amouendus, ne Religionis honorem deturpet. *Pœnal. cap. 4. quæſt. 4.* Similiter ſi computum reddere nolit, rogari ad hoc poteſt, non ciuiliter compelli, tandem debet amoueri. *Pœn. cap. 7. caſu 15: diffic. 1.*

SINE

Et particula, carentiam, priuationem, & negationem importans, valet autem illatio à nega-

Digitized by Google

negatione, & priuatione ad habitum, & affirmationem, v. g. ſi ſine licentia hoc non poſſum, ergo cum licentia potero. *Pœn. cap. 7. caſu 4. diffic. 1.*

SOCIVS.

Confeſſarij Monialium Socius, quantum fieri poteſt par Confeſſario aſſignetur, ideſt grauis, &c. ſine eo Confeſſarius in caſibus permiſſis clauſuram Monialium intrare non poſſit, immò ipſe alloqui Moniales, niſi in ſpectantibus ad ſuum officium, non poteſt nec Confeſſarius ipſe. *Conſt. cap. 11. ſtat. 7. q. 4.*

Sodomitæ. Vide *Nefandum ſcelus*.

Solemnitates in Proceſſibus. Vide *Proceſſus.*

Solemnitates pro Iubilatione. Vide *Lectores Iubilati*.

SOLICITANTES

Maſculos, vel fœminas in occaſione confeſſionis, à Sancto Officio puniendi ſunt, iuxta Decr. Pauli V. anno 1609. & Bullam incipien. *Dilecte fili anno 1608.* & Greg. XV. *Vniuerſi Dominici gregis*, & Pij V. *Cum ſicut*. Siue in actu confeſſionis, ſiue ante, ſiue poſt immediatè ſolicitent. *Pœn. c. 4. verſ. Circa 13. q. 1.*

SORTILEGIVM

Non omne damnatur, poteſt enim ad

Deum.

Digitized by Google

Deum, & Sanctos habere reſpectum, vt electio Matthiæ; ſed illud damnatur, quod ad dæmones, & occultas cauſas reſpectum habet. *Pœn. c.22.concl. 8. prope finem.*

Soror germana Abbatiſſæ. Vide *Abbatiſſa*.

STATIM

Eſt particula admittens interuallum, & temperamentum ſecundum ſubiectam materiam, vnde nec ad diem, nec ad menſem, ſed ad opportunam celeritatem determinatur. *Pœn.c.9. quæſt. 10. reſp. 2.*

STATVTA.

1 Condere, non tantum ad Generalem, ac eius Diffinitores, ſed etiam ad omnes Vocales, vel eorum maiorem partem ſpectat, cum tota Religio per Vocales, non per Diffinitores repreſentetur. *Pœn. cap. 18. quæſt. 4. prope fin. & Conſt. cap. 12. ſtat. 12. quæſt. 2.* Idem dic de ſtatutis Prouincialibus.

2 Ad hoc autem, vt ligent, non indigent confirmatione Apoſtolica, cum quælibet Religio, & Reſpublica vim legiſlatiuam habeat. *Pœn. ibidem.* At confirmata à Papa cum clauſula irritante, etiam ad requiſitionem ſtatuentis, illa ſtatuens renouare non poteſt. *Pœnal. cap. 6. quæſt. 12.*

3 Poteſt tamen abrogari à Capitulo Generali

Digitized by Google

nerali, ſi confirmatio facta fuerit ad petitionem Religionis, & confirmata in forma communi, non verò ſi condita fuerit de mandato Pontificis, quia tunc non vt ſtatuta Ordinis, ſed vt præcepta Apoſtolica ſunt ſeruanda. *Pon. cap. 28. quæſt. 4. verſ. Ad ſecundum.*

4 Et ne multiplicitas ſtatutorum conderetur, anno 1639. A Cong. gener. decretum fuit, quod impreſſis ſtatutis generalibus iam compilatis, & à Patribus deputatis reuidendis, & approbandis, nullæ aliæ deinceps Conſtitutiones generales fierent in hac Ciſmontana familia, ſed illæ ſemper, Ceremoniale, & Praxis Sanctori Criminalis ſeruarentur. *ibid.*

5 Quæque ſtatuta, non ſolum omnes Fratres, verum & Generales, & quoad vim directiuam, & quoad coercitiuam obligant. *Conſt. cap. 12. ſtat. 12. quæſt. 3.* Per non vſum autem, vel per contrarium vſum poſſunt aboleri, legitima tamen perſcriptione, ſcilicet per 40. annos intercedente. *ibidem ſtat. 13. dub. 2.*

6 Vt autem obſeruentur, debent continere Regulam, & ad Regulam conducentia. Debent inſuper eſſe honeſta, poſſibilia, ſecundum naturam, & conſuetudinem conuenientia, neceſſaria, ac vtilia; ſi enim has conditiones non habent, ſtatuta non ſunt, ſed potius corruptelæ dicuntur. *Conſt. cap. 12. ſtat. 12. quæſt. vlt. verſ. Reſpondeo de materia.* Quapropter

Digitized by Google

ijs publicatis, ad illorum obſeruantiam in gradu ſuo vnuſquiſque tenetur. *ibidem ſtat.* 13.

An obligent ſub mortali. Vide *Conſtitutio.*

STVDIVM. STVDENTES.

1 Studium tres hoſtes habet, ſcilicet indoctos, quia pugnant ex oppoſito; Spirituales, qui zelum habent non ſecundum ſcientiam, ideo putant falsò, ſcientiam de ſe eſſe Religionis deſtructiuam, quia in humilitate fundatur; & tandem indeuotos, quia vitam ducunt à doctrina diſcordem. *Conſt.c.*5.*ſtat.*5. Nobis autem ab ipſa Regula à Sancto Inſtitutore, à SS. noſtris Doctoribus, & ab vtilitate, & neceſſitate tutandæ, & propagandæ fidei, ſtudia indicta ſunt. *ibidem.*

2 Studentes verò peccant mortaliter, ſi in ſtudio notabiliter negligentes fuerint, quia occupant locum aliorum, abutuntur commoditate illis data, contemnunt ſcientias, iniuria afficiunt Magiſtrum, & in re grauiſſima Religionem offendunt. *Conſt. cap.* 5. *ſtat.* 8.

STYLVS

Curiæ non facit, ius, ſed interpretandus eſt, vera cauſa ſubſiſtente. *Pœn. cap.* 10. *quæſt.* 2.

SVADERE

Legata pro ſe, vel pro Religione directè, vel

vel indirectè, vt ſi ad palliandum ſe relinquatur legatum ſæculari amico, cum pacto, vt ipſe ſibi, vel Religioni donet, inducit pœnas ſtatutarias. *Pœn. cap. 4. verſ. Circa decimum diffic. 3.* Vide *Legatum*. *Proprietas*.

Suadere falſificationem litterarum, vel ſigilli. Vide *Falſum*.

SVDARIA linea portare. Vide *Petiæ*:

SVBDITVS.

1 Obedire tenetur Generali Miniſtro in ſpectantibus ad regularem obſeruantiam, dummodò non ſit contra animam, & Regulam noſtram, vel ſupra Regulam, tamen inobediens Commiſſario Generali punitur, ac ſi miniſtro Generali non obedierit. Inſuper Prouinciali, & Commiſſario Prouinciali, ſiue Viſitatori, ſiue per abſentiam, ſiue per priuationem, vel mortem, vel renunciationem Miniſtro inſtituto. Hi enim omnes ſunt Prælati ordinarij, & ordinariam iuriſdictionem habent in ſuos ſubditos reſpectiuè. Idem dicendum eſt de Guardianis, & quibuſcumque Superioribus localibus. *Conſt. cap. 1. ſtat. 4. per totum*. Vide *Obedientia*.

Pœnæ contra inobedientes. Vide *Obedientia*.

Nequit ſubditus capere ſuum Superiorem, ſi delinquentem reperiat, & Superiori maiori conſignare. Vide *Retinere*. Contra ſuum Prælatum

Digitized by Google

latum nequit excipere, niſi opponendo delictum notorium. Vide *Conſpiratio num* 4.

SVBROGARE Vide *Diffinitor num.* 13. 37.

SVBREPTITIO eſt alicuius falſi expoſitio in inquirenda aliqua gratia. Obreptio verò eſt veri taciturnitas in eodem. *Pœn. cap.* 29.

SVFFRAGIVM.

Eſt actus legitimus cuiuſcumque Religioſi non impediti. *Pœn. cap.* 3. *quæſt.* 1. verſ. *Quam autem*. Suffragij priuatio. Vide *Priuatio*. Suffragium in electione. Vide *Electio*. Suffragium, ad recipiendos Nouitios. Vide *Hoſpites, Nouitius*. Suffragia procurare, vide *Simonia*.

Summariâ procedere. Vide *Proceſſus*.

Sumptus neceſſarij pro Miniſtro, & Cuſtode, ad Capitulum, vel Congregationem Generalem accedentibus. Vide *Capitulum n.* 7.

SVPERIOR.

1 Superiori Generali, Prouinciali, & locali obedire tenemur. Vide *Generalis*. *Prouincialis*. *Guardianus*. Superior tamen ſubditi neceſſitatibus, maximè in infirmitate, & pro indumento prouidere tenetur, ita etiam pro alendis ipſis, & ſi defectu cibi ſufficientis ieiunium frangat, ſuperiori peccatum imputabitur, vnde deducitur ad hoc, ſuperiorem obligari

gari

Digitized by Google

gari ſub mortali, quia ſubditus ſibi prouidere prohibetur, nec tamen ex iure naturæ debet perire. *Conſt. cap. 3. ſtat. 14.*

2 Gaudent Superiores prædicti eadem authoritate, etiam locales in ſuos ſubditos in foro conſcientiæ, quam habent Epiſcopi in ſuos. *Conſt. cap, 2. ſtat. 14. concl. 4. verſ. Probabile eſt prope finem.*

3 Obligare tamen non poteſt ſuos ſubditos ad mortale, etiam ſi per obedientiam præcipiat, niſi materia de ſe ſit grauis, vel ſit obligatoria ex Regula, vel niſi adſit contemptus. *Conſt. cap. 11. ſtat. 7. concl. 11.*

4 Punitur pœna priuationis ſuperior localis, ſi victum, veſtitum, & alia ſubditis iuxta Regulam conuenientia non prouideat. *Conſt. cap. 2. ſtat. 74.* Debet autem ſuperior auferre ſuperflua, iuxta *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. ibidem.*

Superior, quoad Nouitios; quoad cauſas ſubditorum; pœnas remittendas; Confeſſiones excipiendas, quoad Moniales, quoad computa: quoad viſitationem. Vide *Generalis. Prouincialis. Guardianus. Monialis. Abſoluere. Diſpenſare.*

5 Sub peccato mortali tenetur corrigere venialia, quæ diſciplinam regularem paulatim euertunt. *Pœn. cap. 1. quæſt. 1.* ſed ſi in corrigendo excedat, infamando v. g. ſubditum,

Digitized by Google

vel quid ſimile; debet ab officio ſuſpendi. *Pœn. cap.* 4. *quæſt.* 2. Vide *Reſpondere*.

6 Omnia, quæ ſubditus implere tenetur, ipſe ſuperior præcipere non poteſt, quia eius gubernium exteriora non excedit, vt v. g. ſi ſubditus eſt in peccato mortali, tenetur co nfiteri ſtatim, tamen non poteſt Epiſcopus extra tempus Paſchale id præcipere. *Pœn. cap.* 10. *quæſt.* 5. *diffic.* 1.

7 In his verò, quæ emendare poteſt, & debet, officio potius renunciare tenetur, quàm peccata non impedire, ad hoc enim iure naturæ tenetur, ſed aliquando ad euitanda maiora mala, quæ aliter euitare non poſſet, minora debet, & ſemper, niſi conſtet in contrarium de ſuis, Subditis benè debet opinari. Nec debet omni referenti auditum præbere, nè perturbetur Conuentus, & contra ſe animoſitates, & inimicitiæ excitentur. *Pœnal. cap.* 7. *caſu* 13.

Superior, quo ad viſitandas Cellas, & ſuperflua auferenda. Vide *Guardianus*.

8 Viſitationes generales ſuperioris, quamuis à viſitato ſubſcriptæ, nullam fidem tamen faciunt in foro exteriori, niſi vt ad ſpecialem inquiſitionem cum Notario deſcendatur. *Pœn. cap.* 1. *quæſt.* 2. *verſ. Hinc patere*. Si ergo ex ſola viſitatione generali, nulla facta ſpeciali inquiſitione, Guardianum ſuſpenderet, eſſet pri-

uan-

Digitized by Google

uandus officio, & peccaret mortaliter, quia eius famam grauiter læſit. Excipe tamen, niſi euidens notorietas facti aliud ſuaderet. *ibidem*. Excipe etiam, niſi quæ ideo proceſſum non admittunt. *ibidem reſp.* 1. Inferiores verò Conuentuum officiales, ad libitum poſſunt amoueri. *Pæn. cap.* 1. *quæſt.* 1. *verſ. Probat ſecundo*.

9 Superiores ſunt Miniſtri in ſpiritualibus, ſerui in temporalibus. Viſitare debent ſocialiter, monere iudicialiter: humiliter, & charitatiuè, non imperioſè, & contumelioſè, vnde ſi verbis contumelioſis redarguerent, peccarent mortaliter. *Pæn. cap.* 13. *quæſt.* 9.

SVPERSTITIO.

Eſt vanus cultus, cui non ſubeſt ratio humana, vel diuina; Effectus ſuperſtitioſi dicuntur, qui nec à naturalibus, nec à diuinis cauſis eueniunt; vnde ſupereſt; vt ab Angelo, vel à Demone producantur; non tamen omnes illi dicendi ſunt ſuperſtitioſi, quorum cauſas ignoramus, multa enim latent in maieſtatę naturæ, quæ neſcimus. Si verò ex ſolis verbis eueniant, ſunt abſolutè ſuperſtitioſa, quia verba nullam vim productiuam obtinent. *Pæn. c.* 22. *concl.* 8. *num.* 8.

SVSPECTVM CONSORTIVM.

1 Dicitur in iure, quod inducit præſum-

ptionem criminis, quæ ex indicijs antecedentibus, & monitione ſubſequente inſurgit, frequentatio enim mulierum, quia periculoſa, ſuſpicionem ingerit malam, quæ non excuſatur, niſi manifeſta, & non occulta cauſa aſſignetur. Nec ex conſanguinitate iuſtificatur, quia & inter conſanguineos ſcelus committitur; nec ex allegata conſcientiæ ſinceritate, quia ſaltem propter Religionem ſcandalum vitare, & bonam famam conſeruare tenemur: Frequentia hæc ex duobus actibus concluditur, non verò ſuſpicio, ſi ætas, locus, commoditas non concurrant, vt ſi ſenex in Eccleſia in platea coram multis alloquatur; legitimata verò ſuſpicione, peccat mortaliter Religioſus, ſi talem conſuetudinem non dimittat ob ſcandalum actiuum, ſed niſi prius moneatur, puniri non poteſt, quia ſic ſtatuta diſponunt. *Pœn. cap. 8.*

2 *A Socio ſolitus ſequeſtrari cum mulieribus, vnde oriri poſſit ſuſpicio, iudicio ſuperioris, ſi canonicè monitus, & correctus non ſe emendauerit, tanquam de ſuſpecto conſortio reus, actibus legitimis priuetur. Et ſi iteratò punitus, ſequeſtratione huiuſmodi, duobus teſtibus fide dignis conuincatur, ad veritatem dicendam, grauiter arctetur. Et ſi vnus teſtis de ſequeſtratione, & alter de lapſu carnis deponat, grauius arctandum decernimus. Conſt. cap. 11. ſtat. 4.*

Qui

Digitized by Google

3 Qui de ſuſpectis conſortijs notatus fuerit, charitatiuè admoneatur, & corrigatur, admonitus verò, ſi ſe non emendauerit, ſuperior ſuſpendatur ab officio, vel priuetur, ſubditus actibus legitimis deſtituatur per triennium, vel grauius puniatur. *ibidem ſtat.* 2. Quibus pœnis Clericis, & iuuenes ſubiaceant, qui in aliorum cellas, præter quàm Magiſtri, & ſuperiores, vel alij in eorum ingredi præſumpſerint. Vide *Nouitius num.* 37.

4 Illa verò ſuſpicio debet eſſe iuridicè probata, vt ſuperior ad hæc indiuidua deſcendere poſſit, agitur enim de pœnis grauibus, quæ niſi contra delictum iuridicè probatum, non inferuntur; vnde tale iudicium ad Guardianum non ſpectat; poteſt tamen, & debet Guardianus ſubditum paternè commonere, & pœnitentijs ſalutaribus coercere. Admonitio etiam iuxta regulas euangelicas eſt facienda, donec ad iuridicam deueniatur, ſine qua completa admonitione, ad pœnas ſtatutarias deueniri non poteſt. *ibid. ſtat.* 2.

5 Ingreſſus verò, & introductio prænotata, ſi ſine malitia, ſine ſuſpicione, incidenter fiant, non ſunt punienda, quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus, ſed ſi facta monitione reſipiſcentia non ſequatur tunc & ſuſpicioni, & pœnis locus datur. *ibidem ſtat.* 3.

6 Ratio arctationis prænotatæ eſt, quia

Digitized by Google

tiplicata culpa, debet & pœna, cum ergo poſt admonitionem canonicam, quæ eſt prima pœna, & poſt ſecundam, ſcilicet priuationem actuum; non emendetur, remanet, vt arctetur, & quidem grauiſſimè, ſi contra eum vnus de ſequeſtratione, alter de lapſu deponat, facit enim hoc violentam præſumptionem, & in omni euentu ab illo loco debet remoueri; ſicut qui de ingreſſu in ſuſpectas domos fuerit legitimè conuictus. Domus autem ſuſpecta quæ ſit. Vide *Domus fornicatio*.

7 Ad conuincendum verò aliquem, in domos ſuſpectas ingreſſum eſſe, ac pœnas incurrendas, non ſufficit teſtis ſingularis, maximè vbi idem ſit denunciator, & teſtis; nec laudo aſſumendos eſſe teſtes ſæculares, maius enim damnum ex ſcandalo, quèm bonum ex correctione ſequeretur, ſed ex depoſitione vnius teſtis omni exceptione maioris poſſet procedi, aut ſaltem poterit Prælatus extraiudicialiter certioratus fratrem ſuſpectum ſub honeſtis reſpectibus domi retinere, vel ei ſocios variare, vel à Conuentu ipſo remouere, non in pœnam, quia eſſet iniurioſa, ſed in exercitium obedientiæ. *Pœn. cap.* 8. *quæſt.* 2.

8 Probata autem ſuſpicione, non ſequitur, eſſe probatum delictum fornicationis &c. quia vna ſine altera eſſe non poteſt, nec huc trahitur, quod marito offenſo in iure conceditur,

tur, ex ſola enim præſumptione, tardè eſt ad pœnam ordinariam deueniendum; Quia verò de amotione, & arctatione fit ibi ſermo, ſuperiori liberum erit alterutrum eligere: arctationem tantum, niſi ſit de patrato delicto ſuſpicio non debet inferre. *ibidem q. 2. & 3.*

SVSPECTVS

1 De fuga nullus dicitur, niſi ex qualitate delicti, & perſonæ id colligatur, vt ſi perſona irreligioſa ſit de ſua fama parum curans, & ſimilia; Et ſi delictum perpetuum carcerem, & ſimilia mereatur. Talis verò ſic ſuſpectus, etiam poſt appellationem non eſt è carcere liberandus, nè fugæ periculo committatur. *Pœn. cap. 4. Circa* 20. Vide *carcer num.* 20.

2 Suſpectus Tutor dicitur, qui non ex fide tutelam gerit: ſuſpectus verò Curator, qui fraudolenter, vel negligenter in rebus pupilli, vel adoleſcentis ſe gerit: Suſpectus Procurator, qui operam ſuam inuito ingerit. *ibidem.*

Suſpectus Iudex. Vide *Iudex.*

SVSPENSIO. SVSPENDERE.

1 Suſpenſio dupliciter conſiderari poteſt; ſcilicet vel vt cenſura, vel vt pœna. Vt cenſura eſt, qua impeditur perſona Eccleſiaſtica vti iure aliquo, vel poteſtate Eccleſiaſtica; Et diuidi-

uiditur in totalem, & partialem. Totalis eſt, quæ ab officio, vel beneficio ſimul ſuſpendit: Partialis, qua quis ſuſpenditur à ſolo officio, vel ſolo beneficio, vel ab omnibus, aut tota iuriſdictione; vnde ſuſpenſus à beneficio, non eſt ſuſpenſus ab officio, & è conuerſo. Hæc autem ſuſpenſio non debet fulminari, niſi propter culpam mortalem, quia pœna grauis culpam grauem emendat, vnde qui ſuſpenſus eſt ab ordine (non autem ab officio, vel beneficio(illum ſolemniter exercet, fit irregularis. Si verò lata eſt ſuſpenſio ad tempus, & conditionaliter, donec ſcilicet ſatisfacta parte reſipiſcat, ſine abſolutione ceſſat, ad differentiam excommunicationis, quæ etiam ſi feratur ad tempus, non tollitur niſi per abſolutionem. *Pæn. c. 1. quæſt. 3.*

2 Quatenus verò ſuſpenſio eſt pœna priuationis inchoatè, vel imperfectè inducit naturam, & cenſura appellari non poteſt; Vnde ſine iuridico proceſſu ferri non poteſt. In hoc differt à ſuſpenſione cenſura, quia hæc imponitur, vt à contumacia recedatur, & totalem amplectitur, ſi feratur indifferenter. Illa verò ad puniendum delictum tantùm imponitur, & ſit quamuis circa ſpiritualem adminiſtrationem in Religione, vt plurimum verſetur, eam tamen vt ciuilem ſemper concernit. *Pæn. c.1. quæſt. 3. Verſ. Quatenus, & cap. 2. quæſt. 5.*

Di-

Digitized by Google

Diſtinguitur enim à priuatione, quia illa eſt de ſe reuocabilis, non iſta, niſi iure extraordinario. *Pœn. cap.* 2. *quæſt.* 5. Verſ. *Dico igitur.*

TACERE.

Tacentes, & non contradicentes, rebus malè geſtis, qui contradicere tenentur ex officio, vt Diffinitores in conſilio &c. peccant mortaliter contra iuſtitiam, & ſicut facientes punitur, quia de iure naturæ Conſiliarij, & diffinitores tenentur ſuum officium fideliter exercere. *Pœn. cap.* 24. *quæſt.* 2. Videns enim, & non contradicens, conſentire videtur. *Conſt. c.* 2. *ſtat.* 20. *quæſt.* 3. Quia tacitum, & expreſſum in iure æquiparatur, vt v. g. ſi petam licentiam à Superiore, ipſe autem tacet, cenſetur eam concedere. *Pœn. cap.* 9. *quæſt.* 1.

Talionis pœna. Vide *Accuſator. Infamare, falſarius, & alibi.* Apud ſæculares non eſt in vſu, in noſtra autem Religione, ad compeſcendam malignitatem, nil ſanius reperitur. *Pœn. cap.* 10. *quæſt.* 6.

Tangere pecuniam: Vide *Proprietas. Pecunia.*

Tanquam, eſt particula, quæ improprietatem, & fictionem, & ad ſummam ſimilitudinem importat. *Pœn. c.* 7. *q.* 2.

TAXILLI.

Taſſiculi ſunt oſſiculi quatuor angulis conſtan-

ſtantes, carneque nudati, qui ex pecorum pedibus extrahuntur, & mediantibus ferreis inſtrumentis fiunt ad figuram taxillorum, & ipſis comprimuntur oſſa delinquentis per ſpatium vnius *Miſerere*, *vel tres Pater noſter*. *Pæn.c.5. quæſt.* 1.

Temeritas Accuſatorum eſt triplex, ſcilicet calumniari, præuaricari, & tergiuerſari. Vide *in ſuis titulis*.

Tempus parum. Vide *Paruitas materiæ*.

Tenere libros. Vide *Proprietas*. Tenere Aleas. Vide *Ludus*.

TERGIVERSARI.

Eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere; Eſt etiam callida, & malitioſa iuris interpretatio. *Pæn. cap.* 10. *quæſt:* 1. Corruptus præmio ſupponitur tergiuerſator, quia à recepta accuſatione proſequenda recedere nemo poteſt, niſi ſuam proſequatur iniuriam, peccat autem mortaliter, ſi cum ſcandalo, aut in damnum Reipublicæ ab accuſatione deſiſtat. *ibidem q.* 5.

Terra Sancta. Vide *Miſſionarius*. *Guardianus Montis Syon*.

TERTIARII. TERTIARIAE.

1 Habitum Religionis deferentes, & in Conuentu viuentes, licet vota eſſentialia non emittant, tamen quoad forum inter Religio-

ſos

Digitized by Google

ſos comprehenduntur; vnde non poſſunt à ſæculari iudicari. *Pœn. cap.* 18. *quæſt.* 1. Etiam quoad Canonem *Si quis ſuadente &c.* quia Eccleſia vult totaliter à Religioſis hanc iniuriam arcere. *Pœn. cap.* 13. *quæſt.* 1. Non tamen veniunt nomine fratrum, vbi diſpoſitio pœnalis de fratribus loquitur, quia hic non Religioſitas, ſed in ſpecie fraternitas attenditur. Tertiarij verò cum fratribus in Dormitorio, Choro &c. fraternè non conuerſantur. *ibidem*.

2 Tertiariæ profeſſæ S. Eliſabeth, & Conceptionis ſub Prælatis Ordinis viuunt, & in omnibus ſub nomine Monialium veniunt, & ideo eas viſitare, gubernare debent, aliàs renitentes, vel relinquendæ, vel tanquam rebelles ſunt puniendæ. *Conſt. cap.* 11. *ſtat.* 6.

TESTIS.

1 Teſtes delictum non probant, niſi ſint conteſtes, & integri. Teſtes enim conteſtes ſunt, qui de eodem delicto cum ijſdem locis, temporis, & alijs ſaltem ſubſtantialibus circumſtantijs deponunt. Teſtes integri verò dicuntur, quibus nihil opponi poteſt, quod eorum fidem minuat, aut vulneret. Minuitur fides teſtis ſi contra eum exceptio infamiæ, inimicitiæ, conſpirationis &c. adducatur. Et non ſolum per teſtes, ſed etiam per inſtrumenta,

ta, vel per indubitatas probationes,& per argumenta poteſt reus conuinci, quia authenticæ inſtrumenta, per manus Notarij obſignata, crimen probant. Et apud nos Tabula Capituli, vel Congregationis, vel Regeſta Ordinis & Prouinciæ, libri publici ſunt; itaut ſi opus eſſet aliquem vt incorrigibilem expellere ad probandum, aliàs fuiſſe correctum, non eſt opus teſtibus; ſed ſufficit, quod notata reperiatur punitio. *Pœnal. cap. 1. quæſt. 4. dub. 2.* Sic etiam vbi factum præteritum per legitimam ſcripturam non conſtat, ſi examinantur teſtes iuridicè, authenticæ ſcripturæ æquiparantur. *Pœn. cap. 8. quæſt. 7.*

2 Teſtium ergo munus eſt publicum, vtpote ſine quibus nec probarentur, nec ſcirentur, nec punirentur delicta; hinc ſequitur primò, quod infamis in teſtem adhiberi non debet, & in tali caſu poſſumus præuenire excipiendo, non expectando ſententiam. *Pęnal. cap. 10. quæſt. 2. diffic. 4.* Sequitur ſecundò, quod (ſupponendo ſemper, quod interrogetur iuridicè, vel habeat ex officio veritatem fateri, aliter enim reſpondere non tenetur) teneatur ad interrogata vniuocè, & formaliter reſpondere, & non poteſt æquiuocare. *Pęnal. cap. 11. quæſt. 1. diffic. 3.* Vnde ſi non reſpondeat, vel neget, vel celet veritatem, peccat mortaliter, quia contra obedientiam &c. &

tene-

Digitized by Google

tenetur ad intereſſe partis, & eſt falſus, quia potantum nocet qui poſitiuè nocet, ſicut qui poteſt, & ex officio tenetur prodeſſe, aut impedire malum, & renuit. *ibidem diffic.* 2.

3 Teſtis ergo falſus eſt qui ad mentem Iudicis non reſpondet; ſi veritatem occultat; ſi in verbis æquiuocat; ſi Rei dicta in ſenſum à veritate alienum detorquet; ſi depoſitiones decurtat; qui certum pro incerto, & è contra affirmat: in omnibus enim his à veritate, quæ vna eſt & indiuiſibilis diſcernitur. *ibid. diffic.* 2. Excipe, niſi ruſticitas, & ſimplicitas teſtem excuſet, in quo Iudicis zelus, & aduertentia ſumma requiritur, vt malitiam ſimplicitate adornatam valeat diſcernere. *ibidem diffic.* 3.

4 Teſtis non iuratus nihil probat, quia per iuramentum adſtringitur à Iudice ad veritatem fatendam. Teſtis enim dicitur, quaſi tuens ſtatum cauſæ, vnde teſtis eſt qui de rebus, & negotijs hominum fidem facit, cum dubitatur, & veritati patrocinatur, quod ſine iuramento eſſe non poteſt, ſiue iuramentum ſit de eſſentia, ſiue de ſolemnitate tantùm teſtificationis *Pænal. cap.* 11. *quæſt.* 1. *diffic.* 1: Poteſt tamen pars iuramentum remittere cum conſenſu Iudicis, & tunc habetur pro præſtito, non ad effectum agendi contra teſtem de periurio (qui cum non iurauerit, periurus eſſe non poteſt) ſed vt illi plenè in iudicio credatur;

ſin

Digitized by Google

ſin ad fauorem publicum examinetur, iuramentum ei remitti non poteſt. *ibidem*. Si autem teſtis non iuratus falſum deponat, puniri debet pœna ſaltem extraordinaria, aut etiam ordinaria Iudicis arbitrio, huius ſceleris, & cauſæ grauitate, & deponentis qualitate, & eius, contra quem deponitur, benè conſideratis, maximè ſi contra teſtes deponat, quia Deo inuocato, Iudici excipienti, & innocenti eſt iniurioſus. *ibidem diffic.* 1.

5 Pœna etiam falſi punitur, qui quouis modo veritatem occultat, quod etiam eſt vbi accidentalia propalantur, tacentur eſſentialia, quorum ſcilicet veritas principaliter in facto quæritur. *ibidem diffic.* 2. Punitur etiam vt falſarius, qui falſum ad Rei defenſam deponit, vbi accuſans pœnæ talionis ſe obligauit, quia ei falſitas teſtis eſt nociua; ſi verò Iudex ex officio inquirat, ille punitur pœna extraordinaria, quia nulli eius falſa depoſitio nocet, tamen eſt graue contra Religionem peccatum, & ideo puniendum. *ibidem quæſt.* 3. *in fine*.

6 Diſcordia teſtiũ in circumſtantijs principalibus variantibus ſubſtantiam facti, aufert efficaciam teſtimonij, ſecus in non pertinentibus ad ſubſtantiam facti, puta quod fuit tempus ſerenum, nubiloſum, domus picta, vel non picta &c. *Pœnal. cap.* 11. *q.* 1. *diffic.* 2. Vide *Falſum*.

Ti-

Timor. Vide *Metus*.
Tormentum; Vide *Tortura*.

TORTVRA.

1 Eſt inquiſitio per tormenta, & corporis dolorem; vnde dicitur à torquendo *tortura*, à cruciando *tormentum*, ab interrogando *quæſtio*, & ſic hæc tria in iure ſunt ſynonima. Torturę ſpecies ſunt funis, taxillorum, ſibillorum, vigiliæ, verberum, fidicularum, carceris, inediæ, & ignis. Ignis datur Reo neſandi criminis, reliqua tormenta ſunt arbitraria Iudici. De igne. Vide *Neſandum ſcelus*. *Pœn.cap*. 5. *quæſt*. 1.

2 Arctatus verò, chordam & caputium debet in carcere tenere, ter in hebdomada in publico diſciplinari, & in pane & aqua ieiunare. Flagella reo nudo, & manibus ligato per tria interualla Superioris arbitrio dirè infligantur, & pane & aqua flagellatus maceretur, vbi *per ly Dirè* non crudelitas, ſed ſeueritas denotatur. Tria verò interualla in vno die poſſunt comprehendi, quia faciunt vnicam torturam, vel in tres dies diſtribui, maximè ſi vehementiſſima fuerit flagellatio. *ibidem*.

3 Tortura omnium gentium antiquiſſima conſuetudine fuit introducta, à SS. etiam Patribus approbata, vtpote ad habendam à reo, vel inuito veritatem, per doloris remedium

Digitized by Google

efficaciſſimum, ne delicta impunita remaneant, quia licet aliquando debiles in tormentis contra innocentiam veram falſa crimina confiteantur, & robuſti aliquando in tormentis veritatem occultent, tormenta floccipendendo, & Iudex ob ignorantiam, vel ſæuitiam, tormentis abutatur, attamen publico torturæ bono obuiare non debet. *ibidem q.* 2.

4 Clerici poſſunt per tormenta examinari, quia cum ipſi delinquant vt laici, & confiteri veritatem tenentur vt laici, & tortura eſt remedium ad eliciendam veritatem; applicari æquè debet Clericis, cum idem morbus in eis reperiatur. Sicut enim poſſunt carcerari, ad triremes damnari, & capite plecti, ſicut laici, exigentibus delictis, ita poſſunt de iure torqueri. *Pœn. cap.* 5. *quæſt.* 2. Sed non per manus laicorum, dummodo tamen fuerint Miniſtri clerici. *ibidem*. Excepto tormento funis in Ordine Seraphico, non poſſunt Fratres torqueri per manus laicorum ſæcularium, quia hoc nunquam fuit in conſuetudine, vti eſſet in flagellis percutere, taxillis, vigilia, igne &c. nam optimè hæc per Religioſos præſtari poſſunt, & præſtantur. Aliter facientes excommunicationem incurrunt. *ibidem*. Verum quidem eſt Sacerdotes præ laicis eſſe mitius puniendos. Pro torquendis verò Patribus grauiſſimis &c. Vide *Pater* &c. Debiles. Infirmi. Pueri

ri ad 14. annos, Senex à ſexageſimo torqueri non debent, quia potius in tormentis deficerent, quam iuris intentioni reſponderent. Si autem eſſet infirmitas apta ſufferendis doloribus, vt epatis, inflammatio, ſcabies, podagra, reſpectu funis, poſſet Reus tormento ſubijci. *Pœn. cap. 5. quæſt. 3.*

5 Sexagenarius licet robuſtus ſit, per ſtatutum tamen abſolutè eximitur à tortura, quod etiam ad annum 57. poteſt extendi, & ad minorem ætatem, ſi Iudici id debilitas ſuaderet, qui in eam partem ſemper inclinare tenetur, vbi pietas militabit, niſi caſus atrocitas aliud ſuaderet. *ibidem*.

6 Tortura nec reo, nec teſti poteſt infligi, niſi per cauſam legitimam, & legitimè in actis probatam: Iudex aliter faciens excommunicationem Canonis *Si quis* incurrit, quia tortura eſt afflictio, quæ omnem pœnam pecuniariam excedit, & etiam manuum abſciſſione grauior, & damnum infert irreparabile. *Pœn. cap. 5. quæſt. 4.*

7 Nec Reo infligitur tortura, niſi conſtet de corpore delicti; & proceſſus, vbi de tali delicti corpore non conſtat, eſt nullus, & ſi ex ipſo conſtitutus eſſet Reus, etiam ſi confeſſus fuiſſet, nihil illi nocere poteſt confeſſio, *Pœn. cap. 5. quæſt. 4. reſp. 2.* Nec etiam debet dari tortura, vbi pœna delicti illam non excederet,

ibidem reſp. 3. A fortiori in cauſa ciuili, niſi fuerit maxima. Vniuerſaliter autem vbi pecuniaria pœna intercedit, & vbi agitur ciuiliter, nullus torqueri poteſt dummodo cauſa non fuerit ardua, vel grauis, quia tunc æquiparatur criminali. *ibidem*. Qui verò in his leuius peccauit, leuius etiam eſt puniendus. *ibidem propè finem*.

8 Cauſa verò legitima torquendi teſtem eſt, varietas, vacillatio, mendacium, taciturnitas, malitia, macula inhabilitatis abluenda. Pro torquendo autem Reo erit ſemiplena probatio, grauia indicia, vel leuia multa copulata, indicium probabile, negatio dicti extra tormenta, confeſſio extraiudicialis, teſtis vnus: tandem non integer, ſed quod alio iudicio adiuuetur, quorum quodlibet debet eſſe plenè probatum in ſuo genere, ideſt per duos teſtes conteſtes integros, ſeruato etiam ſuper hoc iuris ordine, quod eſt per accuſationem, vel inquiſitionem, aut denunciationem. *ibidem*. Vide etiam in Praxi crimin. Authoris tit. *Tortura*.

9 Ante torturam tamen Reo omninò defenſiones, & copia actorum conceduntur: vnde teſtes debent examinari, citata parte, vel quod ſint antea confrontati cum reo, vel eos habeat reus pro ritè receptis & examinatis, & hoc non obſtante, audiendus eſt reus in ſuis defen-

defenſionibus antequam torqueatur. Secus poſſet quis torqueri de delicto, quod nunquam cogitauit, quod eſt ſummè iniquum, & Deo odibile; immò Iudices ſic procedentes, potius canes, quam homines nuncupari merentur. Debet ergo Iudex Regularis, vbi arbitrium habet, in mitiorem partem inclinare, & quando poſſet à tortura excludere, tenetur à tormentis abſtinere, aliàs daretur appellatio à Decreto de torquendo. *Pœn. c.* 5. *q.* 4.

10 Defenſiones verò, etiam non petitas tenetur Iudex poſitiuè exhibere torquendo, & Iudex aliter torquens, per practicam criminalem condemnatur ad pœnas contra malè torquentes inflictas: Quamuis autem adſit opinio contraria probabilis, non teneri Iudicem offerre, ſed concedere petentibus, tamen chriſtianæ pietati conformiorem iudicio, teneri Iudicem offerre: tanto magis in Religione, vbi plus æquitati, quam carnificinæ eſt tribuendum; certum eſt tamen non poſſe inauditum, ad pœnam irretractabilem, vt torturam condemnari. Excipe, niſi oblatas defenſiones reus recuſauerit, quia volenti, & conſentienti non fit iniuria. *ibidem reſp.* 4.

11 Renunciatas tamen defenſiones poteſt reus licitè repetere, nondum incepta tortura, & etiam in repetitione torturæ, dummodò poſſit probare, vel non eſſe iterum torquen-

dum, vel non fuiſſe primò tormentis examinandum, & non ſunt friuolæ excuſationes, & moræ ad protrahendum, vel eludendum tormentum, quia non eſt maior ratio de prima, quam de ſecunda tortura. *ibidem reſp. 4. verſ. Licet enim*.

12 Torqueri nemo poteſt, niſi ex conſilio, & aſſenſu Diffinitorij Prouinciæ, quia Prouincialis cum diffinitoribus tantùm integrat per ſtatuta perſonam Iudicis. Prouincialis aliter torquens, peccat mortaliter, & priuatione officij, & alijs pœnis arbitrarijs eſt puniendus. *Pęn. cap. 5. quæſt. 4. reſp. 5.* Tortura autem non inualidatur, quia conſenſus Diffinitorij non petitur ad conferendam facultatem Iudici (eam enim habet à iure, ſiue ordinario, ſiue delegato) ſed ad rectitudinem actus, vt ſcilicet in re tam graui maturè procedatur. Vnde confeſſio per illam extorta, eſt valida. *ibidem verſ. Reſpondeo tamen*. Et hic habet locum ſubrogatio pro abſente Diffinitore. *ibidem diffic. 2.* Sub qua obligatione comprehenditur etiam Commiſſarius à Generali deſtinatus quia licet talis Commiſſarius non ligetur legibus Prouinciarum, tamen cum ſit res non parua, iniungitur ipſi, vt cum conſilio, & aſſenſu peritorum decernat, vel ſi ratio ſuadeat, de conſilio aliquorum proborum, & peritorum Patrum (ſuadente ratione) Diffinitores aliquos,

vel

Digitized by Google

vel omnes amouere, & peritos Patres ſubrogare, ſcilicet ob ignorantiam, vel diſtantiam, vel partialitatem Diffinitorum. *ibidem diffic.* 3.

13 Sufficit tamen, quod decretum torturæ ex notis iuribus à maiori Patrum parte concludatur, & per litteras conſenſus exhibeatur. *ibidem diffic.* 5. de peccato verò mortali, & reſtituendo damno illato a Diffinitore per ignorantiam, in hoc peccantes. Vide *Diffinitor num.* 21. Tota huius doctrina de tortura, vt pœna finali infligenda intelligitur, non verò de tortura pro examinando, quia hæc à ſolo Prouinciali debet infligi. *ibidem diffic.* 2.

14 Accuſatore non inſtante, reus non eſt torquendus, vbi iudex ſolùm accuſationem proſequatur; vbi verò tenetur, habita ſaltem ex accuſatore luce delicti ex officio inquirere, poteſt reum irrequiſito accuſatore torquere; quia etſi moreretur accuſator, debet Iudex inchoatam cauſam proſequi, nè delicta remaneant impunita. *ibidem diffic.* 4. Sicut autem per indicia, niſi grauia, & legitimè probata, nemo torquetur, ſic nec vbi delictum eſt plenè probatum, & reus ad pœnam ordinariam poteſt condemnari; quia tortura eſt remedium ſubſidiarium, vbi veritas elici non poteſt. *ibidem diffic.* 5. Vide *Reus*.

15 Sine aſſiſtentia periti, qui liget, & depoſi-

Digitized by Google

poſito brachia componat, funis tormentum adhiberi non licet, quia charitas reſpicit proximum, & iuſtitia Iudicis munus; vnde ſi ſine pretio tortus membri debilitationem incurreret, vnde propter ineptam brachij accommodationem, functiones ſuas obire non poſſet, Iudex vltra peccatum mortale, fieret irregularis, vt membri mutilator. *Penal. cap. 5. quæſt. 6. reſp. 1.*

16 Qui etiam reus homicidij haberetur, ſi medicum in tortura non adhibuiſſet, & tortus in tormentis moreretur, quia cum Iudex Regularis de hac re non ſit peritus, debet ſtare iudicio medicorum. Hinc rupti, menchi, ægri, debiles, ſenes, prægnantes, morbo gallico laborantes, torqueri non debent fune, ſed alijs magis accommodatis. *ibidem reſp. 2.*

17 *Tortura ſuper eodem articulo, niſi clariora indicia ſuperueniant repeti non poteſt, nec eodem die, ſed diuerſis, & ſeparatis. Penal. cap. 5. quæſt. 7.*

18 Tortura plena dicitur, quæ habet *Minas de torquendo, conductionem ad locum tormenti, ſpoliationem, ligaturam, eleuationem in equuleo, & ſquaſſationem*: Vnde plenè tortus dicitur, quando prudentium Iudicum, & Aſſeſſorum iudicio tortus ſit iuxta qualitatem delicti, & indiciorum: Si enim indicia leuia fuerint, leuiter; ſi grauia, grauiter; ſi grauiſſima, grauiſſi-

uiſſimè torquetur. Itaque plenè tortus, non eſt amplius torquendus. *ibidem concl.* 1.

19 Poteſt tamen plena tortura in plures partes diuidi, v. g. ſi plena tortura fuerit iudicata ad ſpatium vnius horæ, prima vice dari poteſt per quadrantem, ſecunda per alium, tertia per medietatem horæ: vel addendo ſquaſſationem, hoc eſt eleuationem, & dimiſſionem appenſi per funem. *ibidem*.

20 Indicia verò noua ad penè torquendum debent ab euacuatis ſpecie differre, ſic v. g. nouæ probationes circa famam, inimicitiam &c. non ſufficiunt, ſed alia requiruntur, putà vnus teſtis de viſu, arma inuenta, ſcripturæ, minæ, confeſſio extraiudicialis &c. ſic negans, quod in prima tortura confeſſus fuerat, ad tertiam vicem ad ſummum poteſt retorqueri (ſi non ratificat extra tormenta) & non amplius, aliàs immoderatè tortus diceretur, & vi tormentorum fuiſſe confeſſus. *ibid. concl.* 2.

21 Inter vnam, & aliam torturam dies naturalis 24. horarum debet intercedere, ne ex dolore perdurante elicita confeſſio præſumatur. *ibidem concl.* 3.

22 Pœnæ malè torquentium ſunt, *quod Iudex excommunicationem Canon. Si quis, incurrat, officio priuetur, ad illud inhabilis perpetuò declaretur, à Generali vlterius, iuxta temeritatis exceſſum puniendus, & depoſitio facta*

in

in tormentis nulla ſit. Pęnal. cap. 5. quæſt. 8.

23 Ad pœnam verò talionis,vel triremium non poterit à Generali condemnari, quia ſeuerior pœna non debet tam vaſtè excedere pœnas in ſtatutis nominatas; nam ſi tortus moreretur ex malitia Iudicis, pluſquam ad triremes condemnare non poſſet; libitum erit igitur Generali ad congruam ſatisfactionem, ieiunia &c. obligari, vel carceri mancipari. *ibid.*

24 Iudex enim præſumitur ex malitia, & dolo peccare, cum non ſeruat leges, quæ præcipiunt, non eſſe deueniendum ad tormenta ſine legitimis indicijs, & ſeruata praxi criminali. Nec ignorantia, vel zelus indiſcretus, eo quia conſtet non eſſe inimicum Rei, excuſaret, quia quæ ſui muneris ſunt, ſcire tenetur, & peritos adhibere. Excipe, niſi probabilem, & minus mitem opinionem habuiſſet; quam opinionem ſequi quis poteſt ſine culpa, ergo ſine pœna. *ibidem*. Quod de omnibus torturæ modis eſt dicendum, eadem enim eſt ratio. *ibidem*.

TRADERE.

Non poſſunt Superiores noſtri ſuos ſubditos brachio ſæculari, & ſi tradunt, fiunt irregulares, quia proteſtatio facta in tradendo Clerico brachio ſæculari de non intendendo ſanguinem, non excuſat, eo quia hæc videretur potius

Digitized by Google

tius illuſio, quam cautela: reus enim Curiæ ſæculari traditur, vt ipſum occidat. *Pœnal. cap.* 8. *quæſt.* 11. *verſ. Nec diſpoſitio*. Nam diſpoſitio non extenditur ad Regulares, quia iſti ſuas particulares, & municipales leges habent à Summo Pontifice confirmatas, & ſecundum quas ſuos reos punire debent. *ibidem verſ. Verum*.

TRIBVNAL

Sancti Officij neminem iuſtificat, nec tranſit in iudicatum, ſed ſemper poteſt procedere contra inquiſitum, nouis ſuperuenientibus indicijs. *Conſt. cap.* 1. *ſtat.* 1. §. 2.

Tribunal Epiſcopi, ſicut, Tribunal ſæculare Regularibus interdictum. Vide *Recurſus*.

TRANSGRESSIO

Tranſgreſſionis, modus, ſicut variari poteſt, ita & culpa poteſt augeri, vel minui ex ignorantia, malitia &c. *Pœnal.cap.*2.*q.*3.*verſ. Modus*.

Tranſgredi mandata Viſitatoris. Vide *Viſitator*.

Trinus actus malus, ſeu trina culpa facit operantem famoſum, & trinus actus tribuitur conſuetudini. *Pœn. c.* 8. *q.* 7.

Trina monitio. Vide *Monitio*.

TRI-

TRIREMIVM POENA.

1 Triremis quaſi nauis dicitur, triplicem remorum ordinem habens; Trierarcus dicitur triremis Patronus. *Pęn. c.21.q.1.*

2 Licet triremium pœna Religioſos dedeceat, ac miſerabilius ſit maximè Sacerdotes ad triremes condemnari, cum ibi afflictionem corporis, ſitis, laboris, fętoris patiantur, tamen expedit tales delinquentes ad triremes deſtinari, dum alius expeditior modus non ſuppetat, ſe à talibus peſtibus liberandi, etiam ſi ſciat Religio in triremibus peiores euaſuros, quia in hac parte vtitur iure ſuo; nam tales ad triremes non mittuntur, vt meliores euadant, ſed vt puniantur. *Pęn. cap. 21. quæſt.3. reſp.1.* Condemnantur igitur Religioſi illi ad triremes eo quia vix in carceribus poſſunt coerceri; Vnde ex priuilegio Clem. VII. Superiores poſſunt ſubditos ſuos delinquentes ad triremes damnare, præcipiendo per obedientiam Trierarchis, vt eos recipiant, & eos verberando (lege, & conſuetudine præualente) non excommunicantur. *Pęn. cap.21. quæſt.1.*

3 Ad triremes verò, vel ad perpetuos carceres apud Franciſcanam Religionem *per ſtat. cap. 7.§. 5. num. 68.* condemnantur, qui crimen commiſerit, ob quod in ſæculo mortem mereretur, & ob alias cauſas in ſtatutis expreſ-

ſas.

ſas. Vide *Fornicatio. Percuſſio. Carcer. Libellus famoſus. Apoſtata. Sacrilegium. Nefandum ſcelus. ibidem.*

4 Proceſſatus autem vt incorrigibilis, & probatus in Ordine ad expulſionem, poteſt mitti ad triremes, ſaltem variando tęlam iudicij; in Decreto enim de Apoſtatis non prohibetur modus procedendi Canonicus, ſed tantùm aſſignatur modus expulſionis. Nec nouum eſt poſſe Iudicem variare formam procedendi, etiam poſt inceptum proceſſum per viam accuſationis, & continuare illum per nobile officium, ſcilicet Inquiſitionis, ſeu verius cumulare has formas ſimul, itaut examinentur teſtes per Inquiſitionem, quos accuſator non produxerit. *Pęn. cap. 21. q. 2. verſ. Circa 9.*

5 In hoc autem maturè eſt procedendum. & à Prouinciali, vel Generali cum diffinitorio eſt proferenda maturata ſententia; quibus omnia damna inde ſequentia (quæ ſunt maxima) imputantur, ſi contra iuſtitiam condemnarent. Quam omninò non poſſunt proferre, vbi eorum arbitrio, vel carceres, vel triremes remittantur, niſi ſumma cauſa id exigat, fugæ ſit ſuſpicio, carcer ſecurus non poſſit haberi. *Pęn. c. 21. q. 3. reſp. 2.*

6 Religio non tenetur reuocare condemnatos ad triremes, etiam finito ſententiæ termino, aut ſi fugiant à triremibus, multo minus

nus ſi ibi detineantur ſine termino, quia per ſtatuta hoc prohibetur: nam tales infames, & peiores redeunt, & Religionem infamant. Nec Religio peccat contra charitatem, ſi tales inſtantes vt recipiantur, non recipiat, quia hæc primò reſpicit Communitatem, & deinde particulares, & mala charitas eſt, quæ ſinceram partem Religionis inficit. *ibidem quæſt.* 4. *reſp.* 2.

7 Nec Decretum de requirendis eiectis ad remiges extenditur; diſpar enim eſt ratio, nec Prælato debet imputari, quod vltra terminum Religioſus violenter detineatur, & verberetur, qui Canonis priuilegium non amiſit, quia Prælatus ſatisfecit ſuæ obligationi, quando Trierarcho ſententiam notificauit: ſi ergo elapſo termino eum non liberat ipſe Trierarchus peccat, non Prælatus. Carceratus è contrario eſt in poteſtate Prælati, non remo adfixus, ſic etiam ſi Generalis ad annalem carcerem damnaret, & Prouincialis finito anno carceratum non liberaret, non eſſet Generalis in culpa, ſed Prouincialis. *ibidem reſp.* 1.

8 Quod ſi talis agat, vt à Religione iterum recipiatur, debet Religio ſe defendere, & ſi eius receptio à Pontifice præcipiatur, debet ſine caputio ad coquinam, hortum, & alia humilitatis officia deſeruire, ſine corona, licet fuerit Sacerdos. Si verò poſt triennium exempla-

Digitized by Google

plariter vixerit, poterit Patrum iudicio ei caputium reddi, ſed ad exercitium ſacrorum Ordinum, ad ſuffragia, & actus legitimos omninò non admittantur. *ibidem reſp. 3.*

9 Extra Papam verò, & Sac. Cong. nullus, nec Protector Ordinis poteſt ad talis receptionem Ordinem cogere, Prælatus aliter recipiens, validè recipit (quod ſine Diffinitorio non debet) ſed grauiter arbitrariè eſt puniendus, vt qui Religionem offendit. *ibidem.*

10 Infamia Remigum, & irregularitas eſt à iure, & non tollitur etiam poſt liberationem à triremibus, niſi per diſpenſationem, quam noſter Generalis impertire non poteſt, nec ad officia, nec actus legitimos, & cætera habilitare, aliter faciens, peccaret grauiter, & illegitimè exercerentur officia. *ibidem.*

11 Remiges ad obſeruantias regulares ſtatui remigantium repugnantes non tenentur, & ſic non ad obedientiam, non ad paupertatem, non ad formam habitus, non ad ieiunia (niſi in portu quieſcentes commodè poſſent ieiunare) non ad horarum recitationem; debent tamen aliquando regularis obſeruantiæ debitè recordari, & laici poſſunt ſuas orationes recitare, quia Breuiario non indigent. Hæc omnia patent, quia ad impoſſibile nemo tenetur. *ibidem quæſt. 5.*

12 Si aliquid Remiges acquirant, non

Re-

Religioni, ſed Trierarchi arbitrio ex conſuetudine deuoluitur; ſi verò ſuis Præfectis non obediant; vltra verbera, peccatum, quia ius habent imperandi, fugere non poſſunt, niſi ob impotentiam ad labores, aut ob Præfectorum ſæuitiam, quia ſententiæ parere tenentur; ad emendationem, & ad ſigna Religioſi, vt patientiæ, caſtitatis &c. tenentur, non enim in totum ſunt à ſtatu Religioſo variati. *ibidem*. Vide *Pœna triremium*.

Vacantes exercitio artium damnatarum. Vide *Artes damnatæ*.

Vendere. Vide *Proprietas*. *Simonia*.

Venenum propinantes. Vide *Percuſſio n.* 2.

VICARIVS.

1 Vicarij Generalis electio, duratio, authoritas, priuilegia, &c. Vide *Generalis*. *Commiſſarius*.

2 Vicarij Conuentus debent habere 30. annos ætatis, & 10. Religionis attingere. *Conſt. cap.* 8. *ſtat.* 47. Poſſunt eligi a Capitulo, vel Congregatione Prouinciali, & etiam à Guardiano inſtitui. Qui Vicarij ſic inſtituti à Prouincia gaudent tanta auctoritate, quanta Guardiani, ſi abſentes ſint, vel moriantur. *ibidem*.

3 Præſentibus tamen Guardianis, nullam auctoritatem habent, quia ij ſufficiuntur in

Guar-

Digitized by Google

Guardianorum abſentia; immò nec etiam in Refectorio, Choro, & Capitulo, ſi Guardiani non declarauerint (prout moris eſt) vt Fratres illis obediant. *ibidem*.

4 Obedire tenentur Guardianis, etiam illis abſentibus, & ipſorum obſeruare præcepta, dummodò ipſi Guardiani per Prouinciam negotia acturi per aliquot dies abſuerint, quia quod parum diſtat, nihil diſtare videtur. Non poſſunt tamen Guardiani impedire Vicarios, quominus corrigant quotidianos defectus Fratrum, vt eſt auſcultare culpam, illoſque mittere extra Conuentum pro accidentibus, quia in abſentia Guardianorum habent eandem auctoritatem, tributam à Capitulo, ſicut ipſimet Guardiani. *Pœn. cap. 3. quæſt. 1. prope finem*.

5 Si autem Guardiani extra Prouinciam progrederentur, non tenentur Vicarij obedire ipſis, quia tunc nomine Guardiani gubernant: non enim poſſunt Guardiani exire extra Prouinciam, & ſubſtituere Vicarium, quia hoc ad Prouincialem ſpectat. *ibidem*. Immò neque amouere Vicarium à Capitulo inſtitutum.

6 Regens Conuentum tanquam Superior localis, qui aliquando ſolet appellari Præſidens, habet eandem auctoritatem Guardiani, & ſic poteſt abſoluere, ligare, præcipere,

punire, benedicere corporalia, &c. *Conſtit. cap. 8. ſtat. 47.*

7 Quamuis Vicariatus non ſit Prælatura, tamen per Bullam Vrbani VIII. Vicarij huiuſmodi ſequuntur Guardianos in præcedentia in Refectorio, & abſente Guardiano præcedunt alios in aliquibus locis, & actionibus; hoc autem valet inter Reformatos; vt videre eſt in Bulla inſerta in ſtatutis Reformatorum: ſecundum verò Vltramontana ſtatuta, locum habent Vicarij poſt Lectores artium, & Prædicatores Conuentuales in minoribus Conuentibus. *ibidem in fine.*

8 Vicarius Chori ad ordinandum, & regendum, ne inordinata armonia aures, & inconcinna pſalmodia ſpiritus fideles offendat, debet inſtitui in Capitulis. *Conſtit. cap. 8. ſtatut. 47.* Qui quidem Vicarius, ſeu antiquior Pater non venit ſub nomine Prælatorum in abſentia Prælati, nec eſt Superior in Choro, ſed habet quandam Prælationem ordinis, vt incipere faciat pſalmodiam, qualem etiam habent Hebdomadarij. *Pæn. cap. 13. q. 2. in fine.*

VESTIMENTA FRATRVM.

1 Debent eſſe vilia in pretio, & in colore, ita quod in veſtimentis ſemper reluceat vilitas, aſperitas, & paupertas; quæ paupertas nihil pretioſum habet; nec adeò vilia, & groſ-

ſa,

ſa, quod ipſa videntes, in horrorem inducant, & prouocent ad deriſum. Hæc autem vilitas, & aſperitas originem habent ab Adam, quem Deus non mollibus, ſed pelliceis veſtibus induit. Vniformia tamen eſſe debent, & longa; eo quod ipſis, vt plurimum, vſi ſint Apoſtoli, & Chriſtus Dominus. *Conſt. cap. 2. ſtat. 68.* Vide *Habitus*.

2 Tenentur Fratres ſub mortali ſtare determinationibus Prælatorum quoad latitudinem, & altitudinem habitus, caputij, & mantelli, cum in Regula non decernatur. *ibidem ſtat. 69.*

3 *Communi panno, ideſt qui omnibus inſeruit, omnes veſtiantur, nec ex particulari eleemoſina aliquis induatur. Contraueniens, ſuffragiorum iure ſexennio careat. Pannus verò ſine iudicio Superiorum nullo modo ſcindatur, vel à Fratre deportetur, ſub pœna priuationis vſus talium indumentorum; cum per declarationes Clemetis V. & Ioannes XXII. conſcientiæ Prælatorum onerentur. ibidem ſtat. 70.*

4 Procurantes ſibi habitum particularem ſine licentia, peccant mortaliter, ſic etiam petentes eleæmoſinas pro mercando panno, proprietatis pœna puniuntur. Sed ſi Superior ſuo muneri deeſſet in veſtiendis Fratribus, nullum peccatum committeret ſubditus, etiam ad denarios recurrendo, quia legem non ha-

bet neceſſitas, & ius naturale poſitiuo præualet. *ibidem*.

5 Neceſſitas autem non eſt opus, quod ſit extrema, ſed ſufficit moralis, & mediocris, vt ver. gr. niſi habitum ſibi procuraret, infirmaretur, vel infirmitati exponeretur, vel deformiter apud alios appareret. Hoc tamen intellige, poſtquam habitus fuerit repetiatus, quia aliter pauperes non eſſemus. *ibidem*.

Vigilantia Superioris. Vide *Superior*.

VINDICTA

Iniuriæ, ſi non ex odio, ſed zelo publicæ vtilitatis fiat, eſt actus iuſtitiæ, & tendit ad iniuriantis ſalutem; vnde poteſt quis amare fratrem ſuum, & de illo vindictam expetere. *Pæn. c. 16. q. 3. reſp.* 1.

Vinea quæcunque ad vinum prohibetur. Vide *Proprietas*. *Horti*.

VIOLENTIA.

Violentiam faciens in Eccleſijs, vel Monaſterijs Fratrum Minorum, & Monialium, ipſis ſubiectarum, ex Clemen. IV. apud *Collectorem V. Eccleſiæ Fratrum* §. 3. & 18. & 5. *Monaſteria* §. 7. eſt ipſo facto excommunicatus, abſolutio Papæ reſeruatur, & exemplariter etiam pœna capitis eſt puniendus, quia

ſce-

ſcelus eſt ſupremum, niſi paruitas materiæ excuſaretur. *Conſtitut. capit.* 10. *ſtatut.* 7. *quæſt.* 1.

VISITARE

Viſitare quomodo poſſit Epiſcopus Hoſpitia, & Monaſteria Monialium Regularibus ſubiectarum. Vide *Epiſcopus*. Viſitare Moniales. Vide *Moniales*. Viſitare Fratrum cellas. Vide *Guardianus*. Viſitare infirmos. Vide *Infirmus*.

VISITATOR.

1 Per Prouincias deſtinandus à Generali eligatur Vir prudentia, zelo, pietate, experientia, & dexteritate inſignis, qui vel Miniſter fuerit, vel ſit, aut Diffinitor Generalis, vel Prouincialis, quia in illo tota ſalus Religionis conſiſtit, cum Generalis Prouincias per ſe viſitare omninò non poſſit; ſi tamen Viſitator præfatis qualitatibus non inſignitus deſtinetur, recuſari à Prouincia non poteſt, nec enim talis deſtinatio per ſtatutum irritatur, ſed Generalis conſcientia grauatur, ſi in hoc notabiliter deficiat, parum verò prò nihilo reputatur. *Conſtitut. cap.* 8. *ſtatut.* 63.

2 Niſi occaſione celebrandi Capitula in Prouincias mitti non poteſt, non ad libitum

Generalis, quia conſuetudo, quæ in legem tranſijt, ſic induxit, & Ordo inſolitis viſitationibus perturbaretur (niſi à Prouincia peteretur) *ibidem ſtat*.64.

3 Celebrato ergo Capitulo, poteſt Generalis per ſeipſum iterum Prouinciam viſitare, quia eſt Superior ordinarius, ſed nouum Commiſſarium deſtinare non poterit, nec hoc eſt contra Bullam Gregor. XIII. *Quoniam noſtro*, quia ibi Papa intendit ſolitis Commiſſarijs à Generali deſtinandis auctoritatem ſtabilire; Commiſſarius verò extraordinarius, ſcandala potius, & conturbationes, quam vtilitates cauſaret. *ibidem*:

4 Debet Capitulum Prouinciale conuocare Generalis nomine (ſi ipſe Generalis adeſſe non poſſit) celebrare, expreſſa prius, & non præſumpta à Generali obtenta licentia, in ipſo præſidere, & ſingula ad Capituli celebrationem ſpectantia, præſtare. *ibidem ſtatut*. 64.

5 Opportuno tempore mittendus eſt, iuxta proportionem Prouinciæ, vt eam diligenter, non perfunctoriè poſſit viſitare; Tempus autem erit tres, vel quatuor, & in latiſſimis ſex menſium, vt in fine triennij, viſitata diligenter Prouincia, Capitulum poſſit celebrare. *ibidem ſtat* 65.

6 Sed antequam Commiſſionem exequatur,

Digitized by Google

tur, eam Prouinciali, vel præſenti, vel per litteras ſignificet, quia Delegato non creditur, niſi de delegatione doceat; vnde ſi de eius deputatione non faciat authenticè conſtare, poteſt à Prouinciali repelli, etiam ſi litteræ ad hoc miſſæ perditæ fuiſſent citra eius culpam, quia Tabellionis, aut nuncij culpa Prouinciali nocere non debet. *ibidem ſtat. 66.*

7 Ante viſitationis initium, debet Prouinciali iuriſdictionem, & obedientias ab eo conceſſas ſuſpendere, Conuentum vnum, non de principalioribus aſſignare, vt auctoritatem ſuam quoad regimen externum expiraſſe cognoſcat, & liberè contra eum iuſtas quærelas poſſint offenſi producere. Item præcipere Fratribus per vniuerſam Prouinciam, vt eorum Conuentuum limites non excedant, quia ſecus eos viſitare non poſſet, ſi accedens ad Conuentum, illos aliò iuiſſe reperiret. Sic etiam debet Viſitator de eius aduentu Prouinciam totam certiorare, ſe, & imminens Capitulum orationibus commendare, pœnas contra recurrentes ad fauores ſæcularium pro ambiendis officijs inflictas renouare, & ad hoc addere præcepta. *ibidem ſtat.67.*

8 Duos ſocios habere debet, celeriter viſitationem abſoluere, pedeſter incedere, Prouincias ſuperfluis ſumptibus non grauare, à munuſculis abſtinere, exemplo magis, quam

Digitized by Google

verbis præire, & neceſſitate accedente ſuper iumentis equitare. *Conſtit. cap.* 8. *ſtatut.* 67. *concluſ.* 4. Conuocare Fratres ad Capitulum, eos admonere, eiſque viſitationem indicere, præcipiendo, vt dicant, quæ de iure dicenda ſint, odijs, & paſſione ſepoſitis. *ibidem concluſ.* 5. Eccleſiam, & quæ in ea ſunt viſitare, Conuentum, Cellas, Officinas, & reliqua, iuxta praxim iam editam: Interrogare Fratres circa omnia regularem diſciplinam, & Regulæ obſeruantiam concernentia: præcipuè inquirere de Prouinciali, ſocijs, Guardianis, ſed in generali; & de ſuo etiam prædeceſſore, qui ſi exceſſus, & negligentias commiſerit, referat ſequenti Capitulo Miniſtro Generali, vt iuxta culpam publicè debitam pœnam portet. *ibidem*.

9 Non poteſt ſtatuta Prouinciæ condere, vel mutare ſine Capitulo: Fratres extra Prouinciam mittere, niſi ad Generalem pro eius negotijs: Prouincialem, & Patres ſine conſilio, & conſenſu maioris partis Patrum Prouinciæ punire notabiliter, aut priuare, niſi Generalis prius admoneatur, excepto caſu ſcandali notorij, & quod Generalis diſtet per decem dies itineris: Ad Ordines, & Profeſſionem admittere: In creditis ſibi Prouincijs vltra 20. dies poſt Capitulum manere. *ibidem concl.* 7.

Digitized by Google

10 Ijs Viſitatoribus reſiſtentes, illoſque impedientes contradicendo, opponendo, recuſando, &c. aut quouis modo rebellantes, ſunt ipſo facto excommunicati per Bullam Greg. XIII. *Quoniam noſtro*, excommunicatione Papæ reſeruata, officij priuati, & voce actiua, & paſſiua in perpetuum deſtituti. *Conſtit. cap.* 8. *ſtat.* 67. *concl.* 6.

Viſitatores quando poſſint Diffinitores reijcere, & alios Patres ſubrogare. Vide *Diffinitor num.* 22.

11 Votum in electionibus niſi ex Generalis ſpeciali delegatione, habere non poteſt, quia Viſitator non eſt Ordinarius, poteſt tamen ab officio excludere, quos indignos legitimè iudicauerit, quia ad hoc tendit præcipuè Viſitatio, ne indigni eligantur. Simplex autem Viſitatoris atteſtatio de indignitate non ſufficit aliquem excludendum, quia per ſtatuta iudicium legitimum requiritur, non tamen per plenam probationem, per confectos proceſſus, per latas ſententias de indignitate debet conſtare; nimis enim per hoc Religio conturbaretur, ſed debet Viſitator cauſas in viſitatione à fide dignis acceptas Diffinitoribus oſtendere, & hoc ſufficit: non enim de tollendo officio iam acquiſito, ſed de acquirendo impedimento agimus. *Conſtit. cap.* 8. *ſtat.* 67. *concl.* 8.

Ex-

Digitized by Google

12 Excluſus legitimè à Viſitatore, ſi nihilominus ſequatur electio, nulla eſt, & à Viſitatore debet infirmari, non confirmari; & Electores debent excluſioni Viſitatoris acquieſcere, quia ipſe ad hoc deſtinatur, nè indigni promoueantur. Indignus eſt autem, qui per probos viros de aliquo crimine eſt diffamatus, & licet non iuridicè condemnatus, promoueri non debet. Vitia debent per Electores Viſitatori manifeſtari, ſi alia via vitari damnum non poſſit, quia publicum bonum priuato præfertur. Retractantibus igitur Diffinitoribus excluſionem legitimam, Commiſſarius electionem factam confirmare non debet, immò infirmare. *ibidem verſ facta autem.*

13 Viſitatorum decreta, & ordinationes, tota Prouincia, & Fratres particulares ſub peccato mortali ſeruare tenentur, ſi id materia comportet, & Prouinciales, qui ea immutare, reſcindere auſeriut, ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione Papæ reſeruata, & incurrunt pœnas rebellantium. *ibidem.*

14 Viſitatoris officium, ſi iam aliquem actum iuriſdictionis exercuerit, durat ad viſitationis complementum, mortuo licet, vel amoto delegante. *Pæu. cap. 1. q. 4. Aduert. 6.*

15 In viſitatione ordinaria, ſiue Prouincialis, ſiue Generalis, ſiue Commiſſarij, ſunt manifeſtandi defectus, qui autem eos celauerit,

rit, vt in aliud tempus malitioſè ad ſuum commodum producat, non audiatur, infamis exiſtat, actibus legitimis perpetuò priuetur. *Pœn. cap.* 1. *quæſt.* 4. *dub.* 3. Vide *Accuſatio. Denunciatio.*

16 Viſitationes generales factæ, quamuis ſubſcribantur, nullum effectum habent in foro externo. Vide *Superior.*

VITA

Vitam communem non obſeruantes in omnibus, ad omnia Ordinis officia ſunt inhabiles, quia turpe eſt Superiori à ſubditorum vita redargui, vel eos à vita communi aberrantes redarguere. *Conſt. cap.* 2. *ſtat.* 73.

VITIVM

Vitioſi, litteris peiores fiunt, quia cibum ſcientiæ in ſui, & Religionis perniciem conuertunt, ideò ſtudentes huiuſmodi à ſtudio ſunt amouendi. *Conſtit. cap.* 5. *ſtatut.* 9.

Vituperationes. Vide *Improperia.*

VLTRA

Eſt dictio præcedentium implicitiua, etiam ſi illa non repetat, maximè in fauorabilibus, v. g. ſi maritus liget vxori vltra dotem centum aureos, cenſetur dotem & centum aureos illi ligare. *Pœn. cap.* 19. *quæſt.* 4.

VNIO

VNIO

Tam charitatiua inter SS. Patriarchas Dominicum, & Franciſcum effulſit, vt S. Dominicus vtramque Religionem ſub vna Regula militare deſiderauerit, & deſiderium S. Franciſco declarauerit. Cui S. Franciſcus reſpondit, harum duarum Religionum in Regula diuerſitatem, ad ſalutem fidelium eſſe ordinatam, vt cui vnius auſteritas non placeret, altera lenior non diſpliceret. *Pœn. cap.* 17. *q.* 1. *verſ. Vt autem.*

VOCALES

1 Impedit, etiam peſte, bello, &c. ſunt ad Capitulum Generale vocandi, non tamen expectandi, quia Generalis omnes conuocare tenetur, & cum bella Religioſos non afficiant, ius iſti habent accedendi, ſi poſſunt à Prouincia exire. *Conſtit. cap.* 8. *ſtat.* 21. Vide *Capitulum.*

2 Licet contra Vocales, ipſo die Capituli poſſit ciuiliter excipi, exceptio tamen criminalis, ſuis dilationibus omninò eſt agitanda vt exceptor probare; & reus ſe tueri valeat: *Pœn. cap.* 15. *quæſt.* 10. *verſ. Scio.*

VOCARE.

Vocans aliquem nomine irriſorio; v. gr. volpe,

volpe; bolliſta, luſco, zoppo, &c. vel ad deridendum, ſigna Crucis illi faciens, vnde patiens pro iniuriato ſe habeat, incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam, priuatur officijs, & exilio plectitur. Hæc autem pœna grauis impoſita eſt, vt vetentur quæcunque verba iniurioſa: nam tempore variarum diuiſionum Religionis aliqui deridebantur nomine *Priuilegiati*, *Collectanei*, *Bulliſtarum*, *Amadeiſtarum*, *&c.* Ad incurrendam verò pœnam præcedere debet charitatiua correctio. *Pœn. cap. 13. quæſt. 6.*

VOTVM

1 Eſt ſemper de iure diuino, licet fundetur, vt plurimum, in re humana, & poſitiua, & obligat pluſquam iuramentum, quia hoc ſolam reuerentiam in Deum continet; Votum verò reuerentiam, & fidelitatem, & ſic tota Regula noſtra poteſt dici eſſe de iure diuino, non tantum quia à Chriſto dictata, ſed quia ſuper totam Regulam votum noſtrum cadit, nimirum ſuper vota, vt vota, ſuper præcepta, vt præcepta, ſuper conſilia, vt conſilia ſunt. *Pœn. cap. 7. caſu 14. verſ. Quinto.*

2 Votum tamen obedientiæ quoquomodo verſus animam, & corpus, non obligat, ſed tantum in ijs, quæ iuri naturali, Diuino, & Regulæ non repugnant; vnde non tenemur in cor-

Digitized by Google

corporis ruinam obedire, quia corporis cura eſt de iure naturali, licet aliqui Sancti extraordinariè corpus in ordine ad ſubiectionem afflixerint; tamen ex operibus ſupererogatorijs non poteſt formari regula generalis. *Pœnal. cap. 17. quæſt. 6. verſ. Tenetur quidem.*

3 Non ligat vltra intentionem, quia eſt liberum, vt v. g. ſi aliquis profitetur vt Clericus, non habens voluntatem, niſi pro laico, & è conuerſo, profeſſio eſt nulla, & conſtito de intentione, expellendus eſt ab Ordine. *Conſt. cap. 2. ſtatut. 1. in fine.*

Vota eſſentialia in Religione Seraphica quam excellant. Vide *Regula. Franciſcani.*

VOX actiua, & paſſiua. Vide *Priuatio.*

VSVRPARE iuriſdictionem. Vide *Procurator, Retinere.*

VSVS

Eſt ius vtendi re aliena, ſalua rerum ſubſtantia: Diuiditur autem in vſumfructus, Iuris, & facti. Vſusfructus eſt ius percipiendi omnes omninò commoditates, & fructus, quomodocumque è re proueniant. Vſuarius nonniſi neceſſarios ad ſubſtentationem ſui, & familiæ pro ſua conditione, ita vt nihil deſit, nihil ſuperſit. Ille ad voluptatem, & lucrum; iſte ad meram neceſſitatem: Ille poteſt fructus alijs dare, ligare, ad hæredes tranſmittere; hic ſi

præ-

Digitized by Google

præter neceſſitatem propriam alijs dat, tenetur ad reſtitutionem, niſi ſeipſum illis priuet. Vnde de vna, & eadem re poſſunt eſſe duo vſuarij ſi vtriſque ſufficiat, non duo vſufructuarij, aut Domini. Vſus facti eſt, qui in ſolo facto conſiſtit, ſine quo humana vita conſeruari non poteſt, vt cibi, veſtis, &c. Vſus iuris eſt, ius vtendi aliqua re, diciţque facultatem, qua poſſumus rem alienam in noſtrum vſum conuertere, ſalua ſemper ſubſtantia rei. *Conſtit. cap. 6. ſtatut. 1.*

VVLNVS. Vide *Percuſſio*.

Laus Deo, B. V. Deiparæ, Seraphico Protoparenti Franciſco, ac B. Antonio Patauino, in cuius die ipſi dicato hoc opus compleui.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.
RERVM
Quæ in hoc Compendio continentur.

ABbatiſſa. pag. 1
Abiuratio. 7
Abortus. 10
Abſens. ibid.
Abſoluere. 11
Abſolutio. ibid.
Acceptilatio. 18
Accuſatio. ibid.
Accuſator. ibid.
Actus legitimus. *Vide* Priuatio.
Administratio. 24
Adulatio. 25
Adulterium. ibid.
Ædificare. 26
Ætas. ibid.
Affinis. 26
Affinitas: ibid.
Alchimia. 27
Aleæ. *V.* Ludus.
Alienare. 28
Alienatio. ibid.
Alloqui. *Vide* Loqui.
Ambitus. Ambitio. 28
Apoſtaſia. 29
Apoſtata. ibid.
Appellatio, 52
Arbitrium. 64
Arbitrarius: ibid.
Archiuium. 67
Archiepiſcopus. 69
Arctatio. ibid.
Arma. 70
Artes damnatæ. 75
Aſſenſus. 76
Aſſeſſores. ibid.
Auctoritas. 77
Audire Reum. *V.* Reus.
Audire Miſsã. *V.* Miſſa.

Yy Bapti-

Digitized by Google

B.

BAptizare. 77
Barba. ibid.
Beneficiatus. 78
Beneficium. ibid.
Bigamia. 79
Bigamus. ibid.
Blaſphemare. ibid.
Bona. 80
S. Bonauentura. ibid.
Bonus Vir. 81
Brachium. ibid.
Bulla. ibid.

C.

CAlceamenta. 82
Calumnia. 83
Calumniator. ibid.
Camiſia. 84
Canes, & Catelli. 85
Canones. ibid.
Cantus. ibid.
Capitulum. 86
Cappellæ. 90
Cappellaniæ. ibid.
Capſæ. Trunci. Cippi. pag. 91.
Caputium. ibid.
Carcer. 92
Cardinales. 127
Cardinalis Protector. *Vide* Protector.
Carnes. 128
Caſtitas. 129
Caſtitas violatores. *Vide* Fornicatio.
Caſus reſeruati. 129
Cauſa. 147
Cauſæ publicæ. *Vide* Delictum.
Cauſa expulſionis *Vid.* Expulſio.
Celebrans. *Vide* Miſſa
Cellæ Fratrum. *Vide* Clauſura.
Cenſura. *Vide* Excommunicatio. Irregularitas. Interdictum Suſpenſio.
Ceremoniale. 148
Chorus. ibid.
Cingulus. 150
Citatio. ibid.
Clauis. 153
Clauſura Fratrum. 154
Clauſura Monialium. pag. 158

Cle-

Digitized by Google

Clericus. 173
Quoad Ordines. *Vide* Ordo.
Cognatio. *Vide* Affinis.
Collatio ſcortina. *Vid.* Ieiunium.
Commiſſarius Generalis. 175
Commiſſarij General. multi. *Vide* Generalis.
Commiſſarius Curiæ. *Vide* Procurator.
Commiſſarius Viſitator. *Vide* Viſitator.
Commiſſarius Prouincialis. 182
Communio Sacra. 182
Commutare. *Vide* Proprietas.
Computus. 183
Conatus. 181
Concilium. ibid.
Concionatur. *Vide* Prædicator.
Confeſſarius. 186
Confeſſio Iudicialis. ibidem.
Confeſſio Sacramentalis. 188
Confeſſor Monialium. pag. 195
Confirmatio Sacramẽtalis. 201
Confirmare electionẽ. *Vide* Electio.
Cdngregatio. 202
Conſenſus. *Vide* Aſſenſue. Conſilium.
Conſeruator. 206
Conſilium. 220
Conſpiratio. 121
Conſpirator, ibid.
Conſtitutio. 231
Conſuetudo. 232
Contemptus. 233
Contradicere. 235
Contritio. 236
Contumacia. Contumax. ibid.
Conuentus. 239
Conuicium. 241
Conuictus. 242
Correctio. *Vide* Carcer num. 22.
Creditor. 143
Crimen. ibid.

Criminoſus. 243
Culpa. 244
Culpa Regularis. *Vide* Capitulum.
Cura Animarum: 246
Cuſtodes. ibid.
Cuſtos Carcerũ. *Vide* Carcer. n. 28. & 41.

D.

DAmnatus ad perpetuos carceres. pag. 109
Damnũ inferens clauſuræ Fratrum Minorum, vel Monialium eorum, ſunt excõmunicati. 185
Debilis. 247
Debitum. Debitor. Debere. ibid.
Decreta. ibid.
Declarationes. 248
Defenſiones. ibid.
Deflorans. 250
Deformitas. ibid.
Degradatio. ibid.
Delator. *Vide* Proceſſus num. 1.
Delegatus: *Vide* Iudex num. 1.
Delictum. 251
Delinquens. ibid.
Delicta inquirere. *Vide* Iudex num. 3.
Delicta incorrigibilia. *Vide* Incorregibilis.
Delicta carcer digna. *Vide* Carcer.
Delicta morte digna. *Vide* Carcer n. 19.
Delicta Carnalia. *Vide* Fornicatio.
Delictorum præſcriptio. *Vide* Accuſatio num. 2. & 15.
Delinquens. *Vide* Carcer in fine.
Denarij. *Vide* Pecunia. Proprietas.
Denunciator. 253
Depræhendere. Depræhenſus.
Deſcendentes à Iudæis &c. 254
Detractio. Detrahere. pag. 256
Deuotio. 257

Dieta

Dieta. 257
Diffinitor. 258
Diſcreti. 273. 98
Diſciplina. 275
Diſpenſare. Diſpenſatio, ibid.
Diſpenſare cum Illegitimis. *Vide* Illegitimi.
Diſquiſitores. *Vide* Electio num. 4.
Diuiſio. *Vide* Reformare.
DoctrinaSS.Bonauent. & Thom. 81
Dogmatizare. 112
Dolus. 288
Dominium. 290
Domus ſuſpecta. ibid.
Domus Diſciplinæ.
Dona. 291
Donare. ibid.
Dormire ſine habitu. *Vide* Artactio n. 2.
Dormire in Monaſterium. *Vide* Clauſura Monialium n. 9. *Vide* Conſuetudo.

E

ECcleſia. 291
Educandæ. *Vide* Puellæ.
Ædificare. *Vide* Guardianus.
Egredi à Conuentu. *Vide* Conuentus. num. 5.
Egredi è Conuentu. *Vide* Apoſtaſia numer. 16.
Electio. Electus. Electores. 293
Electio Abbatiſſæ. *Vide* Abbatiſſa à nu. 5. & infra.
Eleęmoſynæ ſraudatur pag. 103
Eleæmoſyna. *Vide* Proprietas.
Emere. Emptio. *Vide* Proprietas.
Epicheia. 307
Epiſcopus. 308
Equitare. 101. 314
Equitatio. ibid.
Eutrapelia. 319

Examen. 319.
Examinator. ibid.
Examen Confeſſariorum. *Vide* Confeſſio. Confeſſarius.
Exceptio. 321
Exceptio infamiæ. *Vide* Iudex num. 4.
Excipere. 321
Excommunicatio. 322
Excommunicatus. ibid
Expoſiti, ideſt Proiecti pag. 329

F.

FAbrica. 330
Facetiæ. ibid.
Falſum. Falſitas. Falſificatio. 330
Fama. *Vide* Detractio.
Fœmoralia. 336
Fauores ſæcularium. pag. 337
Fornicarius. 339
Fornicator. ibid.
S. Franciſcus. 348
Franciſcani. ibid.
Fuga. *Vide* Apoſtaſia. Carcer.
Fur. Furtum. 349
Fraudare. 103
Falſum deponere. 108

G.

GEneralis Miniſter pag. 349.
Geomantia. 362
Gladius. ibid.
Gratia. 362
Grauare. 363
Guardianus. 364

H.

HAbere. 375
Habitus. ibid.
Hæreticus. 377
Hæreſis. ibid.
Homicidium. *Vide* Percuſſio.
Honeſtas. 378
Horti. ibid.
Hoſpes. 378
Hoſpitium. ibid.

I.

IEiunium. 379
Ieſuita. 381
Ignorantia. 381

Igno-

Digitized by Google

Ignorantia in Diffinitore, & Iudice. *Vide* Diffinitor.
Illegitimi. 382
Illitteratus. 384
Imago. ibid.
Impedire. 384
Impedire litteras. *Vid.* Litteræ num. 4.
Imperium. 385
Importunum. 386
Impoſſibile. ibid.
Imprimere. ibid.
Improperare. ibid.
Inaudita parte. 387
Incorporare. ibid.
Incorrigibilis. 388
Indulgentia. 391
Infamare: 391
Infamia. ibid.
Infans. 397
Infidelis. 398
Infirmaria. 398
Infirmus. ibid.
Ingredi clauſuram. *Vide* Clauſuram,
Iniuriæ. 400
Innocens. 402
Inquietus. 403
Inobedientia: ibid.
Inquiſitio. ibid.
Inſtantia. 403
Inſtrumentum. ibid.
Inſurgere. 404
Integri Teſtes. *Vide* Teſtes.
Intercipere litteras. *Vide* Litteræ.
Interlocutoriæ. 404
Interſtitia. 405
Introdure in clauſurã. *Vide* Clauſura.
Intra. 405
Introducere mulierem in clauſuram. *Vide* Clauſura.
Ira. ibid.
Itinerare. 406
Iudæi. *Vide* Infidelis.
Iudex. 406
Iudicium. 415
Ius. 416
Iuſtitia. ibid.
Iuuenes profeſſi. 417

L.

LAborare. 418
Lacerare. 419

Lacticinia. 419
Laici. 420
Largitio munerum. *Vide* Caſus reſeruatus num. 13.
Latro. 421
Lauare. 422
Lectio. ibid.
Lectores. 424
Legatum. 428
Legitime. 429
Lex. 430
Libellus. 431
Liberare. 436
Liberatum à triremibus recipere. *Vide* Triremis.
Libri diuinatorij, & prohibiti. 436
Licentia. 437
Licentia fabricandi. *Vide* Fabricare. Guardianus.
Licentiam ingrediendi Monaſteria. *Vide* Clauſura Moniali͂u.
Licentiam habens exeundi à Prouincia. *Vide* Obedientia.
Ligare. 439
Litteræ. ibid.
Litterarum falſificatores, & eorum pęna. *Vide* Falſum. Caſus reſeru. n. 15. & 16.
Loqui. 440
Ludere. 442
Ludus. ibid.

M.

Machinatio. 444
Magiſter Nouitiorum. ibid.
Malum. 445
Mandatum. 446
Mandare. ibid.
Manifeſtæ iuriæ. *Vide* Iniuriæ. Conſeruator.
Marchioniſſæ quoad ingreſſum ad clauſuram. *Vide* clauſura Fratrum.
Mater. 447
Materia. ibid.
Matutinum. 447
Mauriti. *Vide* Infideles.

Me-

Digitized by Google

Medicina. 448
Mendicantes. ibid.
Merces. 449
Merum Imperium. Vide Imperium.
Metus. 449
Miniſter Generalis, vel Prouincialis. V. Generalis, vel Prouincialis.
Miniſtri Eccleſiæ ſtipendium. Vide Simonia.
Miſſa. 450
Miſſionarij. 451
Modeſtia. 452
Moleſtare. 453
Modus cõficiendi ſcripturas contra Generales. ibid.
Mollities. 454
Monachi. ibid.
Monaſterium. 455
Monaſterium Fratrũ. Vide Conuentus.
Monaſterium ingredi Monialium. Vide Clauſura Monialium.
Moniales. 455
Monialium clauſura. Vide Clauſura Monialium.
Monialium Confeſſarius. Vide Confeſſarius Monialium:
Monialium Abbatiſſa. Vide Abbatiſſa.
Monitio. 468
Mors. 469
Mox. 470
Mulieres. 470
Introducentes ad malum finem. Vide Clauſura Fratrum.
Mundus. 470

N.

Natiuitas D. N. Ieſu Chriſti. 471
Narratiua. ibid.
Neceſſitas. 472
Nefandum ſcelus. 473
Negligens. 474
Negotia. ibid.
Nobilitas. 475
Nota. 476
Notarius. ibid.

No-

Notabiliter. 476
Notorium. ibid.
Nouitia. 477
Nouitius. 480
Nouitiorum abſolutio *Vide* Abſoluere.
cũ Nouitio diſpenſare. *Vide* Diſpenſare.
Nouitij laici ad Clericatum promouẽdi. *Vide* Laici.
Nouitiatus locus. *Vide* Conuentus.
Nouitiorum Magiſter. *Vide* Magiſter.

O.

OBedientia. 500
Oblationes. 502
Obligatio. ibid.
Obloqui. 503
Obreptio. ibid.
Obſecrationes. 503
Occidens. ibid.
Occultum. 504
Occultare habitum. *Vide* Habitus.
Occultare, vel occupare litteras. *Vide* littera.
Odium, 504
Odioſum. ibid.
Offendere. 505
Officialas. ibid.
Officium. 506
Officium Diuinum. ibidem:
Ordinarius. 507
Ordo. 508
Ordo, ſeu Religio Frãciſcana. *Vide* Reformare num. 6.
Oracula. 510
Oratio. ibid.
Organa. 511
Otium. ibid.

P.

PActum. 512
Palam. 513
Papa. ibid.
Par. 514
Paria. 515
Parum. ibid.
Parentibus. ibid.
Participare. 515
Pater. ibid.

Pa-

Digitized by Google

Pater dignor quoad ſubrogationem. Vid. Diſſinitor n. 13
Paupertas. 520
Paupertatis laus. Vide Conſtitut. cap. 11. ſtatut. 1.
Peccatum. 521
Pecunia. 522
Pœna. ibid.
Pœnitentia. 528
Pœnitens. ibid.
Percuſſio. 529
Percutere. ibid.
Perfidia. 534
Permiſſio. ibid.
Pernoctare. 535
Perpetuum. ibid.
Petiæ laneæ, & lineæ. pag. 535.
Populi. 537
Poſſeſſio. ibid.
Poſt. ibid.
Præcepta. 538
Prædicator. 538
Prædicatio. ibid.
Prælatura: quid ſit. Vide Officium.
Presbyter ſeruiēs Epiſcopo. Vide Simonia.
Præſcriptio. 542
Præſidens. ibid.
Prætextus. 543
Præſumptio. ibid.
Pretium. ibid.
Præuaricatio. 544
Præuentio. ibid.
Princeps. 545
Priuatio. ibid.
Priuilegium. 548
Proceſſio. 551
Proceſſus. ibid.
Procurare. 553
Procurare legata. Vide Legata.
Procurare fauores. V. Fauores.
Procurator, & Commiſſarius Generalis Curiæ.
Profeſſio. 566
Profeſſi Iuuenes. Vide Iuuenes profeſſi.
Prohibere delictum. Vide Impedire. Excommunicatio n. 1.
Promotio. 567

Pro-

Proprietas. 570
Protector. 586
Proteſtatio. 587
Prouincialis. ibid.
Procurare. 594
Prout. 595
Prudentia. ibid.
Publicum. ibid.
Puella. *Vide* Monialis.
Punire. *Vide* Pœn. Pœnitentia.

Q.

QValitas perſonæ. pag. 595.

R.

RAdere. 596
Ratihabitio. ibid.
Ratio. 596
Rebellis. 597
Rebellio. ibid.
Receptantes Apoſtatas *Vide* Apoſtaſia.
Recipere mercedem. *Vide* Laborare.
Recipere Nouitios. *Vide* Nouitius.
Recitare Officium. *Vide* Officium.
Reclamare contra delictum. *Vide* Delictum.
Recurſus. 300
Recurrere per viam appellationis. *Vide* Appellatio.
Recuſare Iudicem. *Vide* Iudex.
Redditus prohibiti. *Vide* Paupertas Proprietas.
Rediens à triremibus. *Vide* Triremis.
Remediare. 603
Refectorium. 604
Reformare. ibid.
Regula. 609
Regulares. ibid.
Relapſus. 611
Religio. ibid.
Reliquias commutare. *Vide* Simonia. Caſus reſeruatus.
Remigantes. *Vide* Triremis.
Renunciare defenſiones.

Digitized by Google

nes. *Vide* Defenſiones.

Renunciare priuilegia. *Vide*. Priuilegium. Proceſſus. Contumax.

Repetiare. 612

Requiſita Nouitiorũ. *vide* Nouitius.

Reſidnetia. 612

Reſpondere Prçlato in culpa. *vide*. Caſus num. 14. infamare.

Reſtitutio famæ. *vide* Infamare detractio.

Retinere. 614

Reuelare. 615

Reuelare ſecreta extra Religionẽ &c. *vide* Caſus num. 3. 4.

Reus. 621

Rixa. 622

Rogamina. 623

Rota. ibid.

S.

SAcerdos. 623

Sacrilegium. ibid.

SanctumOfficium. 624

Satisfactio famæ. *vide* Fama.

Satisfactio condigna. *vide* Conſpirator.

Sandalia. 624

Sanctio. 625

Scandalum. ibid.

Schedulæ. ibid.

Schiſma. 626

Scientia. 627

Scriptura. 628

Secretarius. ibid.

Secretum reuelare. *v.* Reuelare.

Seditio. 629

Senatores. Senes. 629

Sententia. ibid.

Sententia expulſionis. *vide* Incorregibilis.

Sepultura. 630

Silentium. 631

Simonia. ibid.

Subornatio. 646

Sindicus. 651

Sine. 652

Socius. 653

Solemnitates in proceſſibus. *vide* Proceſſus.

So-

Solecitantes. 653
Sortilegium. ibid.
Soror germana Abbatiſſæ. *vide* Abbatiſſa.
Statim. 654
Statuta. ibid.
Studium. 656
Studentes. ibid.
Stylus. 656
Suadere. ibid.
Sudaria linea portare.
Subditus. 657
Subrogare. *vide* Diffinitor num. 13. 37.
Subreptitio. 658
Suffragium. ibid.
Summaria procedere. *vide* Proceſſus.
Superior. 658
Superſtitio. 661
Suſpectum conſortiū. ibidem.
Suſpectus. 665
Suſpectus Iudex. *vide* Iudex.
Suſpenſio. 665
Suſpendere. ibid.

T.

TAcere. 667
Talionis pœna. ibidem.
Tangere pecuniam. *vide* Proprietas. Pacunia.
Tanquam. 667
Taxilli. ibid.
Temeritas. 668
Tempus parum. *vide* Paruitas materia.
Tenere libros. *vide* Proprietas. Tenere Aleas. *vide* Ludus.
Tergiuerſari. 668
Terra Sancta. *vide* Miſſionarius. Guardianus Mōtis Syon.
Tertiari. 668
Tertiariæ. ibid.
Teſtis. 669
Timor. *vide* Metus.
Tormentum. *vide* Tortura.
Tortura. 673
Tradere. 682
Tribunal. 683

Tran-

Tranſgreſſio. 683
Trina monitio. *vide* Monitio.
Triremium pœna. pag. 684.

V.

VAcantes exercitio artium damnatarum. *vide* Artes damnatæ.
Vendere. *vide* Proprietas, Simonia.
Venenum propinantes. *vide* Percuſſio num. 2.
Vicarius. 688
Veſtimenta Fratrum. pag. 690.
Vigilantia Superioris. *vide* Superior.
Vindicta. 692
Violentia. ibid.
Viſitare. 693
Viſitator. ibid.
Vita, 699
Vitium. ibid.
Vituperationes. *vide* Improperia.
Vltra. 699
Vnio. 700
Vocales. ibid.
Vocare. ibid.
Votum, 701
Vota eſſenaialia. 702
Vox actiua, & paſſiua. *vide* Priuatio.
Vſurpare iuriſdictionẽ *vide*. Procurator. Retinere.
Vſus. 702
Vulnus. 703

FINIS.

Digitized by Google

ROMÆ,

M.DC.LXXXVI.

Apud Ioannem Baptiſtam
Buſſottum.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

PRACTICA CRIMINALIS

AD SANCTE ADMINISTRANDAM

Iuſtitiam in Ordine Fratrum Minorum S. FRANCISCI Regul. Obſeru. iuxta præſcriptum Statutorum Generalium.

Ex Sacris Canonibus, & approbatis Auctoribus compendioſè collecta.

GENERALI CAPITVLO ROMANO ANN. MDCXXXIX.

Probante, & mandante.

Quæ, quia & exteris vtilis apparuit, per eiuſdem Auctorem

P. FR. SANCTORVM DE MELFI

Tertiò reuiſa, & iterum diligentiſſimè correcta ac nouis Addictionibus aucta.

ROMÆ, Sumptibus Fælicis Cæſaretti. 1686.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Imprimatur iterum.

Si Videbitur Reuerendiſſ. Patr. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

I. De Angelis Archiep. Vrb. Viceſg.

Imprimatur iterum.

Fr. Ioſeph Clarionus Sac. Theolog. Mag. ac Reuerendiſs. P.F. Dominici Mariæ Puteobonelli Sac. Ap. Pal. Mag. Socius Ordinis Prædicatorum.

PRACTICA
CRIMINALIS
ADMINISTRANDAE IVSTITIAE

In Ordine Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ.

Facta ſunt leges, vt earum metu, humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis, formidato ſupplicio, refrænetur nocendi facultas.

S. Iſidor. lib. 6. Etymolog. c. 10. relat. diſtinct. 4. cap. 1.

TI-

Digitized by Google

TITVLORVM SERIES.

Quid, & quotuplex ſit Iudex. 1.
Quales eſſe debeant Iudices. 4.
Canones circa recurſum, & apellationem. 8.
Delictorum diſcrimina. 15. Pœnarũ genera. 20.
Applicatio Pœnarum delictis. 21.
Quam formam iuris ſeruare debeat Iudex. 37.
Accuſatio, ſeu Actor. 41.
Denunciatio. 47. Corpus delicti. 52.
Inquiſitio. 57. Exceptio 68. Indicia 71.
Fama, Infamia, Clamoroſa inſinuatio 80.
Teſtes 87. Tortura 98. Probationes 110.
Carcer 113. Reus 115.
Patronus Defenſiones 120. Sententia 129.
Forma inquiſitionis generalis paternæ 137.
Forma inquiſit. gener. iudicialis ex officio 141
Forma inquiſ. ſpecialis ex gener. emergẽtis 142
Forma examinãdi teſtes pro inquiſ. ſpeciali 143
Forma examinandi teſtes ex officio, quòad famam 106.
Forma examinandi de fama, extra viſitationem 148.
Forma procedendi contra infamatum 148.
Forma deſcribendi Corpus delicti manifeſti 151
Si Delictum fuerit dubium 154.
Forma adhibendi peritos, pro veneno 156.
De Defloratione 157.
Forma inquirendi authorem occultum delicti manifeſti 158.
Si de veneno agatur 160.
Si de veneno non conſtet clarè 161.

Si fuerit aliud delictum dubium 162.
Forma examinis vulnerati 163.
Forma examinandi teſtes ſuper indicia 165.
De inimicitia ibid.
De confeſſione extraiudiciali 167.
Forma generalis examinandi teſtes 167.
Si teſtis irreuerens, vel pertinax fuerit 169.
Si ad cor redeat à pertinacia 170.
Si mendacium dicat ibid.
Executio decreti carcerationis 171.
Si teſtis fuerit infamis, ac propterea torquendus 171.
Si teſtis fuerit varius, vel vacillans, ac torquendus 172.
Si teſtis aliud dicit cũ iuramento, aliud ſine 174
Si ab aliquo loco teſtis vocandus ſit 175.
Si decretum hoc mittendum ſit per litteras 176
Si examẽ teſtis vno die expediri non potuit 176
Forma conſtituendi Reum 177.
In ſecundo conſtituto 180.
In tertio conſtituto. Et ſi reperiatur excommunicatus 182.
Confrontatio Rei cum teſtibus 185.
Recognitio Rei à teſtibus 188.
Reus coram Iudice delinquens 189.
Tortura Rei. Defenſiones ante torturam 190.
Intimatio decreti. Aſſignatio Aduocati &c. 191
Prorogatio termini cum ſuo decreto 192.
Præſentatio Articulorum 193.
Examinatio teſtiũ ad defenſam 194.
Decretum oſtendẽdi proceſſum defenſiuũ parti 195
Pe-

Petitur copia defenſiui. Eius decretum 195.
Aſſignatio copiæ 196.
Decretum oſtendendi proceſſum Cōſultori 197
Reſtitutio proceſſus cum voto. Votum Conſultoris 198.
Decretum adhærendi voto 199.
Praxis inferendæ torturæ 199.
Secundæ torturæ decretum, & illatio 202.
Si tortus in tortura deficiat 203.
Ratificatio poſt torturam 205.
Tortura Rei pro complicibus 206.
Sententia. Citatio ad ſententiam 207.
Tenor ſententiæ 208. Abſolutoriæ 210.
Condemnatoriæ. Interlocutoriæ 211.
Exceptoriæ 112.
Contumacis condemnatio 213.
Tenor monitorij. Relatio citationis 114.
Citatio ad ſententiam 215.
Sententia contra contumacem 216.
Forma procedendi per accuſationem 217.
Libellus accuſatorius 217.
Acceptatio libelli 217.
Alia accuſationis forma 218.
Cauſæ deſcriptio 219.
Continuatio proceſſus 220.
Titulus defenſionum ibid.
Monentur partes pro expeditione cauſæ 221.
Forma denunciationis Euangelicæ 222.
Denunciatio Iudicialis ibid.

For-

Forma proceſſus per denunciationem 223.
Denunciatio facta per literas miſſiuas 224.
Examen denunciationis ibid.
Decretum de aſſignandis teſtibus 225.
Si is non acceptet litteras vt à ſe ſcriptas 226.
Vindicatio ab infamia, quod is litteras non ſcripſerit 227.
Denunciatio iuſſu alterius 227.
Teſtes, & Articuli aſſignantur 228.
Denunciatio ad vtilitatem de nunciantis 229.
Decretum de procedendo ob denunciationem ex officio 230.
Denunciatio exceptiua 231.
Acceptatio denunciationis 231.
Examen denunciantis 232.
Forma procedendi per exceptionem 233.
Forma inquiſitionis generalis à delegato 234.
Inquiſitionis ſpecialis à delegato 235.
Proceſſus in cauſa ſpeciali à delegato 236.
Proceſſus per delegatum ex fama 237.
Decreti in ſuſpectum de fuga 238.
Delegationis ob accuſationem, vel clamoroſam inſinuationem 238.
Delegationis ad vniuerſitatem cauſarum 240.
Delegationis ad aliquam cauſam 241.
Præcepti in carcerem detrudendi 843.
Apoſtolos concedendi 144.
Apoſtolos reuerentiales 244.
Apoſtolos teſtimoniales 245.

FR.

Digitized by Google

FR. IOANNES MERINERO

Totius Ordin. Min. S. P. N. Franciſci Miniſter Generalis, & Seruus.

Vniuerſis, & ſingulis Ciſmontanæ noſtræ familiæ Superioribus, ac ſubditis; ſalutem, & pacem in Domino.

VT in Ciſmontana noſtra familia vna ſit omnibus Prælatis forma adminiſtrandæ iuſtitiæ, atque in puniendis exceſſibus eandem methodum cuncti ſequantur; Comitiorum Generalium replicatis determinationibus inhærentes; *Praxim Criminalem*, tantoperè in Ordine noſtro deſideratam; Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Barberini Protectoris iuſſu compoſitam, per idoneos Patres, atque peritos diligenter recognitam, ac in nuperrimi Generalis Romani Capituli Diffinitorio propoſitam, ab eoque probatam, & Typis mandari præceptam; Vobis omnibus, & ſingulis ſeruandam tradimus, & Officij noſtri authoritate mandamus: pœnis in tranſgreſſores, nedum in illa ſancitis, verùm etiam grauioribus animaduerſuri, & quod primum eſt, diuini diſtrictionem iudicij comminantes. Valete, ac Deum pro nobis exorate. Romæ, in Conuentu noſtro Aracœlitano, die 7. Septembris 1639.

Fr. Ioannes Merinero, Miniſter Generalis.

AP-

Digitized by Google

APPROBATIO ORDINIS.

NOs infraſcripti vidimus Librum *Practicæ Criminalis* ad vſum noſtræ Religionis, de mandato Eminentiſſimi D.D. Cardinalis Protectoris compoſitum, & Typis dignum, ad communem vtilitatē, cenſemus. Datum in noſtro Conuentu Aracœlitano die 9. Maij. 1639.

Fr. Aſcanius de Aſſiſio, Procurator Generalis Reformatorum.

Fr. Ioſeph Redaellus, Procurator Generalis Ordinis.

Frater Benignus à Genua.

DECRETVM DIFFINITORII Generalis.

PRaxis Criminalis, *cui titulus: Ad ſanctè miniſtrandam iuſtitiam &c. Viſa, & approbata à ſupradictis Patribus, ex mandato Eminentiſſimi Protectoris, approbat Diffinitoriū Generale, & præcipit mandari Typis ad commune votum Prælatorum Ordinis noſtri, & plurimum commendat Patribus, & Commiſſarijs, alijſque Viſitatoribus, vt & vtantur, & formam eius, quantum caſus permittit, ſeruent. Romæ 18. Iunij 1639.*

Ex mandato Reuerendiſſ. Patris Generalis, & totius Diffinitorij, Fr. Antonius Hiquæus Definitor Gener. & Secret. Definitorij.

TI-

Digitized by Google

PRACTICA CRIMINALIS SANCTORI.

QVONIAM in omni Iudicio quatuor perſonas neceſſe eſt eſſe, Iudices electos, Accuſatores idoneos, Defenſores congruos atque teſtes legitimos. Ideo in toto hoc libello de hiſce perſonis, maiori, qua fieri poterit breuitate tractandum,

Quid Iudex, & quotuplex.

IVdex eſt, qui iudicium, ideſt rei abſolutionem, vel condemnationem miniſtrat. *Statut. Salmant. c. 10. ex c. nullus* 4. *q.* 4. Iudex triplex eſt, Ordinarius, Delegatus, & Arbitrarius. Primus à iure, Secundus ab ordinarij commiſſione, Tertius à partium aſſenſu poteſtatem habet. *De offic. Iudic. Ordin. & poteſt. deleg. in 6. per tot & c. 2. q. 6. l. 1. ſſ. de Arbitr. d. Stat. Salm. quo ſup.*

Ordinarij Iudices, in Ordine noſtro ſunt Miniſter. Vicarius, Commiſſarius Generalis: Miniſter Prouincialis, Vicarij, & commiſſarij Prouinciales eorundem. Procurator Ge-

Digitized by Google

neralis, Commiſſarius Curiæ, Procurator Generalis Reformationum, in ſuos ſubditos, Guardiani, Preſidentes, Superiores locales qui in abſentia Guardianorum, ex iure, vel ex conſuetudine authoritatem habent, in caſibus, qui inferius recenſebuntur.

Delegati ſunt qui ad aliquam, vel aliquas cauſas ab Ordinarijs deſtinantur.

Ordinarij Iudices ij tantum ſunt, quos ad Ordinis officia, & dignitates, generalia Statuta, & Pontificiæ Conſtitutiones habilitant.

Delegari non poſſint, niſi ætate maturi, moribus graues, eruditione conſpicui, & non niſi qui Miniſteriatus officio functi ſunt. Vel Definitores Generales, vel Patres Ordinis ſint, vel ſaltem Prædicatoris, vel Lectoris titulo, & exercitio decorati fuerint, vt in re, quæ diuina eſt, quantum fieri poterit, non erretur. *Valliſol. c.* 8. Delegati ad vniuerſitatem cauſarum, ad aliquam ſubdelegare poſſint; quod vſui receptum eſt in Viſitatoribus Prouinciarum, etiamſi in ipſorum patentibus dicatur, de tua prudentia, &c. Niſi aliud, ex mente delegantis, & negotij qualitate ſuadeatur, *Gloſſ. in cap. cum cauſam extra de Apell.*

Delegati authoritas, re adhuc integra: mortuo, vel amoto delegante; eo ipſo expirat, ſecus ſi cauſam ſibi delegatam cognoſcere inceperit, citando reos, vel teſtes examinando.

Ma-

Digitized by Google

Maſtrill. deciſ. 6. num. 12. Laudem. de princip. q.598. Laurent.in tractat.de ſuſpec. iudic.ab.c.16. num.41. Burg.q.867.n.10.

Moriente autem ipſo Viſitatore Prouinciæ, incepta iam viſitationis, acta viſitationis ſigillo Prouinciæ ſigillata, per Secretarium demortui conſeruentur, ſucceſſori, vel alteri ad Reuerendiſſimi Patris Generalis imperium tradenda. Interim eodem Patre Generale de obitu commonefacto, Prouincialis Prouinciam gubernet, vt Prouincialis, ſi non dum triennium expleuit, ſi vero expleuit, vt Commiſſarius Prouinciæ.

Arbitri eaſdem conditiones habeant.& minimè à partibus eligantur, niſi ordinarij Iudicis, cuius intereſt, aſſenſus accedat. Semel autem electi, à partibus, vel à ſuperiore, qui in nominationem conſenſit (niſi id vnanimes retractauerint) impediri non poſſint, quo minus cauſæ ſibi commiſſæ finem imponant. Poſſint tamen, iuſtis de cauſis à Generalibus remoueri, (niſi, & ipſi in tales arbitrios conſenſiſſet) quo caſu, ad ordinarium cauſæ cognitio pertinebit.

Latæ ab arbitris ſententiæ omnino ſtetur nec ab illa appellare licebit, niſi de iniquitate manifeſtè conſtet, vel ante iudicium appareat, arbitrum aliquem corruptum, vel graui iniuſtitiæ ſuſpicione laborare. *Stat. Salmant. cap.* 10

Digitized by Google

Andreas Gayl.obſeru.96. l.1. num.1. Tunc enim integrum alterutri ex partibus erit ab iniquis arbitris appellare.

Quales eſſe debeant Iudices.

LIcet Ordinarij Iudices eſſe non poſſint, qui ab officijs Ordinis excluduntur, attamen claritatis gratia, tam quoad ordinarios, quàm quoad delegatos hæc ſeruanda erunt.

Primum, naturaliter inhabiles ad iudicandum, cuiuſmodi ſunt ſurdi, & muti perpetuo furioſi, illiterati, laici, amentes, ſiue tales defectus habeant ante, ſiue poſt acceptum munus Iudicis, & Superioris, Iudices eſſe non poſſint.

Præterea infames, ex communicati vitandi, inimici, etiam non capitales, alias ſuſpecti, vel à quibus fuerit aliàs appellatum, iudices recuſari poſſunt.

Ad hæc recuſari poterunt, qui iuris ordinem non ſeruauerint. *Stat. Salmant. c. 10. & alij paſſim. Direct. inquiſ. 3. p. con. 116. de recuſat. inquiſit. & ibi Pœnam.* Qui parti nimium fauerint. *C. accedens 2. lite non conteſtata.* Qui inimicos ſupra quam deceat familiares ſe oſtenderint, *C. hoc de reſcrip.* Qui modum commiſsionis, & executionis exceſſerint. Qui fuerint reo, vel actori coniuncti. Qui reos extraiudicialiter grauauerint, *Rodriq. to. 2. q. 50. art. 3.*

Digitized by Google

art.3. Qui votum ſuum ad fauorem partis manifeſtauerint. Qui recuſantes, minati fuerint, *Cæſar.de Aſiſ.dec.*109.*num.*5. *&* 9. Quorum ſocij, vel ſegretarij eſſent accuſator, vel teſtis. *C. cauſam de off. deleg.*1. Hi omnes recuſari poterunt. *Nauar. in Manual. c.* 25. *nu.*33. *&* 15. *Mirand. ord. Iudic.qu.*30.*art.*12.*conc.*3. *Ghiſt.de iudic.reg. c.*15. *n.*44. Aduertentes reos, nè ſub colore concepti, vel imaginarij grauaminis probos iudices recuſent, quia niſi certo timeant ſibi à Iudice imminente periculum, eum leuiter recuſantes, in mortalis culpæ reatum incurrunt.

ADDITIO.

Dupliciter poſſunt Prælati regulares procedere in cauſis ſuorum ſubditorum. Vel vt patres, vel vt Iudices.

Vt Iudices debent procedere iuxta allegata, & approbata, ſeruato iuris ordine, ſine tamen ſtrepitu, & figura iudicij, hoc eſt ſummarie, & de plano ſola facti veritate inſpecta ita tamen, vt ſemper eſſentialia iuris ſeruentur, & nihil incommodi patiantur ius naturale & gentium, omiſſis apicibus iuris, & accidentarijs ſolennitatibus iudicij.

Ius autem gentium apud Regulares ſunt ſtatuta generalia Ordinis. Neceſſaria vero & eſ-

ſentialia ſunt omnia ad defenſionem naturalem pertinentia, vt ſunt capitulorum, ſeu culparum reo manifeſtatio, conceſſio moræ, ſeu temporis ad reſpondendum, teſtiumque propalatio quoad nomina & dicta. Sed hoc vltimum fieri tantum debet in cauſis criminalibus grauibus ex ſtatuto Ordinis Minorum obſeruatium, ne reus indefenſus ſucumbat, vt per *Rodriq. tom. q. 3. ar. 1. & Mirand. tom. 1. ordin. indic: q. 6. 7. & 8.* vbi agit de modo procedendi per viam generalis, & particularis inquiſitionis, *& q. 14. ar. 1. 2. & 3.* agit de iuris ordine, ſeu de ſubſtantialibus iudicij, & de ſolemnitate, ſeu apicibus iuris, & *Tom. 2. ordin. indic. in pract. can. q. 3. ar. 1.* ponit differentiam in modo procedendi Prælatorum vt patres, vel vt Iudices.

Antequam Iudex procedat contra delinquentem, debet conſtare de delicto commiſſo. Nec poteſt procedere per viam accuſationis, niſi conſtet de perſona delinquentis, & de perſona offenſa. Per viam verò denunciationis, in qua quis denunciat de aliquo delicto commiſſo, poteſt procedere ex officio, non tamen contra denunciatum, delicto non declarato a denunciante, donec conſtet, ſaltem ex præſumptione fuiſſe ab ipſo denunciato commiſſum. Per viam autem inquiſitionis ad puniendum non licet procedere contra aliquem in ſpeciali, niſi conſtet plena probatione delictum fuiſſe

com-

commiſſum ab eo, vel diffamato detur copia iudiciorum, & audiatur.

At ſi ad inquirendum tantum procedit, & non ad puniendum, non licet procedere, niſi ob graue crimen,& quando inquiſitio eſt particularis, idque ad capturam tantum, & carcerationem.

Quod ſi delinquens ſit Regularis debet præcedere plena probatio,vt carceribus tradatur.Sufficit tamen ſemiplena, vt reponatur in cuſtodia, ſeu domo diſciplinę,vt per *Rodriq.loc.cit.ar.2.& 3.& Mirand.vbi ſup.q.13.ar.2.& q.14.ar.2.& 3.*

Si Iudex munera, ſeu pretium accipiat pro iuſtitia adminiſtranda à partibus præter conſtituta, ſententia, etiamſi aliàs iuſta, vt ipſo iure nulla, *Cap. ei, qui, §. Venales 2. q. 6. l. venales C.quando prou.* non eſt neceſſe, & Doctores communiter.

Ante declaratoriam Iudex, qui precio tulit ſententiam iuſtam, tenetur ad reſtitutionem pro foro conſcientiæ pretij accepti ei,qui dedit, vt ex communi teſtatur *Leſſ. lib. 2. c. 14.n.63.*

Si autem pretium pro iniuſta ſententia accepit, reſtituere debet parti læſe per talem ſententiam.

Infamiam iuris incurrit, & conſequenter irregularitatem Iudex qui condemnatus fuerit iudicio legis Iuliæ repeſundarum, ideſt de precio, ſeu pecunia accepta pro iuſtitia mini-

Digitized by Google

ſtranda, vel non miniſtranda, quia hoc iudicium eſt publicum, *l.1. ff.de publ. iudic.* & condemnatum reddit infamem *l.1.ff.de his, qui not. infam.*

Si quis Iudex Eccleſiaſticus ordinarius, vel delegatus contra conſcientiam, & contra iuſtitiam in grauamen partis alterius in iudicio quidquid fecerit per gratiam, vel ſordes, ab executione officij per annum nouerit ſe ſuſpenſum, ad æſtimationem iſtis parti quam læſerit condemnandus, *cap.1. de ſent. & re iudic.* Quæ ſuſpenſio eſt ordinis, & officij, vt per *Sayr. de cenſur.lib.4.c.13.num.3.* non autem a beneficio, *Farinac. q.111. n.76. & ſeq.* eiuſque abſolutio eſt ex natura ſua Papæ reſeruata.

Canones circa recurſum, & appellationum.

QVia recuſare Iudicem, & ab illo appellare, non minus concernit reos, in quorum innocentiæ præſidium conceditur, quàm ipſos iudices, qui recuſantur, & à quibus prouocatur; ideo in hac parte, vbi de Iudicis perſona agitur, totam materiam recuſationis, & appellationis congerimus.

Primò appellari poteſt tam ab Ordinario, quam à Delegato. *Vallisol. c. 7.*

Secundo, recuſans Iudicem ordinarium, coram ipſo adducere debet legitimam cauſam ſiue ſcripto, ſiue voce, puta ſi eodem die, eademque

Digitized by Google

demque iudicij forma perſiſtente, appellatio in continenti interponatur, vel ſi publicè, aut coram teſtibus reus proteſtetur, & ad ſuperiorem petat recurſum. Tunc Iudex in actis hanc inſtantiam, vel appellationem redigere debet, quam (ſi friuoſi ſit) reijciat; ſi legitima admittat, reumque vel ad Superiorem remittat, vel ei alium Iudicem non ſuſpectum, aſſignet. *L. cum quidam ff. de appell. c. ſi* 1. *eodem tit. l.* 1. *ff. de appell. litigatoribus C. eod. c. iudicet* 11. *q.* 1. *vbi gloſs. l. fauorabiliores ff. de regulis iur.* Si dubia, electis vtrinque arbitris, de appellationis validitate decernatur. Quibus non concordantibus, de arbitrorum conſenſu adijciatur tertius *C. inter monaſterium de re iudicata c. cum ſpeciali de appellat.* Ex quorum iudicio, valida exiſtente appellatione, à iudicio abſtineat, & reo alium Iudicem concedat, vel (vt dictum eſt) ad Superiorem remittat. *C. ſuſpicionis tanta gloſs. de offic. Iudic. de leg.* Si vero non ſubſiſtere iudicetur, reus ordinarij ſui iudicio ſtet, qui circa illum ſuo fungatur officio. Quæ omnia ſeruari debent in recuſatione Iudicis delegati, præcipuè vbi grauis cauſa agenda eſſet, & periti in hac profeſſione, non ita facile reperirentur *C. ſuſpicionis c. cum ſpeciali citatt.*

Tertiò, appellatione interpoſita, & adhuc pendente, Iudex ſub pœna nullitatis actuum, & priuationis officij non debet procedere in

cauſa:

cauſa. *C. appellat. interpoſita &c. ſequ. 2. q. 6. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & 4. & ſeſſ. 24. cap. 20. de refor.* Admiſſa deinde appellatione, cauſa tota ex integro, cum effectu ſuſpenſiuo, & deuolutiuo ad Superiorem Iudicem deferatur. Excepta ſententia lata excommunicationis, quam appellatio non ſuſpendit. *C. is qui §. final. de ſent. excom. in 6.*

Quarto, vbi appellationi ſit locus, à Prouinciali ad Generalem; à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Sacram Congregationem; à Sacra Congregatione ad Sanctiſſimum appelletur. *Greg. XIII. quoniam noſtro S. Congreg. an. 1587. apud, conpend. priuileg. v. appellatio.* Quo ordine temere non ſeruato, appellans non audiatur, immò omni ſuffragiorum iure triennio carere, & bimeſtri carceri mancipari debet. *Vallisol. c. 7.*

Quinto, appellatio interpoſita poſt decem dies à ſententia, nulla eſt numerari tamen debeant dies ab habita cognitione ſententiæ, vt abſentium indemnitati conſulatur.

Sexto, admiſſa appellatione teneatur Iudex, à quo ad Iudicem, ad quem appellatum eſt, per ipſum reum copiam proceſſus ſigillatam, & gratis conceſſam, intra triginta dies, cum literis obedientialibus deſtinare. *L. 1. ff. fin. de appell. c. cum ſit Romana c. vt debitus c. cauſam de appell. S. Th. 2. 2. q. 69. art. 5. Trid. ſeſſ. 13. c. 3. de reform.*

Valli-

Digitized by Google

Valliſol.c.7. Niſi ille ſit de fuga ſuſpectus, quia tunc reo in cuſtodia retento, ſufficit per alterum acta tranſmittere, ante quorum receptionem Iudex appellationis, nihil in cauſa decernere debet, alias proceſſus erit nullus, niſi in eo caſu, quo proceſſus copia, in tempore ſtatuto non mitteretur, tunc enim quid iuſtitia ſuaſerit, exequatur. *Valliſol.c.7.*

Septimo, dubia appellationis exiſtente ſententia, in rei fauorem, Iudex inclinare tenetur. *Vt debitus, de appellat.*

Octauò, à correctionibus regularibus, à mortificationibus, pœnitentijſque ſalutaribus de quibus proceſſus non formatur, ab obedientiæ præceptis, ac à pœnis in Statutis generalibus Ordinis taxatis, nulli fas eſt appellare. *Bonifac.VIII. ad augumentum. Valliſ.c.7.c.ad noſtram c.cum ſpeciali,de appel.*niſi vbi notabiliter modus in mortificationibus excederetur; & non à pœna legis, ſed à Iudice pœnam applicante, appellaretur. *C. de priori de appell.c. licet de off·Ord.Salmant.c.*10.

Nonò, ſi reus repertus fuerit indebite iudicatus, & notabiliter grauatus, Iudex à quo appellatum fuit, puniatur. Si vero rectè iudicatus reperiatur, ei pœna iniuncta, duplicetur. *Valliſol. c.7.*

Decimò, ſi reus non acceptata ſententia, vel appellatione interpoſita: vel ea interpoſita, non

Digitized by Google

non expectatis literis obedientialibus, copiaque proceſſus. Superiores ipſos adierit, ad Iudicem, à quo appellauit, vel diſceſſit remittendus eſt, ab ipſo iudicandus. atque apoſtatarum pœna plectendus, *Valliſol.cap.7.*

Vndecimo friuolæ appellationes omninò reijciantur, eæ, autem ſunt. *C. cum ſpeciali §.porrò, extra de appellat.* Primò cum appellatur à delicto notorie commiſſo, quod nulla valeat tergiuerſatione celari, niſi à Iudice declarante notorietatem appellaretur. *Nauar.l.5. conſ.20.num.5. de ſent.excom.* Secundo, cum appellat reus confeſſus, & conuictus, *L.2.c. quorum appellat non recipiuntur c.cum ſit Roman. c.peruenit.de appell.* niſi probare vellet confeſſionem factam per vim, metum, vel errorem. *Carrar. practic.crim.1.p. §.3.caſus.* Tertio, ſi Iudici interroganti reſpondere, vel citatus comparere noluit; ex quo tanquam confeſſus, & contumax fuit condemnatus, niſi prius purgauerit contumaciam. *Congr.regul. apud Bertum in praxi tit.27.de appel. c.3.* Quarto, ſi ſententiam acceptauit, eiuſque ſubſcripſit, vel ſuo nomine ſubſcribere fecit, *Veſtrius in l. q. c.3. num.16.* Quinto ſi poſt trinam appellationem, quartam addere vellet. Poteſt enim reus in eadem cauſa, apud diuerſos Iudices bis, vel ad ſummum ter appellare, vlterius non poteſt. *C.direc.c.tua nobis de appell.* Sexto ſi nullam

iuſtam

iuſtam appellationis cauſam afferret, quia ex Bernardo ad Eugenium; qui non grauatus appellat, manifeſtè liquet, quod aut grauare intendit, aut tempus redimere. *C. quicumq. 2.* id autem locum habet, cum ab interlocutoria, ſiue extraiudicialiter, vel à correctionis exceſsu appellatur, non verò cùm à definitiua, & iudicialiter. *Nau. l. 2. conſ. de appell. conſ. 1. num. 3. c. Rom. de cenob. in 6. §. ſi autem naturalis Foller. de ord. procedendi contra Monachor. num. 22. 24.* Septimo, ſi à Iudicis arbitri, in quem conſenſit, ſententia appellaret. *C. à iudic. 2. q. 6.* Octauò, cùm appellatur ab interlocutoria, quæ per definitiuam reparari poteſt. Si enim reparari non poteſt, vt accidit in carceratione indebita, in tortura in excommunicatione, etiam comminata, ſuſpenſione; interdicto. *Trid. ſeſſ. 13. c. 1. ſeſſ. 22. c. 1. ſeſſ. 24. c. 10. & 20. de reform. Vallis. c. 7.* (quæ ſunt damna irreparabilia,) vel interlocutoria, vim definitiuæ haberet, tunc appellationem acceptare tenetur, nam hæc friuolæ appellationes dicendæ non ſunt. *Congreg. Concil. 3. Octob. an. 1600.*

Duodecimo, Appellatio à ſubdelegato, non ad delegatum, ſed ad delegantem deferenda eſt, *Extr. de off. deleg. c. conquæſtus §. porrò.* Niſi delegatus fuerit ad vniuerſitatem cauſarum, ad quarum aliquam, Commiſsarium poſtea deſtinarit. *C. qui pro ſua iuriſdict. . . l. 1. ff. quis & à quo appell. fin.*

De-

Digitized by Google

Decimotertiò, cauſas appellationis examinare tenetur Prouincialis cum ſuo definitorio. Commiſsarij, Viſitatores, & Delegati eiuſdem definitori voto, & conſilio vti debent, niſi aliud cauſæ genus, & ratio ſuaſerit, quo caſu probatos aliquos Patres illius Prouinciæ in hoc examine adhibere poterint.

Decimoquarto, cui appellare conceditur, is in quacunque parte cauſæ, vbi grauaminis ſuſpicio aduenerit, hoc naturæ, & legis beneficio vti poterit.

Decimoquintò, poſt appellationem, ſi Iudex tempus proſequendæ appellationis non determinauerit, reus appellans ſex Menſes habet, quibus ſua iura deducere poteſt. Ijs autem expletis, cenſetur appellationis iuri ceſſiſse, niſi infirmitate, vel ſimili aliquo impedimento ſe detentum fuiſse monſtraret; quominus appellationem proſequi valuerit.

ADDITIO.

Excommunicationem incurrunt Papæ reſeruatam multi Regulares appellantes ab ordinationibus Prælatorum, etiam ad Papam, vel per ſaltem, vt per *Sanchez.in decal.lib. 6. c 8.n. 107.cum ſeqq. & Dianam p.2.tr.2. reſol.*54. Tale ius habent Carmelitani, *ex Bulla Clementis VIII. incip. Quoniam.* 110. & Franciſcani de Obſeruantia *ex Bulla Gregorij XIII. Conſt.*27.

quo-

Digitized by Google

quoniam noſtro, & alij communicantes cum illis in priuilegijs. Hæc tamen cenſura non procedit, ſi ſubditus à ſuis Prælatis prægrauetur, & grauamen ſit manifeſtum, vel ſi appellet venia prius à Papa obtenta, *Sanch. loc. cit. num.* 110.

Delictorum diſcrimina.

CVm iudicis munus delicta punienda, & emendanda reſpiciat, libe, delictorum adnotare diſcrimina, attamen adeſt. *Salamant. c.* 10. *vbi decernitur non teneri Iudicem conſeruare ſcripturas vltra ſex menſes C. cum ſit Roman c. ex nomin. de appel.*

Delicta vel ſunt leuia, vel grauia, vel grauiora, vel grauiſſima leuia ſunt quotidiani defectus, vt Silentij violatio, Cibi, vel Potus ſine licentia ſumptio, Inceſsus ſine religioſa modeſtia, Ad recitandum officium moroſa acceſſio; Leuis irriſio, vel prouocatio æqualium, temporis iactura, & alia huiuſmodi, quæ culpam mortalem non habent, & ſolent à Guardianis, in publico Refectorio, per quotidianas pęnitentias emendari. *Valliſ. c.* 2. *&* 7. *Barth. in l. ſi. non ſolum* §. *ſi mundato meo num.* 7. *ff. de iniur. & in l. leuia ff. de accuſat.*

Grauia ſunt quæ culpam mortalem continent, vt ſi Miſſam die feſto non audierit: Ieiunium fregerit. Diuinum officium non recitauerit,

tauerit, vel choro notabilitet, contra obedientiam, non intereſſe conſueuerit, Diuinis verbis in profanis colloquijs abuſus fuerit, Communionem, & Confeſſionem, vel Miſſam celebrare, ſine cauſa, cum ſcandalo notabiliter omiſerit. Otio cum Fratrum ſcandalo indulſerit, obſcœna verba, & ſcandaloſa coram alijs protulerit. *Clar. l. 5. §. ſunt etiam.*

Grauiora ſunt, quæ grauiorem continent culpam, vt ſi quis notabili infamia Fratrem affecerit. Qui conuicia, & enormes contumelias Fratri obiecerit. Qui alicui, tu mentiris, improperauerit. Qui percutere grauiter minatus fuerit. Qui falſum teſtimonium in iudicio dixerit. Qui fratrem manibus, ligno, vel alio inſtrumento, citra ferrum, grauiter percuſſerit. Qui obedientiæ contumax extiterit. Qui propietarius in re notabili repertus fuerit. Qui religionis ſecreta reuelauerit: Qui libellos famoſos publicauerit, vel compoſuerit, vel ſcripſerit. Qui libros ſine licentia Superiorum Ordinis, & aliorum imprimi fecerit: Qui in ſuſpecto conſortio deprehenſus fuerit. Qui actum carnalem ſollicitauerit. Qui furtum, vel ex bonis Conuentus, vel ex aliorum domibus cum ſcandalo, vel iterato commiſerit. Qui nummis in Conuentu, aut extra cum ſæcularibus alea, vel taxillis luſerit. Qui Prælatorum literas interceperit, vel impedierit. Qui

in

Digitized by Google

in Prouinciales, & Superiores locales rebellauerit. Qui in omnem apoſtaſiam, excepta grauiſſima inciderit. Qui arma offenſiua, vel defenſiua, aut ſecum tulerit, aut in Cella retinuerit. Qui de Protectore, vel Cardinalibus temere oblocutus fuerit. Qui receperit, vel ad profeſſionem admiſerit, non ſeruatis Conſtitutionibus, & Statutis. Qui à nouitijs dona receperit contra Regulam. Qui camiſias, vel linea indumenta detulerit, vel cum ijs ſine neceſſitate regulariter dormierit. Qui comœdias in ſæcularium domibus recitauerit. Qui equitauerit ſine cauſa, & licentia. Qui notabiliter orationi vacare contempſerit. Qui Principum negocia ſine licentia, & contra voluntatem Superiorum acceptauerit, vel egerit. Qui ex officio tenentur, & charitatem circa hoſpites, & infirmos neglexerint. Qui ſine licentia confeſſiones audierit, vel à reſeruatis aſoluerit. Qui in morbum Gallicum inciderit ex delicto. Qui, vt alius ordinetur, non ſeruatis ſeruandis, licentiam conceſſerit. Qui ſuo Conuentui, vel officio notabiliter, & ſine legitima cauſa non reſederit.

Grauiſſima ſunt, quæ ſummam culpam, vel turpitudinem oſtendunt, vt fornicatio, crimen peſſimum, & innominabile. Aggreſſio ferro facta, vel ſecuta percuſſione, vel vulnere, vel morte; Falſificatio manus, vel ſigilli Ge-

li Generalis, vel Prouincialis, & etiam Principum, ac notabilium perſonarum; Introductio mulierum intra clauſtra ad malum finem. Conſpiratio in Superiorem. Diuiſionis Ordinis procuratio. Recurſus ad tribunalia ſæcularia. Simoniam quoquo modo committentes. Confeſſionis Sacramentalis reuelatio. Grauiſſima apoſtaſia. Rebellio in Generales, & Commiſſarios, Viſitatores Prouinciarum; Subordinatio in electionibus, Alchimiæ confectio. Monetarum adulteratio. In Romanum Pontificem oblocutio. Suſceptio Ordinis ſine parentibus, vel in non ſuſceptis miniſtratio. In clauſuram Monialium ſine licentia ingreſſus, vel eiuſdem violatio.

In leuibus ſuperiores locales, ſine ſcripto, procedant, qui etiam aliquando in grauibus (pariter ſine ſcripto) per ſalutares pœnitentias procedere poterunt: præcipuè vbi fragilitatis pondus, & charitatiua correptio emendationem promittunt. Si tamen ſcripto procedendum eſſet, Superiores locales à grauium correctione deſiſtant.

Quippe grauium, grauiorum, & grauiſſimorum, ſeù enormium, ac atrocium ſcelerum iudicium ad Prouinciales, ac Generales, eorumque Vicarios, & Commiſſarios de iure, & conſuetudine ſpectare dignoſcitur.

Verùm enim verò, vbi periculum eſſet in

mora,

Digitized by Google

mora, & delictum notorium, nec Prouincialis in proximo reperiretur, poſſint & debeant Guardiani, alijque Superiores locales, tanquam Prouincialium delegati, cum Diſcretorum conſilio delinquentem quemcumque carceribus, vel cuſtodiæ mancipare, & ſtatim Prouincialem de delicto certiorem reddere: Et ſi de corpore delicti; niſi in inſtanti caperetur informatio, eius cognitio deperiret, vel non ità clarè appareret, eadem authoritate, poſſint, & debeant Superiores locales, iuxtà formam inferius deſcribendam, corpus delicti in ſcripta redigere, Prouinciali, vel eius Commiſſario conſignandum.

ADDITIO.

Porrò de iure Canonico omne crimen dolum continens eſt crimen publicum infamans lata ſententia condemnatoria, vt per *Angel. v. Crimen. q. 6.* & *Gloſſ. in Can. infames 3. q. 7.*

Et licet in his, quæ ſolent clam fieri, & ſuaptæ natura difficulter probari poſſunt, ſufficiant leuiores probationes, in cauſis tamen criminalibus ſemper requiruntur duo teſtes omni exceptione maiores, & non inhabiles, excepta cauſa hæreſis, etiam occultæ. Vnde in delictis occultè commiſſis non admittuntur domeſtici, niſi ad faciendum iudicium, exceptis criminibus Regularium, quæ

ab extraneis commoda probari non poſſunt.

Pœnarum genera.

POenæ, quibus Seraphicus Ordo noſter huc uſque vſus eſt, ſunt ſequentes.

Priuatio vocis actiuæ & paſſiuæ, ſeù iuris ſuffragiorum, quę inhabilitat tam ad ferenda, quam ad conſequenda ſuffragia in quacunque electione. *Valliſol. c. 7.*

Priuatio actuum legitimorum, eſt inhabilitatio ad omnia Ordinis officia, ideſt, Miniſteriatum, Diffinitoriatum, Cuſtodiatum, Guardianatum, Diſcretatum, & ad omnia officia, quæ ſunt cum dignitate, & ſuperioritate coniuncta: *Valliſol. vbi ſupra.*

Priuatio officiorum Ordinis inhabilem reddit non ſolum ad ſupradicta, ſed etiam ad Confeſſionem, Prædicationem, Lecturam, Paternitatem, & munus Viſitatoris. *Idem Valliſol. loco citato.*

Carceris pœna, eſt alicuius reclusio in obſerato, loco, ſine chorda, & caputio. Includit priuationem actuum legitimorum, ipſo facto. *Idem Valliſol.*

Pœna triremium, quæ quoad Sacerdotes commutari poteſt in reclusionem intra Ergaſtulum, quod à Sanctiſſimæ memorię Vrbano Papa VIII. Regnante, ad aliqualem Sacerdotalis culminis honorem erectum eſt.

Ele-

Digitized by Google

Eiectio, ſeu expulſio ab Ordine, quæ diſcolis, & incorrigibilibus imponitur.

Pœna talionis, eſt qua accuſans, & non probans delictum obiectum puniri debet, ac ſi ipſe tale delictum commiſiſſet.

Probationis caputium; ſeù caparonis delatio, more nouitiorum. *Ibid.*

Excommunicationis, vel ſuſpenſionis ſententia. *Ibid.*

Infamiæ pœna.

Exilium.

Retruſio in monaſterium etiam pro delictis non grauibus.

Applicatio ſingularum pœnarum ſingulis delictis.

QVi ſtatutis ieiuniorum diebus, abſque neceſſitate Superiori probata, non ieiunauerit, præceptum non ſolum in qualitate, vel etiam in quantitate ciborum tranſgrediendo, ſuffragiorum iure priuandus eſt, Prouincialis arbitratu, à quo etiam grauiùs arceri debet, prout violationis ratio ſuaſerit.

Qui officio Diuino non interfuerit, à Guardiano ſecundùm conſuetudinem Religionis puniri debet. Qui autem illud aliquoties non recitaſſe conuictus fuerit, omni ſuffragiorum iure triennio carere debet, & grauius etiam puniri, Prouincialis arbitratu. *Vallisol. c. 3.*

Qui ſacræ Scripturæ ſenſum, vel verba in-

profanos vſus detorſerit, eiſque in familiaribus colloquijs abuſus fuerit, voce actiua, & paſſiua triennio priuandus erit, & menſtruo carceri mancipandus. *Valliſol. c. 3. Trid. ſeſſ. 4. in decret. de editione, & vſu ſacrorum lib. Valliſol. c. 5.*

Qui ſine cauſa Confeſſionem ſacramentalem facere, & ſacram Euchariſtiam ſumere, vel Miſſam celebrare, iuxta probatam Ordinis conſuetudinem, notabiliter neglexerit, in pane, & aqua, in publico refectionis loco, ieiunare debet, Prouincialis arbitrio, vel etiam grauiùs, pro indeuotionis modo, puniri. *Idem Valliſol. loco quo ſupra.*

Qui inuenti fuerint notabiliter otioſi, ſuffragiorum iure priuentur, & grauioribus pœnis, etiam corporalibus arcendi ſunt, Prouincialium, & Superiorum localium arbitratu, pro negligentiæ modo, & contumaciæ ratione: *Valliſol. c. 7.*

Obſcœna verba coram alijs vel cum ſcandalo proferens, ſi grauiter monitus ſe non correxerit, in eum animaduertatur, pro qualitate delicti, etiam cum pœna carceris, aut grauiori, Superiorum arbitratu, quouſque reſipiſcat, vt cæteri timorem habeant. *Valliſol. c.7.*

Qui ſine habitu, caputio, chorda, & fæmoralibus, extra infirmitatis articulum, dormire deprehenſus fuerit, humi, ſine caputio, genu-

Digitized by Google

nuflexus, in pane & aqua ieiunet; & reciduus grauius puniendus eſt, Prouincialis arbitratu. *Valliſol. eod. c. 2.*

Scienter aliquem infamans, ſacramentaliter abſolui non poteſt, niſi à Prouinciali, & conuictus in iudicio ſubire debet pœnam criminis, de quo alterum infamauit, nec niſi priùs reſtituta fama. *Idem Valliſol. c. 7.*

Qui in Prælatum improperij, & conuicij verba protulerit, genuflexus, in publico, debet pane, & aqua ieiunare, ac omni ſuffragiorum iure biennio carere; prouocans grauiter autem aliquem factis, aut verbis, pro prima vice probationis caputium deferre, pro ſecunda bimeſtri carceri mancipari, ac actiua, & paſſiua voce decennio priuari debet: *Valliſol. ibidem.*

Qui frater alteri, vel in Ordine. vel extrà minabitur in perſona, per Menſem caputium probationis deferat. Si manum leuauerit, vel aliquid acceperit, vt percutiat, per tres Menſes. Si leuiter percuſſit, per Annum. Si grauiter percuſſerit, vel quodlibet inſtrumentum ad grauiter percutiendum arripuerit, ſemeſtri carceri mancipandus venit: qua pœna puniendus erit, qui arma offenſiua, vel portauerit, vel in Cella, aut alibi retinuerit. *Valliſol. in eodem loco.*

Qui in iudicio quidquam falsò, ſcienter-

que depoſuerit, vel deponi fecerit, aut verum reuocauit, vel reuocari procurauit, ipſo facto eſt excommunicatus; cuius abſolutio Prouinciali eſt reſeruata: Semeſtri carceri mancipandus, ſatisfaciat parti, & perpetuò infamis exiſtit. *Vallisol. c.* 7.

Contumax, (id eſt, qui trina monitione, eodem die, congruis interuallis præmiſſa, inobediens perſeuerat: vel qui ita pertinaciter obedire recuſat, vt de diſcretorum conſilio, carceribus mancipari mereretur) eſt carcerationis pœna plectendus, & conſequenter actibus legitimis priuandus. *Idem Vallisol. loco citato.*

Proprietariorum pœna eſt, Carceratio, actuum legitimorum priuatio, necnon Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſi quis proprietarius moriatur, cum pœnarum augmento, vbi culpa replicata fuerit. *Vallisol. c.* 4. 6. & 7.

Reuelans extra Ordinem Religionis ſecreta, quibus fama, & candor ipſius Ordinis maculatur, incidit in excommunicationem maiorem, Generali, vel Prouinciali reſeruatam, & perpetuò eſt priuatus actibus legitimis. *Vallisol. ibi.*

Qui libellos famoſos, quomodolibet ediderit, vel publicauerit, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrit, à qua, ſi in Generalis, vel Prouincialis infamiam cedunt, niſi à Generali abſolui non poteſt; vel à Prouin-

uinciali, ſi in aliorum infamiam vergant, debita ſatisfactione præmiſſa; & conuictus ſemeſtri carcere maceretur, vel amplius, Superiorum arbitratu. *Valliſol. c. 6.*

Libros imprimi faciens, vel publicans, ſine licentia Ordinarij, & Generalis ſcripta facultate, eſt eò ipſo priuatus actibus legitimis. *Valliſol. c. 9.*

In ſuſpecto conſortio deprehenſus, ſi monitus, non ſe correxit, Superior ab officio ſuſpenditur, vel priuatur: ſubditus, actibus legitimis triennio careat, vel grauioribus pœnis vterque mulctetur, Superiorum arbitratu, nimirum actuum legitimorum priuatione, probationis delatione, arctationis recluſione, exilio ab illo Conuentu, pro clariori, vel obſcuriori ſuſpicionis indicio, ſecundum Ordinis ſanctiones. *Valliſol. c. 11.*

Qui conuictus fuerit ſuſpectam domum intraſſe, actumuè carnalem ſollicitaſſe, mox ab eo loco perpetuò exulari debet, & bimeſtri carceri mancipari: negans, grauiter arctandus. *Ibid.*

Furtum committens, ſuffragiorum iure biennio eſt priuandus; Proprietariorum pœnam luere tenetur; & ſi furtum fuerit notabile, aut iteratum, vel ex ſacro loco, aut ſæcularium domibus, aut bonis, creſcente ſceleris turpitudine, creſcere etiam debet ſe veritatis di-

ſtri-

ſtrictio, Superiorum arbitrio. *Valliſol. cap. 6.*

Generalium, Prouincialium, aut ſæcularium Principum, & notabilium perſonarum litteras, ſiue ab ipſis, ſiue ad ipſos miſſas intercipientes, aperientes, & impedientes, aut malitiosè retardantes, ipſo facto actibus legitimis deſtituendi ſunt, & huius pœnæ incapaces, probationis caputium deſerant Generalium, vel Prouincialium arbitratu, quibus reſpectiuè, pœnarum condonatio reſeruatur. *Valliſol. cap. 7.*

Qui Prouinciali, Guardiano, aut Vicario rebellauerit, omni ſuffragiorum iure triennio carere debet. *Ibid.*

Apoſtatarum pœna eſt excommunicatio latæ ſententiæ, carceratio, & iuris ſuffragiorum priuatio, iuxta apoſtaſiæ maioris, vel minoris acceſſum, prout in ſtatutis Ordinis amplius continetur. *Ibid.*

Impudenter obloquentes de Eminentiſſimis, Protectore, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, dequè Reuerendiſſimis Eccleſiarum Prælatis, cum ſcandalo, carceribus ſunt mancipandi, vel grauius etiam, pro oblocutionis exceſſu, puniendi, Superiorum arbitratu. *Valliſol. cap. 1.*

Recipientes, vel ad profeſſionem Nouitios admittentes, Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinis Statutis non ſeruatis, officio ſtatim pri-

Digitized by Google

priuandi, & omni ſuffragiorum iure perpetuò deſtituendi veniunt. *Valliſol. c. 2.*

A Nouitijs aliquid vel minimum recipientes, vel eis ad ſibi, vel Conuentui aliquid relinquendum ſuadentes, præter pœnas in ſacro Tridentino Concilio decretas, Superiores priuari debent officio; alij vt proprietarij publicari. *Ibid. Clem. exiui §. nos autem, de verb. ſignif. in 6.*

Camiſarium, & lineorum indumentorum, linteaminum, anaclynteriorum vſus, ſine neceſſitate, vetitus eſt ſub priuatione iuris ſuffragiorum per triennium, etiam carceris pœna, per duos Menſes, & amplius, ſi monitus ſe non correxit. *Seſſ. 25. c. 1. de regul. Valliſol. c. 2.*

Qui ſuper habitum regularem, vel (eo dimiſſo) ſæculares, vel alias quaſcumque veſtes induerit, ad recitandas comædias, vel alias tales laruatas repræſentationes, quacunque ex cauſa, vel occaſione, & quocumque in loco, eſt eò ipsò ſuſpenſus, & grauiùs, carcere, priuatione officij, vel ſuffragiorum iure à Superioribus puniendus. *Ibid.*

Equitantes, bigantes, quadrigantes ſine licentia, & neceſſitate, bimeſtri carcere macerari merentur, & ſi in hoc defectuoſi fuerint, omni ſuffragiorum iure ſexennio carere. *Valliſol. c. 3.*

Notabiliter orationi deficientes, Guardiani, officio priuandi; ſubditi, ſuffragiorum iure

Digitized by Google

iure triennio mulctandi, ac etiam carcerandi, Superiorum arbitratu. *Valliſol. c.* 5.

Qui negotia Principum acceptauerit, egerit, procurauit, ſine licentia Superioris, priuari debet officijs Ordinis. *Ibid.*

Superiores, qui charitatem circa hoſpites, & infirmos neglexerint, officio deſtituantur. Officiales ad id deſtinati, ſuffragiorum iure triennio carere debent. *Valliſol. c.* 6.

Qui confeſſiones ſine licentia auſcultauerit, vel à reſeruatis abſoluerit, eſt ipſo facto excommunicatus, & ad excipiendas confeſſiones perpetuò inhabilis, carcerandus, & grauiùs puniendus, ſi in hoc crimine vitioſus repertus fuerit. *Valliſol. c.* 7.

Qui in morbum Gallicum ex delicto inciderit, declarandus eſt perpetuò inhabilis ad omnia officia, & ſuffragia Ordinis, ac etiam ad audiendas Confeſſiones. *Valliſol. c.* 11.

Prouincialis concedens dimiſſoriales litteras ordinandis Fratribus, non ſeruatis ſacris Canonibus, & ordinis ſanctionibus, ſuſpendendus, vel etiam priuandus venit officio, Superiorum arbitrio. *Valliſol. c.* 2.

Prouincialis, & Guardiani in ſuis Prouincijs, & conuentibus, notabiliter, & ſine legitima cauſa, non reſidentes, præter culpæ reatum, & pœnas Canonicas, quas incurrunt, officio ſuſpendi, vel etiam priuari de-

Digitized by Google

debent; Superioris iudicio. *Valliſol. cap. 7.*

Conuictus, vel confeſſus in fornicationem lapſum fuiſſe, pro prima vice, ſemeſtri carceri mancipetur, & omnium ſuffragiorum iure triennio carere debet; ſecunda vice, carcer duplicandos, & omnibus Ordinis officijs decennio priuandus eſt; tertia vice, carcer longiùs protrahi, perpetuò ad Officia Ordinis inhabilis exiſtere, vel etiam ad triremes mitti debet, Superiorum arbitratu. *Valliſol. c.* 8.

Sacrilegium committens, vel ad triremes mittendus, vel in perpetuum carcerem detrudendus. *Ibid.*

Qui de innominabili ſcelere confeſſus, vel conuictus fuerit, nudus, cum ſolis fœmoralibus, in cœtu Fratrum, ligatis manibus, ac recitans Pſalmum: *Miſerere mei Deus*, duriſſimè flagellari, ac leuiuſculis flammis, hinc indè circumpoſitis quodammodo comburi, & ad perpetuos carceres irreuocabiliter damnari debet, vbi in pane, & aqua, tribus ſaltem in hebdomada diebus; ieiunet. Si autem in idem ſcelus relapſus fuerit, ad triremes perpetuò deſtinari. *Ibidem*.

Qui gladio, baculo, vel pugillo Fratrem, aut ſæcularem percuſſerit, in carceris vnius anni pœnam incidit, omni ſuffragiorum iure, & actibus legitimis perpetuo priuari; ac per Menſem, ter in qualibet hebdomoda, coram

Fra-

Fratribus capitulariter congregatis, genuflexus comedere, ipſiſmet inſtrumentis, quibus ferire, vel percutere auſus eſt, ei de collo pendentibus, debet. *Valliſol. c.* 8.

Quod ſi mors ſecuta fuerit, vel atrox mutilatio ad triremes omninò condemnadus eſt. *Ibid.*

Qui aliquem enormiter vulnerauit, vel ei venenum dederit per ſe, vel per alium, hæc, vel ſimilia delicta machinans, eiſdem pœnis ſubiacere tenetur. *Ibid.*

Prælatum localem gladio occidens, ad triremes perpetuò condemnari; vlnerans, non ſecuta morte, ad eoſdem mitti, Superiorum arbitrio, debet. *Valliſol. Ibid.*

Prouincialem, vel leuiter percutiens ad triremes, Generalis arbitratu, mitti; ſi id gladio molitus fuerit, ſiue ſecuta, ſiue non ſecuta morte, ad eoſdem triremes perpetuò damnari debet. *Ibid.*

Generalem quoquo modo, vel leuiſſimè percutere auſus, ad triremes perpetuò, & omninò damnandus eſt. *Ibid.*

Falſificantes per ſe, vel per alium litteras, aut ſigilla Prælàtorum, Principum, Generalium, Prouincialium, aut notabilium perſonarum, ſunt ipſo facto excommunicati, carceri mancipandi, Generalis arbitrio atque ad omnia officia, & dignitates Ordinis perpetuò inhabilitandi. *Ibid.*

In-

Digitized by Google

Introducentes mulieres intra clauſtra ad malum finem, in pœnas à Pio V. ſancitas incidiunt, & carceribus conuenit mancipari, Superioris arbitratu, quas pœnas incurrunt, qui eaſdem in Hoſpitia Confeſſariorum Monialium quouis colore, introducunt. *Pius V. Regularium perſonarum.*

Conſpirantes aduersùs Fratrem aliquem, & maximè Superiorem, omnibus Ordinis officijs priuati ſunt, Superiorum arbitrio. *Ibid.*

Ordinis diuiſionem tentans, eſt ipſo facto excommunicatus, & carceri eſt mancipandus, Generalis arbitrio, cui & abſolutio reſeruatur. *Ibid.*

Ad ſæcularium Aduocatos, Procuratores, Iudices, & tribunalia quæcumque, prætextu iniuſtitiæ ſibi factæ, ſiue pro conſilio, ſiue pro fauore recurrens, actibus legitimis priuandus eſt, & grauiùs etiam puniendus, Superioris arbitratu. *Pius V. Et ſi Mendican.* Si verò ad locorum Ordinarios recurſum habuerit, etiam à Superioribus puniendus. Appellantes autem ad eadem tribunalia, ſunt excommunicati, & à ſolo Summo Pontifice abſoluendi, atque perpetuò priuari debent iure ſuffragiorum, omnibus ordinis officiis, & in perpetuum ad illa inhabilitari. *Greg. XIII. Quoniam noſtro paſtorali.*

Confeſſionis Sacramentalis reuelatio puniri de-

Digitized by Google

debet priuatione perpetua actuum legitimorum & facultatis audiendi Confeſſiones, ac carceratione, vel arctatione, Prouincialis arbitrio, *Ibid.*

Qui in grauiſſimam apoſtaſiam primò inciderit, trimeſtri carceri mancipari, triennio integro probationis caputium deferre; quo tempore, in communitate Fratrum, ſingulis ſextis ferijs, & diſciplinam facere, & pane, & aqua, ſine caputio, genuflexus ieiunare; ſuffragiorum iure decennio carere, in ſuo ordine vltimum locum tenere, vtenſilia lauare, & è Conuentu niſi publicæ vtilitatis cauſa, nunquam egredi debet. Relapſo in eandem, ſupradictæ pœnæ duplicantur. Tertiò reiterans, tanquam incorrigibilis expellitur ab ordine, ſeruata forma nuperrimi Decreti, *de eiectis & apoſtatis*; vel ad, triremes decennio condemnatur; qui ſi ſuperuixerit, ſi fuerit in ſacris conſtitutus, omnium ſacrorum Ordinum executione perpetuò. eſt ſuſpenſus. *Vallisol. c. 2. Vrban. III. in decr. de eiectis, & apoſt.*

Qui Generali; vel Commiſſario, ab eo miſſo ad viſitandam Prouinciam rebellauerit, excommunicationis Sanctiſſimo reſeruatæ pœnam ſtatim incurrit, ac priuationem ſuffragiorum, officiorum Ordinis, & perpetuam inhabilitatem ad illa. *Vallisol. c. 7.*

Subornatores ſunt excommunicatione Papali

Digitized by Google

pali ipſo facto ligati, actibuſque legitimis priuati. *Ibid.*

Alchimiæ ſtudentes, vacantes, eam voce, vel ſcripto docentes, inſtrumenta, libros, qui ad illam pertinent, retinentes, ſunt ipſo facto excommunicati, atque omni ſuffragiorum iure perpetuò priuari, & carceribus, vel arctatione, Prouincialis arbitrio, macerari debent. *ibid.*

Monetarum adulteratores, quoquo modo id faciant, ad perpetuos triremes condemnantur. In Italia verò obſeruetur Conſtitutio Apoſtolica. *Vrban. VIII. in ſup. paſtorali.*

De Summo Pontifice, Maximo Chriſti in terris Vicario, dequè illius dignitate, ac Decretis, & Conſtitutionibus, qui impudenter, vel minùs, quàm decet reuerenter obloqui auſus fuerit, trimeſtris carceris pœna, vel grauiori etiam puniendus eſt, iuxta delicti menſuram. *Vallisol. c. 2.*

Promoti per ſaltum, vel ſine litteris dimiſſorialibus, vel furtiuè: quique in non ſuſceptis Ordinibus miniſtrauerint, iuxtà pœnas Canonicas puniuntur. *ibid.*

Ingredientes, ſine cauſa legitima, clauſuram Monialium, ſunt eo ipſo excommunicati, alijſq; Canonicis pœnis plectendi, priuandi inſuper officijs, & dignitatibus, & inhabilitandi in

C per-

perpetuum, vna cum Monialibus conſentientibus, *Valliſ. c. 11. Tud. ſeſſ. 25. c. 5. de Regul. Greg. xiij. vbi gratia.*

Simoniaci, qui dona dederint, aut promiſerint, per ſe, vel per alios, vt gradus, dignitates, officia, vel in ſui fauorem ſententiam conſequantur, Canonicarum pœnarum animaduerſione feriantur, atque in Conſtitutionem de largitione munerum incidiſſe, declarandi veniunt. *Valliſol. c. 7. Salmant. c. 10.*

Has pœnas enumeraſſe ſufficiat: alias videre poterit Iudex in Statutis Generalibus Ordinis, vel ex ſacris Canonibus, & probatis legibus, ac conſuetudinibus, prout ratio ſuaſerit, elicere. *ibid.*

Et licet pœnas has, per Statuta Generalia impoſitas, Iudex commutare, & alterare, ſeu moderari regulariter non poſſit; tamen, vt in aliquo caſu, mutatis circumſtantijs, & qualitatibus delictorum, cum conſilio Patrum, qui ad ferendam ſententiam concurrunt, poterit vel augere, vel minuere lenitatem, vel rigorem pœnarum, prout exceſſus, vel defectus criminis, ſiue ſcandalum, aut peccandi fragiltas, & conſuetudo ſuaſerint. *Innoc. in c. qualiter, & quando de accuſ. Tiraq. tract. de pœn. n. 16. Clar. q. 85. v. vlterius Menoch. de arbit. Iud. l. 1. q. 96.* Item locus perſona, modus, & alia huiuſmodi. *Salſedo in praxi c. 144. Couar. l. 2. variar. c. 9. n. 8.*

Digitized by Google

n.8. Sayr. in Clauireg. tract. de pœn. Alphonſ. de Caſt.l. 1.de por.leg. c. 6. Mirand. Ord. Iud. q. 28. c.7. Nullum tamen ei relinquitur arbitrium circa moderationem pœnarum, vbi delicta, provt recenſita ſunt, committi contigerit.

ADDITIO.

Cum in arbitrarijs Iudex debeat eligere mitiorem partem, pœnam arbitrariam non eſſe extendendam ad pœnam mortis tenet probabilis opinio, quæ tanquam benignior eſt amplectendo, præſertim in foro Eccleſiaſtico, & Regulari, niſi delictum ſit ita graue, attentis circumſtantijs, quod mereatur grauiſſimam pœnam degradationis, depoſitionis, vel electionis à regione, quæ correſpondet pœnæ mortis.

De arbitrio in pœnis vide tradita à *Miranda tom. 2.Ordin. iudic. q. 27.ar.5. concl.4. Portel.v. correctio fratrum n.54. & ſeq. Rodriq. to.2. q.42. art.5. & alios.*

Prælati Regulares non debent facile procedere ad capturam, ſeu incarcerationem alicuius Monachi, niſi plena delicti præcedat probatio aut proceſſus ſaltem informatiuus, niſi fuga delinquentis timeatur. Aliter procedentes, pęnant mortaliter, tenentur ad damnum, & incidunt in pœnam, *Cau.ſi quis ſuadente diabolo, vt per Rodriq. vbi ſup. ar.2.*

Taxatio quatuor vnciarum panis, & totidem

aquæ pro victu quotidiano ſufficit ad abſolute ſuſtentandum damnatum ad carcerem perpetuum, & ideò hæc pœna non eſt imputanda pro vltimo ſupplicio, *Arg.l.qui vlt.ſupplic.ff.de pæn.*

Regularibus iuſte ac legitima ad carcerem perpetuum damnatis non licet à carcere fugere, etiam ante condemnationem, & fugientes tenentur redire ad illum, vt per *Sanch. lib 7. decal. cap.8.num.* 12 *& ſeqq.* niſi pœna capitis eis imponenda eſſet, aut mutilationis membri, *ibid.* Sed hæ pœnæ non ſolent apud Religiones delinquentibus imponi. Poſſunt tamen procedere quando poſt degradationem Regulares relaxantur Curię Sæculari.

Recluſio in Monaſterio quoad Regulares poteſt illis infligi etiam pro delictis non grauibus, recludendo eos in ſuis monaſterijs ſtrictiori clauſura, quàm ſolent habere.

Iudex Religioſum in exilium mittens; poteſt ex iuſta cauſa ipſam ab exilio reuocare, niſi ſtatuta Ordinis aliud diſponant.

Prælatus, cuius culpa ſubditus diſceſſit ſine Sacramento pœnitentiæ ſubijcitur pœnæ arbitrariæ iuxta menſuram culpæ ac negligentiæ.

Generales Religionum poſſunt ſuos ſubditos regulares delinquentes in delictis grauibus condemnare ad triremes, & habitu priuare de conſilio tamen diſcretorum Prouincię ex Pio V. pro ordine D. Hieronymi *in eius comp. v. condemnare* §. 1.

Pœna

Digitized by Google

Pœna relegationis ad triremes non eſt imponenda Religioſis, niſi in grauiſſimis criminibus, vt per *Diaz. in pr. crim. Canon.*

De pœnis verò priuationis officiorum, inceſtus cum filiabus ſpiritualibus commiſſis, in Regulares celebrantes ſine ordine Sacerdotali, & audientes confeſſiones ſine iuriſdictione actuali, in ſacrilegium committentes cum Monialibus, in ſodomitus, & adulteros, in falſarios, in committentes crimen læſæ maieſtatis, in homicidas, in delapidantes honor Monaſterij, in reuelantes ſecretum Sacramentale, aut naturale, in chrioſos, in ludentes, in fures, in ſubornatores, & in alios criminoſos, vide *Rodriq. in comp. 99. regul. reſol.* 48.

Quam formam iuris ſeruare debeat Iudex.

QVatuor omninò ſeruare debet: Modum procedendi, Præparatoria, Sententiam, & pœnas.

Modus quadruplex eſt. Per Accuſationem, per Denunciationem, per inquiſitionem, per Exceptionem. *C. qualiter, & quando extra de accuſat. Salmant. c.* 10.

In accuſatione, requiritur accuſator. In Denunciatione, charitatiua monitio. In Inquiſitione, diffamatio. In Exceptione legitima obiectio. Sine his procedere Iudex non poteſt, aliàs proceſſus erit nullus. *Nauar. de accuſ. conſ.* 5. n. 3.

Digitized by Google

5.n.3.Tollet.l.5.c.56.Direct. inquiſ.3.p.de recuſ. quæ ſit.& ibid. Pœna, coſ. 30.& 31.

Præparatoria ſunt, Citatio teſtium, & rei; Delatio iuramenti; Conceſſio termini competentis, vel ad comparendum, vel ad probandum; Exceptiones, Defenſiones, Appellationes; quibus non ſeruatis, Iudex officio deſtitui debet; & proceſſus annullari.

Sententia debet eſſe conformis Canonibus, & Statutis Ordinis. *C. 1. de ſent.& re Iud. in 6.*

Pœna erit delicto conformis, etiamſi arbitraria; quia iuxtà menſuram delicti erit plagarum modus *Deut.* 25.

Excludi debet à noſtris iudicijs modus ordinarijs procedendi, & ille ſolùm admitti, qui ſummarius dicitur, in quo de plano, ſola rei veritate inſpecta, rimulis omnibus, & apicibus, ſeù ſolemnitatibus iuris poſtpoſitis, proceditur. *Bonifac.VIII. ad augm.c.qualiter, & quando de accuſ.*

Solemnitates iuris ſunt, Citatio die non feriata, Libelli porrectio in ſcriptis, litis conteſtatio, Teſtium multitudo, Prolixæ dilationes, Teſtium poſt publicatas atteſtationes receptio, Sententiæ ſedendo prolatio, Citationum interualla, Interlocutorie, & cætera huiuſmodi, quæ ad eſsentiam iuris non ſpectant. *Compend. priuil. v. App. Valliſol. c. 7.*

Vide

Digitized by Google

Vide Zacch. Bouer. in D. rect. for. Iud. p. I. *c.*7.

Eſſentialia iuris, quæ ſub pœna nullitatis actuum, & priuationis officij obſeruari debent, ſunt. *Clem. ſæpe de verb. ſignific.* §. *verum quia ibid.*

Primum, quòd Iudex ſine accuſatione, denunciatione, infamia, indicijs, exceptioneuè non procedat, vt dictum eſt. *ibid.*

Secundum, quòd teſtes tam pro reo, quàm contra reum legitimè producti, cum iuramento audiantur, & examinentur. *Salamant. c.*10. *Vallisſol. c.* 7.

Tertium, quòd reus citetur, nec abſens, niſi contumax condemnetur *Bart. ſup. extrau. ad reprimen.* §. *& figura*.

Quartum, quod tempus ad neceſſarias probationes, excuſationes, & defenſiones reo tribuatur. *Cla. q.* 85. *cit.* §. *non ſit.*

Quintum, quod reo petenti, in ſua cauſa conſiliarium, & procuratorem, intra Ordinem tamen, nunquam autem extrà, non denegetur. *Salmant. c.*10. *Valiſol. c.*9.

Sextum, quòd iuſtæ rei exceptiones, & appellationes admittantur. *ibid.*

Septimum, quòd reus non niſi per plures teſtes conuictus, vel confeſſus condemnetur.

Octauum, quòd ſententia ſecundum allegata, & probata ſiue ad abſolutionem, ſeu ad condemnationem rei, non verò ſecundum ze-

lum, & affectum Iudicis proferatur. *Clem. cit. S.Thom.2.2. q. 68. art. 1. Valliſol. cap. 10. Salmant. c.10.*

ADDITIO.

Enumeratis hactenus perſonis, ex quibus iudicium conſtare dictum eſt, conſequens eſt, vt iuxta propoſitionis ordinem, & de cauſis, ex quibus iudicium quoque conſiſtere viſum eſt, diſpiciamus. Eſt itaque cauſa, cuius vi effectus ſequitur, cuius genera quatuor ab Ariſtotele ponuntur. Efficiens, materialis, formalis, & finalis, efficiens, quæ motum præſtat, atque operam iudicij exercendi, eſt Iudex præſidens, actor patens, & reus defendens, *l.inter litigantes ff. de iudic.* Materialis, vt pote ſubiectum, ex quo iudicium primum generatur, eſt negotium, ſeu factum ipſum, agentis & rei controuerſiam apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, continens, *l.iuris gentium* §. 1. *ff. de patr. l. ſi ex plagis §. in clino ff. ad leg. Aquil.* Formalis habitu quodam iudicium, hoc eſt cauſa diſcuſſionem veſtiens, eſt modus, ſeu ordo ipſe procedendi, qui conſiſtit ex legitima citatione, libelli apte concepti oblatione: litis conteſtatione, ſententiæ congrua prolatione, & alijs ſolemnitatibus ſubſtantialibus iudiciorum. Finalis cuius gratia iudicium ſuſcipitur, eſt per ſententiam ius dicentis, iuſta victoria

l.in

Digitized by Google

l. in ratione 1. §. Imperator, ff. ad leg. falcid. De quibus Boſſius, Clarus, & Farinacius in ſuis praxibus criminalibus.

Accuſatio, ſiue actor.

ACcuſatio, eſt criminis apud Iudicem, vindicationis cauſa, ob bonum publicum, delatio.

Accuſator dicitur, qui per teſtes idoneos, ad probationem legitimam, coram Prælato ſe obligat. Quique legibus accuſare non prohibetur.

Et licet ad iuris apices regulares non teneantur, recenſeanturque inter illos multa, quæ accuſatoris perſonam ab accuſando repellunt: tamen, vt iudicio noſtro tutior ſternatur via, nonnulla ex illis apponimus, vt quis inhabilis ſit ad accuſandum, cognoſcatur.

Primùm enim ab accuſando reijciuntur, infames, tam iuris quam facti. *C. alieni 2. q. 1. c. conſtitut. 2. q. 5.* Excommunicati, Calumniatores, & Conſpiratores, Inimici, niſi ſuam proſequantur iniuriam; Accuſati de eodem crimine. *C. in Sancta 2. q. 7. c. nullus 3. q. 4. c. illi, qui, & ſeqq. 6. q. 1. c. certum 24. q. 3. C. ſimiliter 3. q. 5. c. omnem 3. q. 5. c. cum dilectus de accuſ. c. accuſatus 3. q. 5. & ſeqq. cum opporteat de accuſat. c. neganda 3. q. 11.* Laici ſæculares, & Mulieres, niſi ſuam mitem proſequantur iniuriam,

c. de cæ-

Digitized by Google

c. de cætero de teſtib. L. qui accuſare ff. de accuſat. c. prohibetur 2. *q.* 1. Socij criminis, niſi agatur de criminibus exceptis, vt Hæreſi, Maleficio, Sortilegio, Sodomia, furto famoſo, Crimine leſæ Maieſtatis, Proditione, Simonia, in his enim caſibus omnes accuſare poſſunt, etiam inhabiles *L. fin. c. de accuſat. Nau. l.* 5. *conſ.* 3. *n.* 2. *& conſ.* 5. *de accuſat.*

Deinde nullus, ſub talionis pœna, accuſare poteſt de crimine, quod per teſtes idoneos probare non valet. *Valliſol. c.* 10.

Accuſatum alias, & correctum, ſiue apud Capitulum, ſcienter accuſans, non audiendus, ſed talionis pœna plectendus eſt. *ibid. Salmant. c.* 10.

Cui pœnæ ſubiacet accuſans aliàs accuſatum de ijs, quæ tanquam falſa iam reiecta fuerunt, niſi ad nouas probationes ſe obligauerit; in quibus deficiens eam pœnam ſubeat, quæ reo deberetur, ſi legitimè probaſſet. *Valliſol. c.* 7. *Gloſſ. fin. in fin. de accuſat.*

Nullius accuſatio racipienda eſt, niſi priùs iuret, ſe malo zelo ad accuſandum non moueri, & ad probandum ſe obliget; ſub pœna talionis. Quod ſi ex in aduertentia, vel ignorantia Iudicis non fiat, declarari debet quemlibet accuſatorem ad pœnam talionis obligari: *Alexand. ibid. colum.* 3. *Folier. in pract. crim. fol.* 50. *Salamant. c.* 10.

Accu-

Accuſatio de crimine in genere, & non expreſſo accuſatoris nomine, nullo modo recipienda eſt, ſed ea ſolùm, qua delictum in numero, cum loci, perſonarum, & temporis circumſtantijs offertur, vt poſſit reus ſe tueri, & actor, ſi non probauerit, pœnam talionis ſubire. *Abb. in c. licet de probat.*

Accuſans de pluribus criminibus, niſi expreſsè obliget ſe ad probandum omnia, ſi vnum, aut alterum de obiectis probauerit, à talionis pœna liber exiſtet. *C. cum Eccleſia Sutrina de cauſis poſſ. & prop.*

Actore non probante, reus abſque alia iuſtificatione, abſolutus cenſeatur. *Fanciſ. Viuius deciſ. reg. Neapol. 360. & alij apud Bouerium c. 18.*

Accuſator ſemiplenè probans delictum oppoſitum, per vnum teſtem omni exceptione maiorem, vel infamiam, vel id ſe audiſſe à viris fide dignis, talionis pœnam euadit, niſi reus plenè ſuam innocentiam probaret; quia tunc minori aliqua, & arbitraria pęna actor plectendus eſſet, *Gloſſ. in c. 2. extra de calumn. & alij; c. qui non probauerit 2. q. 3.*

Accuſans ſcienter aliquem de falsò, calumniatoris pœnam incurrrit.

Qui alium accuſauit, & eius accuſatio recepta fuit, iuxtà formam traditam; à proſequenda acccuſatione ſine Superioris conſenſu recedere

dere non poteſt; Niſi propriam iniuriam proſequatur; tunc enim licitum ei erit ſuo iuri cedere. *L. fur. ff. de his, qui notantur infamia Gloſſ. in c. 1. de colluſ. deteg. l. 1. c. ad Turpilianum l. ſi quis ff. de his, qui.*

Accuſationes contra Prælatos, ac inſignes perſonas, quales ſunt Patres Ordinis, & Prouinciarum, Generales, Lectores; ac clariſſimi Prædicatores, non ſunt recipiendæ, niſi à perſonis de quorum zelo non ambigatur, quarumquè vita omninò laudabilis exiſtimetur; vt grauiſſimè ſacri Canones decreuerunt. *C. ſi qui ſunt, & c. quærend. 2. q. 7. S. Tho. 22. q. 68. art. 1. ad 2.*

Receptam ſemel accuſationem, niſi ex conſenſu actoris vel ſuperioris auctoritate, Iudex abolere non poteſt, & tunc minimè cùm delatio, ac punitio criminis, ad euidens religionis emolumentum vergere dignoſcatur. *Sot. l. 5. de iuſtit. q. 1. art. 1. Clar. q. 74. v. Quæro ergo.*

Legittimo accuſatore comparente, non poteſt iudex accuſationem reſpuere: ſed tenetur illam acceptare, & prout de iure procedere.

In vna accuſatione, ſiue libello non poſſunt plures accuſari, niſi plures ad idem delictum committendum concurrerint. De pluribus autem delictis, ſiue ex eodem, ſiue ex diuerſis factis reſultent, idem accuſari poteſt. *Leo Zab: in ſua prax. c. 8. n. 5. & alij.*

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO.

Accuſatio tunc eſt iuſta, & neceſſario, ſi fiat loco, & tempore opportuno, zeloque iuſtitiæ, ac boni communis, non verò prætextu propriæ vindictæ, debetque neceſſario proponi in ſcriptis, *cap. accuſatorum*, *cap. quiſquis 2. q. 8. l. ſicut ff. de accuſ.* & in delictis grauibus, non vero in leuibus ex *l. leuia ff. de accuſ.*

Quare Prælati regulares in grauibus, quæ ſine infamia delinquentis non poſſunt caſtigari abſque accuſatore, & ſubſtantiali ordine iuris, & iudicij, cui non renunciant Religioſis, minime poſſunt, vt per *Mirand. to. 1. ord. iudic. q. 13. ar. 1.*

Caſus, in quibus poteſt procedi contra reum ſine accuſatore, enumerat *Rodriq. reſol. 31. & Mirand. ſupra*, vbi plura.

Pœna talionis plectitur in iure accuſator deficiens in probatione, *cap. calumniator*, *cap. qui non probauerit 2. q. 2. l. mulier ff. de Senat. Conſ. Turpil.* Et licet hæc pœna hodie non ſit in vſu, niſi pro teſtibus falſis in cauſa criminali, apud Regulares tamen calumniator arbitrio Iudicis puniendus eſt, conſiderata qualitate calumniæ, calumniatoris, & calumniati, & penſato nocumento proueniente paci, & tranquillitati Religionis *Miranda* plures refertus, *C. 10. q. 13. ar. 9.*

Præ-

Digitized by Google

Prælati Regulares, nulla præcedunt accuſatione, vel infamia, non poſſunt licite ſuos ſubditos punire de crimine occulto propter tres, aut quatuor teſtes de re teſtificantes, vt per *Salzed. in prax. crim. c. 6. n. 4.*

Quando, ac quomodo accuſatores regulares nihil probantes puniri debeant tanquam calumniatores vide *Mirand. l. tom. 1. q. 12. ar. 7. concl. 4.* Item quando negantur palinodiam decantare, vide *Rodriq. d. reſol. 41. ar. 12.*

Calumniatores contra Prælatos, & ſuperiores grauiter puniendi ſunt, etiam pœna talionis, quæ in caſibus grauibus, vbi perſonæ ſpectatiſſimæ falſo infamantur, admitti debet, niſi excuſentur, quod fuerint incitati ab aliquo bonæ famæ viro, zelum boni communis oſtendente, cui credere tenebantur, non tamen ab aliqua pœna arbitraria excuſantur, *Clar. in pract. q. 62. & 81. num. 3.*

Pro inchoatione proceſſus per viam accuſationis notandum eſt, quod Iudex regularis accuſatoris, & accuſati perſonas debet attente perpendere, & conſiderare iuxta *Can. ſi qui ſunt. 2. q. 7.* cuius verba notari, & aſſidue legi debent à Iudicibus Eccleſiaſticis, præcipue Regularibus in admittendis, & audiendis accuſatoribus.

Quod maxime obſeruandum eſt quando ſubditus proprium Prælatum accuſat, in quo caſu non ſolum falſæ, ſed etiam malignæ criminatio-

nationi occaſio præcludi debet, *cap. qualiter, & quando 2. de accuſat.* Quare accuſationem conſiderare Iudex ipſe debet, an ſit iuſta, vel iniuſta, an admittenda, nec ne, *Oldrad. & Bald. in l. cum. Clericis C. de Epiſc. & Cler.* Facile namque eſt quemquam infamare, at famam reſtituere non item.

Iudex tandem antequam in actis Notarius accuſatim deſcribat, vel poſtea, talionis pœnam proteſtari accuſatori debet, niſi delictum probauerit, ab ipſo incurrendam. Quo annuente proceſſum incipere, ac proſequi poterit, delato itidem illi iuramento prius, quod non animo calumniandi accuſationem porrigat. *Clem. ſæpe de verb. ſignif. §. 1.* Vide *Ghisler. de Iudic. Regul. cap. 16. per tot. & Rodriq. in tract. de ordin. iudic. cap. 5. & 6.*

Denunciatio.

EVangelica, ſeu fraterna reſpicit emendationem fratris, actum charitatis, & bonum delinquentis, vt ſcilicet reſipiſcat: Iudicialis. *D. Thom. 22. q. 33. & 68. 69. & alij.* verò reſpicit punitionem, actum iuſtitiæ, bonum priuatum, aut communitatis, vt malus puniatur in aliorum exemplum. *Salmant. c. 10.* Illa accedit ad Superiorem, tanquam ad patrem, iſta tanqua ad Iudicem. *Matth. 18. ſi te non audierit.*

Hinc

Hinc nullus fraternè denunciare debet, niſi Euangelica correctione præmiſſa, excepto caſu, quo iudicialis correctio magis pro futura crederetur, & eo minùs, ſi fratrem, remotis etiam labendi occaſionibus, viderit emendatum; iam enim lucratus eſt fratrem, ſi is eum ſecreto corripientem audierit. *D.Thom ſup.c.licet,hels, de Simon.*

In Iudiciali autem denunciatione, ſi delicta ſint publica, & exceptuata, correptio charitatiua non eſt neceſſaria. Priuata delicta dicuntur, quæ priuatam denunciantis, vel propriam delinquentis pernicem concernunt, vt Gula, Superbia, Ira, &c.

Publica verò, quæ in publicum Religionis detrimentum vergunt; vt Crimen læſa Maieſtatis vel diuinæ, vel humanæ, Hæreſes, Blaſphemiæ, Sortilegia, Profanationes ſacrorum, Conſpiratio in Generalem, qui eſt Princeps Religionis, & in Prouinciales eorumque Commiſſarios, ac Superiores locales, eorumque Vulnerationes, percuſſiones, Homicidia, Subornationes in electionibus, Simonię, peccatum nefandum, Fornicationes Adulteria, dummodo periculum ſit, hæc tria vltima publicari poſſe, ſecùs inter publica, & pernicioſa numerari non debent. In quo etiam fragilitas, & peccandi libido oblata, vel captata occaſio, ſeu malitia conſideranda ſunt. In priuatis item

deli-

delictis, licet regulariter charitatiua correptio prçcædere debeat, tamen quando emendationis ſpes non affulget, nec tunc erit premittenda. *Vide Bouer.in praxi à c.9. ad* 15.

Inhabilis ad accuſandum, eſt etiam inhabilis ad denunciandum iudicialiter.

Denuncians iudicialiter, tenetur tempus locum, crimen annotare, ac teſtes nominare, quos deinde Iudex ex officio examinare debet, ſi denunciatorem accuſare rationabile iudicauerit:

Si facta demum denunciatione, denunciator inſiſtit apud Iudicem, eumque ſtimulat ad procedendum, & puniendum; quia tunc perſonam actoris ſub titulo denunciatoris abſcondit, tenetur Iudex illum cogere; vt ſe denunciationi ſubſcribat, & ad probandum, tanquam ſubdolus accuſator; obligetur. *Clar.q.*5. *v. nunquid in fine*.

Et licet purus denunciator talionis pœnæ non ſubiaceat, quia non eſt accuſator, ſed ſolum viam aperit Iudici ad inquirendum, tamen ſi falſum denunciauerit, pœna extraordinaria puniri debet: *cap. placuit* 6. *quæſt.* 2. *cap. qualiter, & quando* 1. *de accuſat. Nauar. l.* 1. *conſ.* 11. *num.* 4. *de officio Iudicis. cap. delect. Simonia. l. diuus l. ab accuſ. ff. de Turpill.*

Aduersùs Prælatos, & magni nominis viros, ab infimæ plebis hominibus denunciatione nullo pacto recipi debent; ſed contra ipſos, vt

D plu-

plurimum per accuſationes procedendum eſt. *Rodrig. tom. 2. q. 6. a 8. c. repellantur de accuſat. c. de inquiſit. extr. de accuſat. Rodrig. tom. 2. q. 6. art. 10. cap. in omni negocio de teſtibus & communis DD.*

Per litteras miſſiuas ſine nomine, nullus Iudex moueatur ad procedendum, inquirendumque. Aliàs proceſſus erit nullus.

Canonicè denuncians tanquam teſtis examinari poteſt; non qui iudicialiter.

ADDITIO.

In denunciationem iudiciali quoad peccatum commiſſum, & iam emendatum illi tantum tenetur denunciare, cui ex officio competit, qualis eſt Fiſcalis, ad quem tanquam ad partem Reipublicæ id ſpectat, *c. nouit. de iudic.*

Non facilè moueatur Iudex ad inquiſitionem faciendum, niſi denuncias ſpectatæ ſit probabilitatis. Quare Prælati circa hoc nec facile fidem adhibeant, neque omnino incredulos ſe gerant, ſic ita mutè procedant, vt penſatis conditione & qualitate denunciantis, & denunciati, teſtium veritate, ſeu teſtimonio, delicti tempore, & qualitate, alijſque circumſtantijs, deſurnant quid agendum ſit, quod eorum diſcretioni ac prudentiæ relinquitur. Et aduertant quod denunciatores, ſeù delatores ſolent plerunque ex odio, aut commodo

mo-

Digitized by Google

moueri magis ad calumniandum, quam virtutis amore, aut religionis zelo, maximè ſi ſunt ſubditi contra Prælatum, quibus omninò non eſt fides adhibenda, vt per *Speculat. de denunc. §. 1. & de depoſit. §. 6. & Mirand. tom. 1. ordin. iudic. quæſt. 11. art. 8. concl. 5. & quæſt. 13. art. 2. concl. 1. §. Sed an hæc &*, latè, *q. 12. art. 7.* vbi tradit qua pęna puniri debeat deficiens in probatione, & quando, referens, *Concl. 3.* iſto caſus in quibus non præſumitur quis calumniator, etiam ſi obiecta non probet. *Conſul. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 7. n. 12. & q. 62. & 81.*

Litteræ infamatoriæ, ſeù delatoriæ, incerto autore, ſcriptæ nullius ſunt valoris nec quoad occupationem, cum per eas non conſtet de perſona accuſatoris, nec quoad inquiſitionem, quia infamiam nullo modo inducunt, nec expreſſorũ Signorum vim habēt, quod requiritur, vt poſſit inquiri, nec quoad denunciationē, quæ ſi Euangelica ſit, præuiam monitionem exigit, de qua hìc non conſtat. Si autem iudicialis, certum debet habere Autorem, cui Iudex poſſit fidem adhibere, & ad inquiſitionem procedere ex eius teſtimonio, vt per *Panorm. in cap. Inquiſitionem §. tertiæ extr. de accuſat.* Ad quod facit decretum Adriani Papæ relatum, *in Can. 1. 5. quæſt. 1*, & quod tradit *Mirand. loc. cit. quæſt. 7. art. 8. concl. 1. & 2. & tom. 2. ord. iudic. in pract. q. 3. art. 1. concl. 4.*

Digitized by Google

Corpus delicti.

DElictum vel eſt permanens poſt factum, vt vulnus, fractura; vel tranſiens, iniuriæ, blaſphemiæ, fornicatio.

Corpus delicti eſt actualis delicti inſpectio, ſi eſt facti permanentis; vel probatio, quòd tale delictum commiſſum fuerit, ſi tranſeuntis.

Ante quamcunque informationem tenetur Iudex inquirere de corpore delicti; & facere conſtare, quòd delictum commiſſimum fuerit: proceſſus enim, in quo priùs de corpore delicti præcipuè facti permanentis non conſtat, omninò eſt nullus: & ſi ex ipſo conſtitutus eſſet reus, etiamſi confeſſus fuiſſet, nihil illi nocere poteſt confeſſio. *L. 1. §. item illud ff. ad Syllanum. Marſil. con.* 12. *&* 14. *Maſcardus de probat. §. poſtquam num.* 48.

Corpus delicti permanentis conſtat, cùm Iudex cadauer, vulnus, incendium, &c. viſitat coram teſtibus, & ſcribi mandat repertum eſſe tale delictum, ſecundùm formulam ſuo loco aſſignandam.

Corpus delicti tranſeuntis, cùm videri non poſſit ſufficit conſtare per indicia, & coniecturas, quæ probent commiſſum eſſe delictum; Si enim proceditur ad iſtantiam partis, ſatis eſt, ſi Iudex examinet teſtes, capiendo informationes contra reum, quæ vnico contextu pro-

Digitized by Google

probent delictum eſſe commiſſum, & à tali delinquente. Debet tamen Iudex non inquirere contra reum, niſi priùs conſtet, commiſſum eſſe delictum: Etiamſi teſtes deponant ex ſe, tale delictum à tali perſona commiſſum eſſe. *Clarus quæſt. 4. Boſſ. tit. de examine reorum. num. 6.*

In cauſa veneni, vel lethalis vulneris, vel deflorationis virginis, in quibus Fratres periti non ſunt, ad conſtandum de corpore delicti, adhibeat Iudex, Medicos, Chirurgos, & peritos in arte; *Idem tit. de delict. num. 14.* ex quorum iurata depoſitione conſtare faciat qualitates corporis delicti, ſi tamen in illis locis talium copia fuerit, & deſcribi faciat omnia reperta circa cadauer, quantitatem vulneris, ligamenta, &c. examinando ſaltem duos teſtes ſuper repertis, & viſis. *Foller. in praxi fol. 15. num. 4.* Et ſi occiſus repertus fuerit, cuius nomen, patria, cognomen neſciantur, deſcribantur per accidentia extrinſeca, & apparentia ſtaturæ, coloris veſtium, &c. adnotentur vulnera, & ipſorum forma, & qualitates: nimirum ſi erant mortalia, vel leuia, & in qua parte corporis.

Vulneratum interroget de Authore, cauſa, tempore, credibilitate, præſumptione eius, qui eum vulnerauit, de ſocijs, de armis diligenter, & omnia cum iuramento depoſita in

ſcriptis appare faciat. *Bolognin. conſ.* 5. *colum.* 2. *Ignat. in l. Caius ff. ad Sillam.* Quia, contra quem vulneratus nominat, procedi poteſt ad inquirendum, & nolentem reuelare Authorem cogat Prælatus præceptis, & carcere, vel diligenti cuſtodia, prout vulnerum qualitas permittet. *Arg. tex. in l. cum legeretur ff. de legat.* 1. *vbi Aretin.*

Nominatus autem à vulnerato ſi ſit ſuſpectus de fuga, poterit ad cuſtodim ante informationes detrudi in carcerem.

Querelatus, & confeſſus delicta tranſeuntis facti, condemnari poteſt, etiamſi de illius corpore non conſtet; quia hæc aliàs probari non poſſunt. Secùs dicendum eſt de delicto permanente, in quo nihil operatur confeſſio rei, ſi de corpore delicti formiter non conſtiterit.

Ex qua regula excipitur caſus occiſi, cuius corpus non reperiretur, ſed apparent aliqua ſigna effuſi ſanguinis. Si his accederet rei confeſſio, condemnari poterit. *Leo Zambell. cap* 9. *fin.*

ADDITIO.

Regula eſt, quod non ſufficiat, quod conſtet hominem fuiſſe occiſum, vel aliud aliquod delictum fuiſſe commiſſum, ſed, vt poſſit Auctor puniri, debet conſtare, quod ex dolo, & ſcelere patratum fuerit, *ex vulg. l.* 1. §. *Item*

illud,

Digitized by Google

illud, *ff. ad Syllan.* vbi Doctores omnes. In dubio verò præſumitur, quod naturali morbo deceſſerit, vt per *Moſcatell. in pract. de prob. delict. in proem. n. 57. & ſeqq.*

Qui dolus in delictis à natura prohibitas abſque alia extrinſeca probatione præſumitur, vt per *Guazzin. defenſ. 4. cap. 2. num. 2.* vbi referuntur caſus, in quibus per coniecturas, & præſumptiones, ac per indicia probatur corpus delicti.

Neque ſolum conſtare debet de delicto, ſed etiam de identitate rei, ſuper qua aſſeritur fuiſſe commiſſum delictum, *Maſcard. de prob. concl. 497. num. 5. & ſeq.* Et licet alias identitas rei præſumatur, tamen non procedit quando ex identitate præſumitur delictum, quia tunc identitas eſt probanda, & non præſumitur.

Immo non ſolum conſtare debet de delicto, ſed etiam de eius qualitatibus, & circumſtantis, vt per *Clar. quæſt. 4. num. 2.* Et ſi cadauer fuerit ſepultum, debet exhumari iuſſu iudicij, *Marant. in tit. de inquiſ. num. 18.* Id autem quomodo fieri debeat vide *Caual. de tract. reg. p. 1. num. 185. & num. 190. & 196.*

In delictis quoque, in quibus non ſolent remanere veſtigia, & ſunt facti tranſeuntis, debet probari corpus delicti per aliquas coniecturas, & indicia, vt per *Farinac. quæſt. 2. num. 3.* contra *Clarum quæſt. 55.* Prout in omnibus de-

Digitized by Google

lictis occultis, & difficilis probationis corpus illorum probatur per coniecturas, & præſumptiones, *Farinac. d. quæſt. 2. num. 12.* In alijs verò criminibus, in quibus poſt factum remanent veſtigia ad probandum corpus delicti indicia, & coniecturæ non ſufficiunt, ſed de eo conſtare debet per ocularem inſpectionem, vel per teſtes, *Clar. quæſt. 4. & Farinac. d. quæſt. 2. num. 6.*

In crimine verò hæreſis, cum ſola voluntate committatur, poterit quis damnari, etiam quod non conſtet aliter de delicto, *Albertin. de agnoſcend. aſſert. cath. quæſt. 25. num. 1. ſeqq. in 1. dub.* Idemque dicendum eſt in crimine laimorum, & ſimilium, vt per *Guaz. loc. cit. n. 19.* ſecus autem ſi fateantur vnum, vel plures infantes ſuis maleficijs occidiſſe, *Farin. d. quæſt. 2. num. 26.*

In delictis autem, in quibus per eorum perfecta cognitione requiritur peritia hominum, vt in pecunia adulterina, annona corrupta, veneficio, & ſimilibus requiruntur periti in arte, nec ſufficiunt teſtes non periti, etiamſi reus fatentur delictum.

An autem corpus delicti ſuppleatur per confeſſionem delinquentis, an iuſtificetur per famam, quomodo venenum alicui propinatum eſſe, probetur; quomodo conſtare debeat de corpore delicti in crimine ſtupri, quomodo in cri-

crimine furti, in delatione armorum, in crimine falſi, quando probetur quem fuiſſe mortuum ex vulnere ſibi illato, vel ex mala cura, quænam vulnera dicantur mortalia, vel non mortalia; quibus peritis ac medicis in hac materia ſtandum ſit, vt probetur corpus delicti; quomodo probetur corpus delicti in aſſaſſinio, quomodo conſtare debeat de tractatu, & id genus alia vide apud *Boſſium*, apud *Clarum*, & *Farinac. locis allegatis*, & *apud Guazzin. d. defenſ. 4. cap. 2. & ſeqq.*

Vide plene de hac re *Zuffium de criminal. proceſ. legitimat. quæſt. 9. cum ſeqq.*

Inquiſitio.

INquiſitio, à qua Iudex ex officio crimina inquirit, vel eſt generalis, vel ſpecialis, vel mixta. *Hoſtienſis l. 4. tit. de inquiſ.* §. 1.

Generalis reſpicit omnia delicta, & omnes omnino perſonas, ſpectatque ad Generales, Prouinciales, & eorum Commiſſarios, ac Viſitatores ad vniuerſitatem cauſarum deſtinatos. *Felin. in rubric. de accuſat.*

Specialis inſtituitur contra ſpeciales perſonas de certis criminibus.

Mixta, vel eſt ſpecialis quoad delicta, & generalis quoad perſonas; vt cum ſcitur crimen, ignoratur Author: vel eſt generalis quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonas; vt cum

Fra-

Digitized by Google

Fratres talis conuentus inſamati ſunt de tranſgreſſionibus regulæ, eæ autem neſciuntur.

In generali inquiſitione Iudex à nullo iuramentum exquirere debet. Admoneat tamen, ſubditos, & per ſanctam obedientiam præcipiat, vt dicant, quæ Dei gloriam, & Religionis candorem concernunt, dummodo occulta non ſint. *C. Roman. de cenſibus in §. ſanè.*

Ideò, nè nè de ſpeciali perſona, vel delicto occulto in Inquiſitione generali perquirat, omninò cauere debet quod, ſi fecerit, vltra mortalem culpam: quam committit, officio deſtituendus eſt, & Subditus, quibuſuis præceptis adactus, reſpondere non tenetur, vt potè non iuridicè interrogatus, *Vallisſol. cap. 7. Aretin. cap. 2. Ghisler. cap. 16.* ac tandem Inquiſitio ſpecialis, quæ ſuper huiuſcemodi diffamationem fortè inſtitueretur, nulla eſt eò ipſo. Ab hac tamen reſtrictione Prouinciales excluduntur, ad quos ſindicandos deſtinantur Viſitatorts, vnde illis integrum erit, de Prouincialium regimine in genere, & in ſpecie inquirere nominatim, etiam nulla infamia præcedente: non tamen ad illorum vitam, & mores deſcendendo, quod etiam de Guardianis, fieri debet. *Valliſ. c. 7. C. Inquiſit. de accuſat. iuxtà gloſſ. Nauar. in cap. inter verba 11. quæſt. 13. Coroll. 61. num. 947.*

Poterunt etiam Viſitatores Prouinciarum,

de

Digitized by Google

de ſuo prædeceſſore immediato, generaliter inquirere, vt vel hac ratione, in ſuo munere cautiores incedant.

Occultum autem in iure nominatur, quod, licèt duobus, vel tribus teſtibus notum ſit de illo, tamen nulla exiſtit infamia.

Quòd ſi de delicto, aliàs occulto per duos, vel tres teſtes aliquis fuerit conuictus, is non publicè: ſed coram iiſdem teſtibus ſecretò puniendus eſt, niſi atrox delictum eſſet, cuius correctio, cæteris tranſiret in exemplum. *Valliſol. cap. 7.*

Et ſi principalis ipſe in Inquiſitione generali, vel alio quocumque modo, antequam infamia notatus ſit, vel ab accuſatore præuentus, ſuum crimen Iudici fateatur, publicè puniri non poteſt, etiamſi poſtmodùm accuſatus eſſet; ſed illi coram Diffinitoribus, vel probatis aliquibus Patribus, ſalutaris pœnitentia imponi debet, ſumpta tamen in ſcriptis ipſius depoſitione, ne relabendi occaſionem, ex impunitate, arripiat. *idem cap. 7. Salmant. cap. 7.*

In generali Inquiſitione, etiam inhabiles, & exceptuati admittuntur.

Si vnus, aut alter ſubditus occultum delictum aperiat imprudens, & ex inquiſitione generali, nulla contra reum reſultet infamia; Iudex, contra ipſum procedere non poteſt, niſi

ip-

ipſum paternè, & ſecreto admonendo.

Nulla in generali Inquiſitione infamia requiritur. *Trid. ſeſſ.* 8. *cap.* 10.

Quod in illa ad Prælatum deſertur, tanquam ad Patrem, in ſpecialem Inquiſitionem deduci non poſſit; ſed ſolùm paternè corripi, etiam ſi multi id detulerint; dummodò patrem, non Iudicem interpellarint, tunc enim eſſet ſimul actor, & Iudex; niſi ex infamia, vt Iudex procedat ad formandum proceſſum.

Articuli, ſuper quos Inquiſitio generalis, ſeù Viſitatio inſtituenda erit ſunt illi, qui in ſtatutis generalibus deſcribuntur, quos Viſitator deſcriptos habere debet, & circa primum, & ſecundùm, & deinceps inquire. *Valliſol. c.* 8.

Scripto, ſoli ipſi Viſitatores, maximè in Viſitatione paterna, nullo alio præſente, &c. Subditorum dicta recipiant, præcipuè ea, quæ graues, & vlteriores culpas oſtendunt, vt ex ipſo poſtea indicia, pro ſpecialibus inquiſitionibus, elicere poſſint.

Viſitationes autem huiuſmodi, vltra ſex Menſes conſeruare non debent Viſitatores, nec tenentur; quòd etiam in Statutis Ordinis ſeruari mandatur in omnibus proceſſibus, ſeù confeſſionibus Fratrum, & actis iudicialibus; itaque ſemeſtri elapſo, numerando à concluſione cauſæ, cauſis omnibus iam agitatis, & per finalem ſententiam vltimò terminatis, imponi-

Digitized by Google

ponitur perpetuum ſilentium. *Salmant. c.* 10. *Congr. Gener. Ciſm. Rom.* 1603.

Ad retinendam verò delinquentium memoriam, & ad remouenda ex Archiuijs Prouinciarum, odiorum, & ſimultatum ſemina, quæ in ſpectione proceſſum oriri facilè poſſent, poterunt, ac debeant eorumdem delinquentium nomina, cauſæ, liberationes, vel condemnationes in libro Prouinciæ notari, cum ſententijs per extenſum, manu Secretarij Prouinciæ exaratis, ac etiam ipſæ originales ſententiæ, Prouincialis, vel Viſitatoris, aut Commiſſarij, & Diffinitorum ſubſcriptione, ſigillique Prouinciæ impreſſione munitæ fideliter, & ex integro in ijſdem Archiuijs aſſeruari. *Valliſol. c.* 12.

Tenentur omnes, ſub culpa violatæ obedientiæ, & pœnis arbitrarijs delicta notabilia, quæ ſciuerint, iuxtà ſuperiores regulas, Prælatis viſitantibus reuelare, etiam ſi Fratris crimen anteà ſecretò correxerint, eo vel maximè, ſi per obedientiæ præceptum adacti fuerint; renuentes autem, aut aliter dogmatizantes, in pœnas Statuorum generalium incidiſſe certum eſt. *Valliſol. c.* 10.

Si quis autem in Viſitatione Fratrum defectus non manifeſtauerit, ſed malitiosè, & callidè eos in aliud tempus, cuicumque Ordinis Prælato manifeſtandos, aut litteras contra quem-

Digitized by Google

quempiam ſeruauerit, & poſtea in iudicio, ſeù viſitatione deduxerit, produxerituè, audiri non debet, ſed eò ipſo actibus legitimis perpetuò priuari, & infamis declarari. *Idem Vallisol. cap. 7.*

Specialis Inquiſitio, quæ ex generali deducitur, niſi infamia præceſſerit, per duos ſaltem teſtes legitimos, initio proceſſus probata, nullo modo fieri poteſt, & acta aliter facta nulla ſunt. Niſi reus præſens de huiuſmodi probatione non excipiat. Exceptis ſequentibus caſibus. *C. qualiter, & quando 2. c. cum oporteat. cap. inquiſ. de accuſat. c. licet heli de Simon. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & comm. DD.*

Primò, ſi ſint in delicta excepruata, vt læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, Homicidij perſonæ eminentis, Subornatio in electionibus, Simonia, Sodomia, Sacrilegium in Monacho, &c. *Rodrig. tom. 2. quæſt. 5. art. 6. Nauar. & alij in cap. qualiter, & quando, cit. Nauar. in Rubric. de iudic. num. 86. Leſſius de iuſt. & iure l. 2. cap. 26. dub. 15. & alij.*

Secundò, ſi crimen in iudicio committitur, vt ſi teſtis falſum deponit, actor calumnioſè agit.

Tertiò, ſi delictum committatur notoriè coram Iudice ac teſtibus; tunc enim poteſt delinquens oretenùs incontinenti examinari, & condemnari, & hoc incontinenti durat per tres dies.

Quar-

Digitized by Google

Quartò, ſi habeatur confeſſio iudicialis, ſafacta cum iuramento, ſiue ſit coram Iudice competente: ſiue non: ſiue facta ex profeſſio, ſiue incidenter: ſiue ſit delicti circumſtantia, ſiue aliud diſtinctum. Ac etiamſi in iudicio conſtet Iudici per depoſitiones teſtium, (etiāſi incidenter) commiſſum eſſe crimen: tunc illa notitia, quæ induit rationem ficti accuſatoris, infamiam ſupplet, & aperit viam Iudici ad inquiſitionem ſpecialem; in alio proceſſu formando, ſi delictum ſit à principali diſtinctum. Tandem ſi quis confeſſus ſit crimen extraiudicialiter coram multis, & hæc iactatio per duos teſtes conteſtes probetur. *B. Io. à Capiſtrano in cap. tua nos de cohab. clericorum Nau. ſup. & alij cap. at ſi clerici de iudicijs. Zambell. in regul. cap. 6. num. 18. Aretin. in praxi cap. 15. Inciſa tract. 3. cap. 9. Bouer. in direct. cap. 6. Innoc. in cap. bona. 1. extra de elect. Nau. in manuali cap. 18. num. 38. & alij contra Sotum. S. Thoma. & alij apud Boer. ſup. c. 6.*

Quintò, ſi delictum ſit ita euidens, & notorium, quòd nulla valeat tergiuerſatione celari, vtpotè, ſi fiat coram Conuentu, vel maiori parte illius, etiamſi accidat aliquando, euidens eſſe delictum, & ignorari autorem. Tunc enim ſiue famæ probatione poteſt contra authorem inquiri; non tamen poterit condemnari, niſi duos ſaltem teſtes de criminis patratione deponant.

Sex-

Sextò, ſi euidentia adſunt indicia de patrato delicto, & illa congruenter probata ſint, vt ſi factum ſit furtum iam notorium, fur autem ignoretur, inueniantur tamen aliqua apud Fratrem, quæ furtum indicent, poterit Iudex ſine fama ad inquiſitionem contra talem furem deuenire. Item ſi de commiſſo crimine adſit in communitate, vel eius maiori parte vehemens ſuſpicio contra aliquem, poteſt Iudex contra illum ſpecialiter inquirere.

In his omnibus caſibus ſine præcedenti infamia procedi poteſt. Scut etiam, dum per accuſationem, denunciationem, vel exceptionem proceditur.

Iuramentum exhibeat Iudex teſtibus, dum ſpecialiter inquirit, ſecùs acta ſunt nulla. Sacerdotibus quidem tacto pectore, reliquis verò tactis ſacris Scripturis, vt motis eſt. *C. tuis. c. nuper de teſt. & l. iurand. C. eodem tit.*

In hac ſpeciali inquiſitione, ac etiam in omnibus alijs actibus, ad contentioſum forum ſpectantibus, (paterno foro excepto) Iudex Secretarium, ſeù Scribam peritum, & fidelem ſibi eligere debet, qui omnia cauſæ merita in ſcripta redigat, quem Notarium ex indulto Apoſtolico creet, ab eoque fidelitatis iuramentum excipiat, cui in ipſo proceſſu monumentum appareat, vt vel hac ratione legitimus ſit proceſſus. Aſſumere enim duos Aſſeſ-

ſo-

ſores ad teſtium, & rei depoſitiones recipiendas, nec Religioni honorificum, nec cauſis vt plurimum vtile euadit, in quibus ſilentium maximè commendatur. Niſi hanc aſſiſtentiam in repetitione teſtium, in tortura, in ratificatione poſt torturam, vel in aliquo notabili cauſæ actu Iudex expedire cognouerit.

Ad hæc, ad ſpecialem inquiſitionem ex officio deſcendi non poteſt; niſi conſtito priùs de corpore delicti, iuxta formam inferiùs aſſignandam. *Vallisol. cap.10. L. 1. ff. ad Syllan. §. item aliud, & communiter omnes.*

ADDITIO.

Poſtquam Iudici legitime conſiſterit delictum commiſsum fuiſſe ſtatim debet ſuper ipſo delicto inquirere, vt quam primum ſcire poſſit quis illud commiſerit.

In quibus autem caſibus per inquiſitionem procedi poſſit, quot ſint caſus de iure communi, in quibus poſſit ex officio procedi, & huiuſmodi alia vide apud *Clarum, Boſſium & Farinacium*, negantem quæ maximè ad Regulares ſpectant, has ſubiungimus.

Quilibet igitur pręlatus poteſt, imò, & tenetur inquirere de ſuis ſubditis, ſed non debet committere, niſi peritis ac bene inſtructis inquiſitioné de delicto Religioſi, quæ fieri debet per teſtes ſæculares, caſu, quo iſti poſſint, teſtes

E eſſe

eſſe. Nam cauſæ Regularium caute & ſub ſigillo ſancti debent agi, niſi crimen ſit publicum. Tunc enim palam eſſe corripiendos monet Apoſtolus, quod iudicio Prælati relinquitur, ſi ei expedire indebitur iuxta *Tridentinum Concilium. ſeſſ. 24. cap. 8. de ref.*

Ad inquiſitionem generalem faciendam non requiritur, quod præcedat infamia, nec quod adſit denunciator, vel accuſator, ſed iuſſu Prælati vocentur fratres ſingillatim ad viſitandum, ipſe verò non admittat denunciationem, niſi firmatam & deſcriptam à denunciante, imo & qui nihil viſitat, ſeu denunciat, debet dictum ſuo nomine firmare.

Aduertant Prælati, quod nullo modo admittant paſſim chartulas, quas Religioſi clauſulo contra ſuos Superiores offerunt. Id enim reprobatur, *in cap. Inquiſitionis de accuſ.* Niſi adſit aliqua legitima cauſa, vt ad inquiſitionem criminis ſeruato iuris ordine deueniant. De quo vidi *Mirand. tom. 1. ord. iudic. quæſt. 6. art. 4. concl. 3. & 4.* vbi tradit, quod in generali inquiſitione non eſt de occultis inquirendum, & *art. 5.* agit de iuramento ſumendo à teſtibus, & *art. 6.* tradit teſtes in generali inquiſitione, ſi in ſpeciali reproducantur, & cum iuramento probant contra eum in particulari inquiſitione, & de ſchedulis clauſulum miſſis agit, *q. 7. art. 8.*

Non

Non licet de aliquo particulari inquirere in generali inquiſitione, niſi ille infamatus exiſtat de aliquo crimine commiſſo; *d.cap. Inquiſitionis, & cap.qualiter & quando de accuſat.*

Quænam infamia requiratur ad particularem inquiſitionem, & quænam ſi differentia inter famam & clamoroſam inſinuationem, de qua *in d.cap. qualiter & quando*, & an infamia iuridice ſit probanda vide *Mirand. d. quæſt. 7. art. 1. & 3.* & an ſufficiant indicia ad id faciendum *art. 4.*

Quando crimen eſt contra Rempublicam poteſt Iudex procedere per viam inquiſitionis, etiam contra de eo non infamatum, & probato delicto, poteſt eum publice punire. Quænam autem ſint crimina contra Rempublicam vide apud *Sotum de tegendo ſecreto membr.2. quæſt.4. concl. 3. & quæſt. 6. concl. 3. caſ. 6.* Hinc fornicatio apud Regulares cenſentur vergere in damnum publicum totius Religionis ob infamiam & ſcandalum quod inde prouenit. Idem dicendum de eo, qui noſter exit foras, vel fœminas in monaſterium introducit. Idemque de Minorita, qui pecunias contractando cum dedecore Religionis ludit cum ſæcularibus. Id enim vergit in damnum aliorum Religioſorum de quibus ſimile ſuſpicabitur. Sed vtrumque caſum limitat, *Rodriq. reſol. 39. num. 6.* quando peccatum eſt publicum & notorium ſecula-

ribus, & ſcandalum eſt magnum, nec ſperatur emendatio fratris per correctionem fraternam.

Prælatis procedere non licet contra Religioſos per viam inquiſitionis in crimine, quod commiſiſſe dubitatur donec de delicto conſtet, & de eo infamati ſint iuxta, *cap. Inquiſitionis & cap. qualiter & quando de accuſ.* Quare maxime aduertere debent, ne de tali Religioſo non infamato vllum verbum faciant, aut poſt viſitationem Fratres, indicatos de aliquo, ad alios Conuentus tranſmittant. Quod pro oppidis paruis pręſertim aduertendum eſt.

Exceptio.

HIc eſt vltimus modus procedendi, & poteſt bifariam iniri, nimirum Ciuiliter, & Criminaliter. *Salmant. c.* 10.

Ciuilis exceptio eſt, dum repellitur Iudex, teſtis, ac electus, vel eligendus contra quos adducuntur inhabilitates, & excluſiones, & nil aliud intenditur, niſi ipſorum repulſio à recenſitis muneribus, nulla autem ipſorum punitio.

Hinc quæcumque talis exceptio, ſi probat, puta quia Iudex, Teſtis, eſt inimicus, infamis, &c. tunc repellantur, à iudicio, & à Teſtimonio; nulla tamen illis, nec ordinariã, nec extraordinaria pœna imponitur, parimodo nec Excipiens talionis pœna plectendus eſt, ſi exci-

excipiendo non probat; ſed ſub iudicio, & teſtimonio talium remaneat. Præterea ſine Exceptore præſente, & excipiente, nullo modo Iudex poteſt proceſſum exceptiuum incipere. Præcipuè vbi de electione, & electo ageretur. *Speculator. 3. p. tit. de except. num. 3.*

Si quis excipit contra electum, & exceptionem non probat, pœna arbitraria puniri debet. Si contra eligendum, mitiori pœna mulctandus eſt, vt falſis criminationibus aditus occludatur. *C. ſuper his de accuſat. Speculator ſupra Clar. l. 5. §. fin. q. 19. Villag. lib. 3. tract. de exception.*

Criminalis exceptio non ſolùm intendit excludere, ſed puniri excluſos de obiectis criminibus, & probatis; & tunc naturam accuſationis induit. Vnde exceptor deficiens puniri debet. *Clar. ſupra v. Criminaliter autem.*

Si ciuilis ſit exceptio, in eodem proceſſu terminanda eſt; ſi criminalis, in alio.

Contra eligendum in ipſo electionis die exceptio non debet admitti, niſi tam in promptu eſſet probatio, vt breuiſſimo tempore expediri poſſet exceptio.

Criminalis verò nullo modo audienda ſed ſuis dilationibus agitari debet, vt exceptor probare, & reus ſe tueri valeat.

Digitized by Google

ADDITIO.

De exceptione quoad actionem ciuilem nihil ad rem noſtram. Quod vero ad actionem criminalem, tunc agitur via exceptionis, quando quis excipiendo, puta contra teſtes, petit illis tanquam falſis, nullam fidem adhiberi, prætereaque eos de falſo puniri. Et hæc quidem caſu ita excipiens dicitur aſſumere partes accuſatoris, & perinde proceditur contra ipſos teſtes ac ſi fuiſſent accuſati, ſeu querelati de falſo, & poteſt contra eos ferri ſententia condemnatoria criminalis, & iudicium ipſum, quamuis à principio fuerit ciuile, efficitur criminale, & in eo proceditur in omnibus, & per omnia ad inſtar criminalium iudiciorum.

Hinc infertur, quod ſicut in iudicijs criminalibus, in quibus vſque ab initio proceditur per accuſationem, vel inquiſitionem, requiritur, quod in ipſa accuſatione, vel inquiſitione exprimatur dies, & annus, & locus commiſſi delicti; pariter etiam eadem ſunt exprimenda, quando proponitur crimen per viam huiuſmodi criminaliter exceptionis, vt per *Clar. q. 12. verſ. Adde quod.*

Item ſicut in iudicijs criminalibus non poteſt regulariter procurator interuenire quando cœptum eſt agi via accuſationis, vel inquiſitionis, ita nec etiam quando agitur hac via exceptio-

ceptionis criminaliter intentatę, vt per eundem *Clar.q. 32.verſ.Tu ſcis*.

Denique ea omnia, quę ſeruantur in iudicio accuſationis, ſeruanda ſunt in hoc iudicio exceptionis criminalis, quia talis exceptio,quæ tendit ad puniendum, acquiparatur accuſationi.

Non eſt autem hoc in loco ommittendum, quod alio etiam modo deducitur crimen in iudicio abſque accuſatione, vel exceptione, quando ſcilicet pars, ſeu teſtis incidenter confitetur ſe aliquod delictum perpatraſſe. Quo caſu talis confeſſio incidenter facta non nocet confitenti quod ad hoc, vt poſſit ex ea puniri. Operatur tamen, vt ex ea aperiatur via iudici ad inquirendum ſuper ipſo crimine confeſſo abſque vlla partis querela. Et eo caſu debet Iudex inchoare nouum proceſſum ſuper illa confeſſione,& dare ſuas defenſiones reo,aliaque facere, quæ in proceſſibus criminalibus requiruntur, vt per *Bartolum, Boſſium, Afflictum, & Foller. quos ſequitur Clar. lib. 5. §. fin. q. 19.n.4. apud quos de hac relate*.

Indicia.

INdicia ſunt maleficiorum ſigna, ex quibus Iudex contra delinquentes ad inquirendum mouetur. *C.ſtudijs de præſumptionibus. Angel. de malefic. v.fama publica n.9.*

Hæc vel leuia ſunt, vel grauia, vel grauiſ-

ſima; licet Iudicis prudentiæ horum diſcrimina vt plurimùm relinquantur, attamen, vt illius iudicium in re tam controuerſa, minùs, quam fieri poteſt, à ſemita veritatis aberret, per ſequentes propoſitiones Indiciorum materiam explicamus. *Bald.l.ſeruos C.de teſtib.Idem de Indic. num.399. Clar.q. 21.v. ſed pone, & q. 45.v-final.*

Indicia leuia ſunt. Dictum teſtis inhabilis; niſi per torturam inhabilitatis maculam abſtergat; tunc enim non indicium, ſed teſtimonium reputabitur. *DD.ſup. allegat.*

Dictum ſocij criminis; qua tunc non eſt teſtis, ſed denunciator, niſi tortura confirmetur; quia tunc facit indicium graue, & vehemens. Conſuetudo delinquendi in eodem crimine, bis, terue, ſecundum regulam legis: Semel malus, &c.niſi per triennium probetur cum laude vixiſſe. Phiſionomia mala, Rubor, Pallor, Timor, Tremor, Inconſtantia, quæ ſolent ſæpè eſſe fallacia indicia. Inimicitia non capitalis nimis leuis eſt, ſi grauis, & capitalis fuerit, etiam ad capturam rei ſufficit. Fama, ſi originem trahat à viris probis, & honeſtis, eſt indicium ad ſpecialem inquiſitionem. Et ſi ſtatim ex delicto emerſerit à perſonis fide dignis, ſufficit etiam ad torturam. Hæc omnia, & ſimilia dicuntur indicia leuia, quia ſolùm ſufficiunt ad aperiendam viam Iudici, vt ſpe-

Digitized by Google

ſpecialiter inquirere poſſit, non tamen conſtituere reum, eo minùs torquere, niſi alijs indicijs adiuuentur, tranſeantque in grauis indicij naturam. *Farin. q. 41. n. 17. De regul. iuris in 6. c. ſemel malus. Bald. de Indic. num. 175. Clar. q. 21. v. Inimicitia. Bart. conſ. 161. Bald. in c. 1. de pace vi firmam. Fel. in c. veniens 1. de teſt. & alij.*

Indicia grauia ſunt Confeſſio extraiudicialis *Clar. q. 21. v. confeſſio extraiudiciaris. Farin. q. 33. num. 16.* vel facta ſine vi, metuuè coram Iudice incompetente. Scriptura manu rei facta, vt literæ amatoriæ *Farinac. q. 51. num. 74.* Minæ delictum præcedentes, à viro improbo prodeuntes, ſecùs ſi à probo, alioque excandeſcente: tunc enim ad inquirendum ſolum ſufficit. *Couar. lib. 2. variar. c. 21. Inciſa tract. 8. de indicijs.* Sequeſtratio ſolius cum ſola, in loco ſecreto, & ſuſpecto, obſcuro, vel obſeratis foribus, vel nocturno tempore. Exclamatio puellæ, vel pueri, vel offenſi cum fuga, vel tremore, vel pallore delinquentis. Variatio, Vacillatio, Mendacium Rei non ſtupidi, nec obliuioſi circa delicti ſubſtantiam, non tamen circumſtantias. *Pariſ. de ſyndicatu v. tortura Carrer. in pract. n. 119. Farin. q. 52. nu. 20. & q. 66. nu. 100. Inciſa tract. 8. de indicijs Boſſius de iudicijs num. 49.* Fuga Rei poſt delictum; & ante incœptam informationem, vel etiam poſt, iuncta

cta fama, vel cum fractione carcerum, niſi indebitè detineretur, probat delictum. *Farin. q.48.num.25.30.Boſſ. deciſ. 215. Gomez.c.9. delict.n.11.* Inuentio rei furatæ apud aliquem, niſi probet, vnde habuerit, vel ſit bonæ famæ, & rempublicè teneat. Vel rerum, quæ inuentæ eſſent loco delicti, vt liber, pallium, gladius, corona, &c. niſi doceat, vnde eas habuerit. *Farin.q.59.num.74.* Confeſſio facta in tormentis, & retractata in ratificatione. Hæc omnia indicia, quæ præſumptiones etiam dicuntur, ſufficiunt ad inquirendum, & ad conſtituendum reum, & ad illum torquendum, ſi negauerit. *Pariſ.de ſyndic. c.6.n.1.*

Indicia grauiſſima, quæquè violenta dicuntur, orta ex maximis, & euidentibus coniecturis mouent mentem Iudicis ad certitudinem quandam moralem, quod reus tale delictum commiſerit, nedum ſufficiunt ad inquirendum, & conſtituendum, ſed etiam ad condemnandum, Vt ſi quis nudus cum nuda in eodem lecto deprehendatur, fornicatio præſumitur. *Gloſſ.in c.ſi quis vxorem 32. q.1. c.ex litteris de præſumpt. vbi DD.* Si quis ſtricto enſe, & ſanguine conſperſo exeat de domo, vnicam ianuam habente in qua ſit occiſus, tanquam homicida condemnari poteſt. Niſi aliqua defenſione delictum minuat, quia pœna extraordinaria puniri poterit, exceptis atrociſſimis,

quæ

Digitized by Google

quæ pœna ordinaria debent puniri. *Bart.l.fur. eſt manifeſtus ff.de furtis. Bolognin.in l.luan.cunčti c.de probation. Farin.q. 52.num. 54.*

Omnia indicia, cuiuſcunque generis ſint, nulla reputantur, niſi quodlibet ipſorum, per duos ſaltem teſtes conteſtes integros probata ſint. *Clar.q. 22. Farin.q.37. Marſil. in pract.§. diligententer.*

Licet Iudici indicia inter ſe copulare, quia indicia ad inuicem ſe iuuant. Vnde licet vnum indicium leue ad torturam non ſufficiat, iunctum cum alio ſufficit; vt dictum vulnerati, & conſuetudo delinquendi in eodem genere, faciunt vnum indicium ad torturam. *Inciſ. tract. 8.de indicijs c.6.nu.6.Bertus in praxi tit.11. c.6. Ambroſ. l.4. c. 1.nu.20.*

Item ex dictis alia indicia elicere, illaque leuia, vel grauia declarare, prout loci, perſonæ, gradus, conditionis, ætatis, & aliarum moralium circumſtantiarum ratio ſuaſerit. Non tamen ad libitum, ſed iuris arbitrio conſentanea. *Panorm.in c. cum in contempl. de regul. iuris. Bart.in l.c.fin.ff.de quæſtion.*

Sint prӕterea indicia in ſua claſſe luce meridiana clariora, certa, non dubia; non æquiuoca, concludentia, & delictum inferentia, itàvt ſola rei confeſſio deeſſe videatur. Secùs acta erunt nulla, & Iudex ad famæ reſtitutionem, & ad omnia damna tenebitur.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO.

Conſtito ne delicto ſolent Iudices recipere informationes, ſiue iudicia contra delinquentem. Conueniens igitur eſt, vt de ipſis iudicijs præter ſuperius adducta diſſeramus.

Iudices ad indicia aſſumendum duobus modis procedunt. Vno quando non eſt certus delinquens, procedunt inquirendo generaliter: Altero quando eſt certus delinquens, procedunt inquirendo, ſiue aſſumendo indicia ſpecialiter contra eum.

In hac vero indiciorum materia non poteſt dari certa doctrina, ſed totum relinquitur arbitrio Iudicis, qui ſecundam qualitatem perſonæ, delicti, ac demonſtrationum, ſiue ſuſpicionum, indicabit indicium eſſe ſufficiens, vel non.

Gradus autem indiciorum tres ſunt, leuia, grauia, grauiſſima. Leuia ſufficiunt ad capturam, non tamen, vt ſtatim debeat reus examinari ſuper delicto ita, vt eius nomen accipiatur inter reos, ſed vt tollatur ei facultas fugiendi. ſufficiunt etiam ad inquirendum, id eſt ad aſſumendas ex officio informationes contra aliquem de delicto, non tamen ad illi tranſmittendam inquiſitionem, vel citationem. Etſi huiuſmodi indicia non ſunt valde vrgentia, putat Clarus appellari poſſe ſuſpiciones, ſi vero

magis

Digitized by Google

magis vrgeant dici poſſe præſumptiones, ſiue argumenta.

Grauia ſufficiunt ad tranſmittendam inquiſitionem reo abſenti, vel ſi ſit captus ad examinandum eum ſuper delicto tanquam reum, & etiam ad torturam. Quod idem Clarus putat in hac materia appellari proprie poſſe indicium, quod ſcilicet ſit pluſquam ſimplex præſumptio, & minus quam ſemiplena probatio.

Grauiſſima verò ſufficiant etiam ad condemnationem. Et hæc procul dubio debeat eſſe non modo pluſquam ſemiplena probatio, ſed etiam quaſi plena probatio.

Ad inquirendum igitur, id eſt ad aſſumendum informationes ſuper delicto ſufficiunt leuia indicia. Sufficit enim aliqua probabilis ſuſpicio, propter quam Iudex rationabiliter credat delictum ab eo commiſſum fuiſſe, contra quem inquirere intendit. Ponunt exemplum in dicto, ſeu aſſertione morientis. Item in graui inimicitia, ac fama, & hæc eadem ſufficiunt etiam ad capturam arbitrio Iudicis, conſiderata facti, & perſonarum qualitate.

Ad formandam vero, ſeu tranſmittendam inquiſitionem contra aliquem, id eſt ad eum citandum pro delicto, de quo imputatur, neceſſe eſt, vt præcedant legitima indicia; alioquia inquiſitio non præcedente diffamatione, & non ſumptis informationibus ſuper ea; eſt

nulla.

nulla. Sed quænam ſint iſta legitima indicia, Doctores in ſpecie non exprimunt. Et quidem ſecundum aliquos non debent Iudices procedere ad tranſmiſſionem alicuius inquiſitionis, niſi delictum eſſet contra reum taliter probatum, quod ſuper eo poſſit etiam torqueri, & ſi vſus contrarium obtinuit. Quare attenta generali conſuetudine, vel potius corruptela poterit fieri concluſio, quod ex vehementi ſuſpicione, quæ contra reum ex probabilibus argumentis reſultet, poterit contra eum formari inquiſitio, licet talia indicium non ſint talia, vel taliter probata, quod ſuper eis poſſet reus torqueri.

Et quæ dicta ſunt in propoſito formandæ inquiſitionis intelligitur etiam, vt procedant in examine, ſine interrogationibus, quæ fiunt reo præſenti. Nunquam enim reo preſenti leguntur capitula, neque inquiſitio ſed examinatur reus ſuper delicto.

Vbi verò indicia ad formandam inquiſitionem videntur Iudici debilia, Iudex iubet reum detineri. Nam ad capturam ſufficit quæcumque informatio. Et ſucceſſiue vbi reus non inuenitur fit de hoc relatio apud acta, quo caſu dicitur conſtare de eius fuga, quæ iuncta cum alijs præexiſtentibus indicijs ſufficit ad tranſmittendum reo inquiſitionem.

Ad torturam etiam quæ indicia ſufficiant

non

Digitized by Google

non poteſt dari certa doctrina, ſed pariter relinquitur arbitrio Iudicis. Aliqua exempla refert *Clarus q.21.* ſufficit autem minus quam ſemiplena probatio iuxta *Gloſ.in l. comprobatio ff.de probat.*

Ad condemnandum verò grauiſſima indicia requiruntur, & vt aiunt indubitata, quorum exemplum ponit idem *Clarus d. q. 21. verſ. ſi aliquis,*& de hac re opiniones Doctorum refert *q. 20. n. 6.& n. 7.* adducit caſus aliques in quibus etiam de iure communi ex præſumptionibus poteſt quis ad mortem condemnari, vt in aſſaſſinio, in crimine læſe maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ. Quando verò præſumptio eſt poſita à lege; tunc poteſt ex ea ſequi condemnatio capitalis.

Vide triginta octo indicia apud *Carer. in pract. crim.* & de illis plene *Boſſium de indic. ante torturam.*

Quid indicium, quid argumentum, præſumptio, ſuſpicio, coniecturæ, fictio, qualiter probetur indicium, & quotuplex vide *Carer. loc. cit.* vbi etiam habetur quomodo debeat probari indicium proximum maleficio, & quomodo remotum. Quænam ſint indicia ſufficientia ad torturam vide *Campeg. tr. de teſtib.reg.395. & Menochium.de arb.lib.2. ſent.3. caſ.270.*vbi etiam de eorum diuiſione, & quando per torturam purgata cenſeantur. Omnia remit-

remittuntur arbitrio Iudicis *Caſ.* 273. Vide etiam *Farinac. q.* 36. *& Souſam in aphoriſm. Inquiſ. cap.* 25. *lib.* 2. vbi quid ſit indicium, quotuplex, quid præſumptio, eius diuiſio, ac differentia, iuris & de iure, hominis, leuis, grauis, violenta, quid argumentum, adminiculum, ſuſpicio, & coniectura, an & quando ſufficiant ad torturam, quid in crimine hæreſis, de indicijs quoad ſocium criminis, vbi *n.* 24. caſus, in quibus cum ſocij criminis teſtimonio datur tortura, & huiuſmodi alia breuiter, & accurate.

Fama, Infamia, Clamoroſa inſinuatio.

SPecialem his titulum deſtinamus, quia de eis inter indicia, accuratior ratio haberi debet.

Fama, eſt communis opinio, voce manifeſtata, ex ſuſpicione proueniens; ſi circa malum, eſt Infamia, quæ ſi ad aures Superioris ſæpiùs deferatur, dicitur Clamoroſa inſinuatio. *Bart. l. de minor. ff. de quæſt.*

Hæc fama, ſeù infamia, quæ viam inquiſitioni pandit, nulla eſt, ſi à viris probis, honeſtis, non maleuolis ortum non habet. *C. qualiter, & quando de accuſat.*

Indè in principio proceſſus conſtare debet, ſaltem per duos teſtes conteſtes, quòd aliquis ſit infamatus de delicto, ijque cum iuramento teſta-

Digitized by Google

teſtari debent, ſe id audiuiſſe communiter in Conuentu, & expreſsè interrogari, à quibus audierint, quos ſi non nominant, nulla eſt famæ probatio. *Clarus quæſt.6. & alij DD. communiter.*

Duabus probationibus oppoſitis de fama, bona malæ præualet, ſicuti etiam, ſi per triennium honeſtè vixiſſe probauerit, malam famam in contrarium extinguet. *Boſſ. in pract. tit. de facien. defenſ. num. 8. Clar. quæſt. 5.*

Clamoroſa inſinuatio non eſt neceſſaria, niſi quando procedendum eſt contra Prælatum, Conuentum, & grauiſſam aliquam perſonam. Contra alios ſola infamia ſufficit. *Ghisler. de Iudic. regul. cap. 16. Farinac. quæſt. 9. num. 1. DD. in cap. qualiter, & quando extr. de accuſat. Aretin. pract. c. 16. C. quoniam contra extr. de prob. Maſcard. in l. de Min. §. penult. num. 104. Zambell. in regul. crimin. c. 4. num. 15.*

Non erit legitimus proceſſus, niſi in illius initio probata ſit fama, non ſolum delicti; ſed etiam delinquentis, eo caſu, quo ſpecialiter contra aliquem inquiratur, niſi reus, vt alibi dictum eſt, id ſciens, de nullitate non exceperit.

Teſtes deponentes de fama, tenentur dicere, de cauſa ſcientiæ famæ, ſaltem groſſiori modo declarantes quid ſit fama, alias depoſitio non ſubſiſtit.

Digitized by Google

ADDITIO.

Dictum eſt de indicijs in genere, nunc in ſpecie de aliquibus indicijs dicendum eſt. Fama ſola, quæ fit contra aliquem quod maleficium commiſerit, eſt ſufficiens indicium ad inquirendum contra eum, non autem eſt ſufficiens indicium abſque alijs adminiculis ad torturam, vt per *Clar. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 21. vbi hanc opinionem tutiorem & veriorem credit. Fama enim in criminalibus nequidem probat ſemiplene ex communi.

Et licet minus quam ſemiplena probatio videntur ſufficere ad torquendum, nihilominus cum fama ſit indiciorum valde remotum à delicto, ſit etiam indicium valde fallax, tutius eſt, ſi nullo alio adminiculo concurrente reus tormentis non ſubijaciatur.

Quomodo autem fama probetur tradit. *Clar. quæſt. 6. verſ. Illud tamen.* Sciendum tamen, quod iſta procedunt in ſola fama, quæ ſit contra aliquem in ſpecie de eo delicto, de quo agitur, ſed ſi eſſet mala fama in genere, quia ſcilicet ille eſſet homo diffamatus de alijs delictis, & ſic malæ vocis, conditionis, & famæ, tunc ex qualibet leui ſuſpicione attingente delictum, de quo agitur, ſolet reus tormentis ſubijci, modo illa fama ſit in eodem genere delicti; nam ſemel malus ſemper præſumitur

tur malus in eodem genere mali, *cap. ſemel.* cum vbi notatis *de regiſtr.in 6.*

Si vero delicta eſſent diſſimilia, non oriretur contra eum ex ea fama aliquod indicium. Nam ad hoc, vt mala fama noceat reo, debet eſſe in eodem genere mali.

Quod ſi talis ita diffamatos probaret quod per triennium proximum bene vixiſſet, & fuiſſet bonæ vocis, conuerſationis & famæ, illa mala fama contra eum probata, nihil ei noceret, ſed cenſeretur in totum purgata.

Vnus teſtis deponenens de maleficio facit indicium contra reum quoad inquirendum, id eſt quoad aſſumendas ſpecialiter contra reum informationes ſuper delicto, etiamſi ipſe teſtis vnicus alias ſit inhabilis, & minus idoneus.

Ad hoc tamen vt teſtis faciat legitimum indicium, quod appellatur indicium iuris, requiritur, quod ſit integer & omni exceptione maior, id talis, vt contra eum nulla poſſit opponi exceptio. Et huiuſmodi teſtis ſufficit etiã ad torturam.

Dictum ſocij criminis facit indicium contra eum, qui pro ſocio nominatur.

Regulariter verò delinquens non poteſt interrogari de ſocij, præterquam in nonnullis criminibus, in quibus propter eorum immanitatem permiſſum eſt, vt interrogetur. Quæ autem dicantur crimina excepta, vide apud

Digitized by Google

Gloſſ. in l.fin. C.de accuſat. de quo *Clar. d.q.21. num.4. & ſeqq.* vbi late de ſocio criminis.

An aſſertio vulnerati faciat indicium contra vulnerantem, quid autem de fuga delinquentis, quid de inimicitia, quæ viget inter offenſum, & eum, qui eſt de delicto ſuſpectus, quid de confeſſione extraiudiciali, an ſcilicet faciat contra confitentem ſufficiens indicium ad torturam, quid de confeſſione facta coram Iudice incompetente, quid de minis præcedentibus delictum, quid de pace, ſeu tranſactione facta per aliquem cum offenſo, quid de mendacio, ſeù variatione, inconſtantia, & titubatione rei, quid de re furata reperta penes aliquem, an talis inuentio faciat contra eum indicium ad torturam, & de huiuſmodi alijs vide *Boſſium*, *Clarum d. quæſt.* 21. per totam ibique Additiones, & *Farinacium*, & late, & *Guazzinum in tract. ad defenſam paſſim*.

Quod vero ad infamiam, illa eſt læſæ dignitatis ſtatus, moribus ac legibus improbatus. Diuiditur in eam, quæ eſt iuris, & in eam, quæ eſt facti.

Infamia iuris eſt illa, qua quis dicitur infamis à iure. Eſt duplex. Iuris ciuilis, & Iuris Canonici. Iuris ciuilis aut incurritur per ſententiam deffinitiuam Iudicis, aut ipſo facto ſecundum quod iura diſponunt.

Infamia iuris Canonici incurritur in omnibus

bus caſibus, in quibus infamia iuris ciuilis incurritur, & generaliter ex omni peccato mortali, in quo quis impœnitens perſiſtit.

Infamia facti prouenit ex communi hominum locutione, ſurgitque ex veriſimilibus coniecturis à tota, vel maiori parte populi, aut communitatis. Si tamen totius, aut maioris partis locutio non ſit, dicitur rumor.

Infamia iuris repellit à dignitatibus habitis, facti verò ab acquirendis, niſi aliter exprimatur in ſententia.

Infamia duobus teſtibus ſufficienter probatur, ſi ſint idonei, quamuis ſingulares dummodo in eadem ſpecie infamiæ conueniant; minus idonei duo non ſufficiunt.

Teſtes deponentes de infamia, etiam non interrogati, rationem ſuæ depoſitionis reddere debent, alias non probant.

Teſtes ſuper infamia debent nominare authores, à quibus audierunt, ac dicere quod audierunt à maiori parte hominum, vel viciniæ.

Sufficienter probant infamiam teſtes, qui dicunt ſcire, quia viderunt eius familiaritatem, & conuerſationem ab omnibus, vel à maiori parte vitari.

Teſtes dicentes ſe illum reputare infamem, & ita audiuiſſe ab omnibus illum cognoſcentibus, non probant infamiam.

Digitized by Google

Non probant etiam teſtes, niſi deponant de loco, vbi infamia vrget.

Nec item probant, ſi dicant extare vocem apud populum, aut ſi non exprimant factum, ex quo infamia oritur.

Si aliqui teſtes deponant ſuper publica voce & fama, & alij interrogati an de hoc aliquid ſciant, vel dici audierint, & reſpondeant nihil ſcire, vel nihil dici audiuiſſe, iſti vltimi reprobant primos, dummodo vltimi teſtes probabiliter ſcire, aut audire debuerint.

Infamia ſi orta ſit à fide dignis, facit indicium ad inquirendum.

Infamia etiam vehemens, & adminiculata in criminibus, non facit ſemiplenam probationem.

In crimine hæreſis infamia grauis ac vehemens, quæ non habet contra ſe aliquam contrariam præſumptionem, ortunque habet ex probabilibus, & veriſimilibus cauſis, ad purgationem canonicam ſufficiens eſt.

Sola infamia regulariter non facit indicium ad torturam, & ſi quis cum ſola fama torqueatur: ac confiteatur, confeſſio etiam ratificata non valet.

Infamia orta à maleuolis, vel ab infamibus, & vilibus perſonis non ſufficit ad canonicam purgationem, niſi aut addantur veriſimiles coniecturæ, aut ſcandalum productum ſit in populo.

Te-

Digitized by Google

Teſtes.

QVoniam munus teſtium publicum eſt, & ex ipſorum depoſitionibus, totum iudicij robur dependet, vnde iudiciorum, & probationum fortitudo dimanat, ideò de teſtibus ſubiugendum eſt. *Gloſſ. in rubrica extr. de teſt. & in l. ſi quando Barth. C. de teſtib. l. 3. ff. eodem. Clar. §. fin. q. 6. & 24. v. ſciendum eſt.*

A teſtimonio ferendo contra reum, excluduntur omnes, qui accuſare non poſſunt, niſi criminis immanitas, difficiliſque probatio aliud ſuadeant, in quibus etiam caſibus exceptis teſtifiari non poſſunt ij, qui iure naturali, vel diuino à teſtificando excluduntur, vt ſunt Hæretici, Apoſtatæ, in fide ſuſpecti, Publici criminoſi, Falſi teſtes, Conſpiratores, Calumniatores, Infames, Inimici etiam non capitales, etiam reconciliati, Inimicorum conſanguinei vſque ad quartum gradum: Eorundem nimium Familiares, Fautores, Procuratores, Aduocati, Accuſatores, Furioſi, Suſpecti, ideſt, qui in omni exceptione maiores non ſunt, Excommunicati, niſi priùs abſoluantur. Ad defenſam autem admitti poſſunt teſtes inhabiles; quorum probationes iudicis arbitrio remittuntur. *Clar. q. 24. v. item ſcias ſpeculat. 3. p. tit. de inquiſit. §. 1. n. 27. Farinac. q. 62. n. 90.*

Digitized by Google

n. 90. l. 1. §. præterea ff. de ſicarijs. c. ſemel malus de reg. iur. in 6.

Teſtis falſus eſt, qui iuratus veritatem negat, vel occultat, vel eſſentialia tacet: qui in alium ſenſum dicta interpretatur, qui depoſitiones mutilat, qui dubium pro certo affirmat. Qui ſi in vno eſſentiali, vel in facto principali falſus deprehendatur, in omnibus, vt falſus, habendus eſt: ſecùs ſi in extrinſecis, falſus autem conuinci poterit, vel ex ſuis dictis, ſuaque depoſitione, vel ex alijs teſtibus. Quod ſi vnus ex duobus affirmaret, alter autem negaret, neutri credendum erit, & neuter de facto condemnari poterit, falſum verò deponens ad defenſenſam, pœna extraordinaria puniri debet.

Teſtis varius eſt, qui in eodem iudicio, circa factum principale, & ſubſtantialia contraria deponit, & variationis cauſam non adfert, huius teſtimonium nullum declaratum eſt, *Clar. quæſt. 53. Farinac. quæſt. 57. Arg. cap. cum Eccleſ. de cauſ. proceſſ. Alex. conſ.* 70. ſi contraria in diuerſis iudicijs depoſuerit, etiam, vt falſus, & periurus puniendus eſt. Si in ſecundo examine reuocauit primum, ſecundo ſtandum erit, dummodò id antè triduum fecit, vt ſubornationi aditus præcludatur. Si dicta varia concordari poſſunt, à Iudice concordentur. Si in primo dicat, Credo: in ſecundo aſſertiue deponat, ſecundum præualet,

ſi in

ſi in primo dicat, ſe nihil ſcire, in ſecundo de facto deponat, non audiatur, ſi extra iudicium negauit, in iudicio affirmauit, credendum eſt ſecundo, niſi in primo, cum iuramento negaſſet, quia tunc, vt periurus, puniri debet; tanquam poſitus inter duo iuramenta contraria: *Couar. variar. l.2. c.13.n.8. Clar.quæſt. 53. Alexand.de præſump.reg.2.præſump.29. Cæſar.de Graſſ. deciſ. 21. Gloſſ. de tutela C. in integrum reſtit. Clar.ſup. Clar. ſup. Farinac. quæſt.66. nu. 329.* Reuocanti extra iudicium, etiamſi in mortis articulo, quod in iudicio cum iuramento depoſuerat, non creditur, ſed iuratæ depoſitioni ſtatur, niſi in articulo mortis etiã cum iuramento dictum retractauerit, *Boſſ. tit. de oppoſit. contra teſtes num. 3. Barth. in l. ſi quis graui ff ad Syllan.Clar.q.25, Far.ſup.* Quia non eſt præſumendum velle Religioſum cum tali periurio ex hac vita diſcedere. Vniuerſaliter teſti vario non creditur, niſi variationis maculam in tormentis abſterſerit.

Teſtes in eſſentialibus diſcordantes, ſi adducti pro reo, pares fuerint adductis, contra reum, illi præualent. Si alios numero, vel dignitate exceſſerint, ijs credatur, niſi pij, prudentiſque Iudicis præſumptio aliud ſuadeat. Excedentibus his numero, illis dignitate, dignioribus credendum eſt. *Stat. Salmant. cap. 10. Abb. cap. bonæ de elect. cap.cum p.de accuſ.*

Arg.

Digitized by Google

Arg. cum ſunt. de reg. iur. in6. Graſſ. deciſ.69. num. 4. Farinac. quæſt.65. cap. in noſtr. de teſtib.

Vacillans, in dicto teſtis eſt, qui dictum reuocat, vel reuocatum affirmat, dicendo ita eſt, imò ita, ibi erant, ſed non ibi, hinc eos tranſeuntes vidi imo illinc; huius depoſitio, nulla eſt; niſi tortura firmitatem vacillationi contulerit. Semel autem reuocans dictum in examine, vel ſeipſum declarans, vacillare non perhibetur. *C. ſi teſtes 4. quæſt. 2. c. cum Eccleſia de cauſa poſſ. Farinac. quaſt. 66. nu.48. Foller. v. teſt. diligenter, cap. 8. num. 47.*

Teſtis, qui in dubio deponit, per forſan, mihi videtur, non bene recordor, &c. nihil probat, ſi enim à dicto obſcuritas per Iudicis prudentiam tolli non poteſt, omninò excludatur crimen. *Farinac. quæſt. 68. nu. 1. Gloſſ. in cap. ſi teſtes 4. quæſt. 3. cap. qui Epiſc. d. 23.*

Deponens de credulitate proxima ſenſui, & actui, vt oſcula, tactus, &c. reſpectu fornicationis, probat: ſecùs, ſi de remota, vt ſi diceret, credo adulteratum, quia vidi loquentem cum muliere. *Argum. cap. præterea de teſt. l. ſi vicin. C. de nuptijs. Farinac. quæſt. 68. & alij commun.* Abſolutè loquendo, deponens de credulitate, non probat. *C. relatum 5. quæſt. 2. l. teſtium C. de teſt. Cæſar. de Graſſ. dec. 76.*

Nec probant teſtes ſingulares, ſuper diuerſis delicti circumſtantijs deponentes, vt vnus

Digitized by Google

vnus deponit de vno loco, alius de alio: vnus de vno tempore, alter de altero: vnus de vno habitu, colore, &c. alius de alio, &c. *C. licet de probat. & Comm. DD. Salmant. cap.* 10. Si enim factum ſit iterabile, teſtes erunt ſingulares: ſi in rei iterabile, erunt ſuſpecti de falſo. Niſi in his circumſtantijs, delicti eſſentia conſiſtat, vt ſi inquiratur, de obligatione ieiunij die veneris. Tunc enim erit falſitas in ſingularitate. Si teſtes ſint ſingulares, quoad diuerſas circumſtantias ad idem delictum tendentes, vt ſi vnus vidit Fratrem cum gladio ſanguineo exire de Cella, alius vidit cum eodem currere, alius vidit, &c. tunc non ſunt ſingulares *Dan.* 13 Item ſi multi ſingulariter eundem actum viderunt ſucceſſiuè, vt per foramen portæ, vnus poſt vnum viderunt cubantem cum muliere, non dicuntur ſingulares, ſed plenè probant. *Innoc. & Io: Andreas in cap. qualiter, & quando l. 2. de accuſ. Armill. Sylueſt. v. teſtis q 3.* Cæterum teſtes ſingulares non probant, niſi ad inquirendum, & faciunt indicium ad torturam, ad ſemiplenam probationem, ſi ſuper facto deponunt, non ſuper iudicio. *Farinac. quæſt. 62. num.* 80 *&* 324. *cap. veniens. c. cum de nobis de teſtibus Abb. in cap. bonæ mem. 1. de elect. cap. licet de teſtib.*

Teſtes inhabiles ex pluribus adiuuari poſſunt, vt dictum ſocij criminis, vel vulnerati,

ſol-

Digitized by Google

ſollicitati, corrupti, quod regulariter facit indicium ad ſolam inquiſitionem, non ad examinandum reum, vel torquendum. *Boſſ. dec.* 319. *Clar. quæſt.* 21. *Farin. quæſt.* 43. (niſi in delictis exceptis, & quæ per ſolos criminis: *Gomez c.* 12. *num.* 16. *Cin. in l. vlt. C. de accuſat. Panor. in cap.* 1. *de conteſt. Farinac. quæſt.* 6. *num.* 8. ſocios probari poſſunt, quia tunc iuratum, & per torturam purgatum, facit ſemiplenam probationem; *Farinac. quæſt.* 62. & ſi fuerit adiuuatum, per aliud dictum, alterius ſocij criminis, facit integram probationem) ſi habuerit adminiculum alterius indicij, ſat erit ad conſtituendum reum, etiam in rigoroſo examine: & plenè probabit. ſi alterius integri teſtis fuerit teſtimonio roboratum. *Bald. in l. ſi quis in argentarijs* § *fin. de edend. & alij.*

Teſtis omni exceptione maior, id eſt cui nihil poteſt opponi: *l. admonen. ff. de iureiur. vbi Baldus*, quique talis in dubio præſumitur, niſi aliud opponatur, facit ſemiplenam probationem, & legitimum indicium ad torturam. *Curtius conſ.* 56. *Innoc. cap. dudum* 2. *de elect. vbi Abb. Felin. cap. fin. num.* 15. *de præſumpt. Roman. concl.* 451. *Farinac. quæſt.* 37. *num.* 54. *Clar. ſup.*

Teſtes conteſtes, id eſt, in omnibus concordantes, de loco, tempore, facto, circumſtantijs, &

ſi

Digitized by Google

ſi non in omnibus accidentalibus (ne conſpiratio videatur) plenè probant, conuincunt, & condemnant. *C. quod verò 2. q. 5. c. in omni negocio de teſt. cap. cum eſſes cap. relatum eodem argum. Deuter. 17. & 18. Matth. 81. Timot. 5.*

Teſtis, vt probet, iurare debet, aliàs non iuratus non facit fidem. *L. præsb. C. de Epiſc. & Cler.* Debet citari, vel à Superiore vocari, quia vltroneus admitti non debet. *cap. tuis cap. nuper de teſtib. l. iurand. C. eod.*

Examen teſtium integrum, & cum ijſdem verbis etiam barbaris à Notario, vel ſcriba excipi, & deſcribi debet, ne dicta teſtium diuidantur, nihil addendo, vel minuendo, ſecùs faciens Scriba pœna falſarij puniendus erit: *c. 1. extra de crimin. falſ. Clar. quæſt. 23. & alij paſſim.*

Interrogatoria ſuggeſtiua, quibus in interrogatione teſti reſponſiones ſuggeruntur, omninò, ſub pœna nullitatis proceſſus vitanda ſunt. Illa item, quæ incipiunt: Ad opportunam Viſitatoris interrogationem, opportunè interrogatus, &c. & ſine alia interrogatione ſubiungitur reſponſio, etiam fugienda ſunt, niſi quando ex contextu ſermonis, ſola, dicti ſuperioris, declaratio requiratur. *Chart. de execut. ſent. cap. bannit. num. 76. Zambell. in prax. cap. 10. num. 8.*

Ca-

Digitized by Google

Caueant, ſub interminatione diuinæ vindictæ Iudices, nè receptis pro fiſco fauoratoribus relinquant, vel interrogationes opportunas, vel dicta à teſtibus in fauorem reorum, omnia enim deſcribi, & interrogari debent, quatenus cognita veritate, & reis pœna, & innocentibus liberatio concedatur.

Teſtem proteruum, nolentem veritatem fateri, vel irreuerentem, per præcepta, cenſuras, carceres, cogat Iudex, ad interrogata iuridicè reſpondere. *Foller. fol. 121. l. Ignaus ff. ad Syllan. Farinac. quæſt. 61. oppoſ. 11. n. 50. cap. peruenit 2. de teſtib.*

Teſtis mutus, ſurdus, peregrinæ linguæ, interrogatur per ſcripturam, per nutus, per interpretes regulares, ſi aderint, ſin minus per deuotos, ac peritos ſæculares.

In principio examinis teſtium, notanda ſunt: Nomen, Patria, ætas, Religionis tempus, gradus, ſtatus. Item ſi ex officio aſſumitur, ſi à parte eſt exhibitus, ſi ſuper tota cauſa examinatur, ſi ſuper aliquo articulo, verbi gratia, primo, ſecundo, tertiò, &c.

Si opus ſit alios Clericos, ſiue Religioſos, vel ſæculares examinare, id non fiat, ſine expreſſa, ſuorum Superiorum licentia reſpectiuè, quibus etiam, ex conſenſu Superiorum prædictorum, initio examinis, iuramentum exhiberi debet, alias nihil probãt: *Inciſ. tract. 7. de teſt. c. 6.*

Ex-

Digitized by Google

Excipiuntur autem hic grauiſſimæ perſonæ ſecularium omni exceptione maiores, quorum depoſitionibus, etiam non iuratis, ſtandum eſſe rationabile eſt. *Bert. in praxi tit. 21. cap. 4. num. 7.*

Quod ſub ſigillo ſecreti, aut conſilij, aut auxilij poſcendi gratia, quis nouerit, neque denunciare, neque in iudicio, tanquam teſtis aperire, niſi aliunde ſciuerit, valet, nè in damnum publicum ſecreti, commiſſio cedat. Niſi in Reipublicæ, vel alteriùs graue præiudicium tale ſecretum vergeret, quod deinde reparari non poſſet. *Cordub. l. 1. quæſt. 43. dub. 2. Nauarrus in Manual. cap. 25. num. 46. Leſſ. de iuſt. & iure l. 2. cap. 30. dub. 6. Inciſa tract. 7. c. 8. Petrus Nau. l. 2. cap. 4. num. 222.*

Teſti, qui cauſam ſcientiæ ſui dicti, ſiue ex ſe, ſiue interrogatus non reddit, nullo modo fides adhibenda eſt, in hoc enim tota vis teſtimonij conſiſtit. *Bald. in l. ſolam C. de teſtib. Ambroſ. l. 1. cap. 2. l. teſtium ff. de teſtib.*

Nominati à teſtibus, examinandi ſunt, ſi commodè fieri poteſt. Sin autem, notetur in proceſſu cauſa, quare examinati non ſint. *Menoch. conſ. 98. num. 5. & 6.*

Pater, frater, nepos, & conſanguinei vſque ad quartum gradum examinari non poſſunt contra filium, fratrem, Auunculum, niſi delictum eſſet enorme, & ſine iſtorum teſtimonio pro-

probari non poſſet. Quidquid ſit nunquam pater contra filium examinari cogatur, niſi de expreſſo conſenſu Reuerendiſſimi Patris Generalis, aut eius Locumtenentis. *Foller. v. capiatur informatio num. 18. cap. peruenit 2. extra de teſtib. vbi DD.*

Depoſitiones teſtium, eis priùs lectæ, ſubſcribantur, vel ſigno † ſi ſcribere neſciuerint, notentur ab ipſis teſtibus, additis ſubſcriptionibus Iudicis, & Scribæ, qui in principio deſcribat etiam locum, in quo examen inſtruitur. Si autem ipſi teſtes aliquid addi, vel minui, vel declarari iuſſerint, antequam ſubſcribatur depoſitio, ex integro apponendum erit per extenſum ſingula adnotando, iuxta formam inferius tradendam.

Ordinem, & peritiam in examinando teſtes; Iudex omninò oſtendat, non animum captioſum, & fallacem, ſed ad veritatem, funditus eruendam accommodatum. Incipiat ab vniuerſalioribus, & leuioribus, & non ſtatim ad immediata deueniat, poterit vti ijs circumſtantijs, quibus vtuntur Confeſſarij, nimirum Quis, Cui, Cur, Quomodo, Quando, Quibus auxilijs, &c. *Bertus*:

Procuret, vt probationes, luce meridiana, clariores appareant, quales in criminalibus requiruntur. *L. ſciant cuncti. C. de probat.*

Ante examen moneat teſtem de obligatione quam

quam habet ad dicendam veritatem, & qualis Deo, Iuſtitiæ, Iudici, Proximo, iniuria irrogatur, dum veritas tacetur, mendacium in Iudicio profertur.

ADDITIO.

De teſtibus communia videnda ſunt apud *Farinacium* integro, *tract. de teſtib.* Quod vero ad Regulares, *Mirand. tom. 1. ordin. iudic. q. 17. art.* 8.

Iudex Regularis per teſtimonium teſtium ſingularium omni exceptione maiorum ita poteſt induci ad credulitatem, vt monachum delinquentem poſſit ac debeat carceri mancipari, & torquere, cum ex eorum dictis magna, & vrgentia oriantur indicia aduerſus illum, qui vnum & idem, vel plura & eodem delicta diuerſis locis, & temporibus dicitur perpetraſſe, vt per *Rodrig. tom. 2. quæſt. 9. art. 6.* vbi plura de hac materia.

Regulares ſunt admittendi in cauſis ciuilibus, & criminalibus monaſteriorum, quę per extraneos probari non poſſunt, *ex cap. Cum nuncius de teſtib. & cap. tuis eod. tit.*

Conſuetudo Religionum, qua Prælati in viſitationibus interrogant teſtes, & eorum dicta propria manu ſcribunt, non adlibito Notario, ſeu Secretario, ſaluatur, primo quod Fratres ſuo iuri renunciare cenſentur. Secundo, quod

Digitized by Google

inter Regulares, vt in plurimum agitur ad correctionem, in qua *cap. quoniam de prob.* locum non habet. Vide de hac re, *Rodrig. loc. cit. a. 3. & Mirand. d. quæſt. 17. art. 8.*

In cauſis criminalibus nunquam teſtis poteſt deponere in ſcriptis, etiamſi legat ſcriptum, ſed neceſſariò debet teſtificari viua voce ad formam, *can. teſtes 3. quæſt. 9.* etiam apud Regulares, & in viſitatione generali Conuentuum.

In quibuſcunque criminibus, excepta hæreſi, regulariter nomina teſtium, & eorum dicta ſunt reo propalanda, vt ex refutatione eorum ſe poſſit defendere. Id enim iuri naturali congruum eſt. Quod etiam apud Regulares habet locum, & in cauſis grauibus fieri ſtatutum eſt in Religione Minorum apud *Rodriq. d. tom. 2. quæſt. 15. art. 1.*

In iudicio extraoadinario & ſummario, etiã in cauſis criminalibus teſtium publicationem non eſſe de ſubſtantia iudicij, vt in cauſis Inquiſitionis, & Religioſorum tradit, *Mirand. tom. 2. Ord. iudic. quæſt. 23. art. 1. concl. 2.*

Reliqua vide apud *Clarum quæſt. 21. Farinacium loc. cit. Guazzinum ad defenſam reorum, & Souſam in aphoriſm. lib. 2. cap. 6.*

Tortura.

EXamen ingreditur tanquam inſtrumentum ſubſidiarum ad eruendam veritatem, eius nomi-

Digitized by Google

nomine intelligitur omne corporis afflictiuum, at carcer, funis, taxilli, ſibili, ignis. Et quoniam hæc tormenta teſtibus, & reo aliquando ſunt communia, reſpiciuntque propalationem veritatis ex ore ipſorum, ideò huc totam hanc tormentorum materiam coaceruamus.

Tormentum funis non datur, nec teſtibus, nec reis, niſi in atrociſſimis, & grauiſſimis delictis, ſuperiùs adnotatis, prudentis Iudicis arbitrio, & de conſilio Patrum. *Valliſol. c. 7.*

Tempus huius tormenti, ſpatium vnius horæ non debet excedere; & ſi iuxta delicti atrocitatem, tortura replicari opus fuerit, ea vltra tres vices ad ſummum, replicari non poteſt. Ita tamen, vt prima vice, quadrantem horæ contingat; ſecunda, medietatem; tertia integram horam. *Schol. ad Ambroſ. l. 4. cap. 3. num. 3. Cuman. in praxi ſindic. cap. 21. num. 23.* Et ſi præterea ſceleris immanitas exigat funem quaſſari debere, id ſemel bis, aut ad ſummum ter pro qualibet vice, leuiter tamen fieri poſſe conceditur. *Leo Zambell. cap. 16. num. 11. ex Chart. l. 4. cap. 1. num. 131.*

In grauioribus delictis, Arctatione, flagellis, ieiunijs, taxillis, vel ſibilis Iudices vti permittuntur, itaut de mendacio, vel de crimine ſuſpecti, nudi cum ſolis femoralibus, manibus ligati, per tria interualla, flagellis, Superioris arbitrio dire torqueri poſſint, ac pane,

& aqua macerari, idque bis, vel ter replicari, prout ratio ſuaſerit. *Valliſol. c.* 7.

Arctatus neſciat arctationis tempus, in quo ter in hebdomada, in pane, & aqua ieiunare debet, & ſibi diſciplinæ flagella, in publico Refectorio infligere, vnius, *Miſerere mei,* &c. ſpatio. *Valliſol. d.cap.* 7.

Sibili, & taxilli ad tempus duorum *Miſerere*, vel trium, *Pater noſter*, vix extenduntur. *Zambell. ibid. num.* 19. *&* 20.

Ob deteſtationem autem nefandi criminis, reus igne torquendus eſt, ad cuius conſpectum, cogatur tenere pedes lardo inunctos, breuiſſimo tamen tempore, ne reddatur ad ambulandum inhabilis, idque extendi poterit ad duorum *Miſerere*, ſpatium, interpoſita interdum (ne pedes vrantur) tabula lignea, quæ ignis ardorem attemperet. *Valliſol. loco ſup. alleg.*

Torqueri nullus poteſt, niſi ex conſilio, & aſſenſu diffinitorij Prouinciæ, vel ſi fuerit Commiſſarius à Reuerendiſſimo deſtinatus, cum conſilio, & aſſenſu, vel eiuſdem diffinitorij, vel (ſi ratio id ſuadeat) aliquorum proborum, & peritorum Patrum, qui secùs fecerit, officio priuandus, vel Generalis arbitrio puniendus venit.

Sine cauſa legitima, & legitimè in actis probata, nec teſtis, nec reus tormentis ſubijciatur ſub pœna excommunicationis latę in Canone: Si

Si quis ſuadente diabolo, in Iudicem temerè procedentem, qui etiam officio deſtituendus, & ad id perpetuò inhabilis declarandus omninò erit, reſeruata Patri Generali facultate eundem vlterius puniendi, iuxta temeritatis exceſſum & depoſitio facta in tormentis, nulla eſt eo ipſo. *Zambell. ſup. alleg. Marſil. in l. quæſtion. modum. ff. de quæſt. Boſſ. de tortur. num. 31. Clar. quęſt. 64 Alexand. conſ. 65. L. penult. ff. de quęſt. leſſ. de iuſt. & iur. l. 2. cap. 29. dub. 17.*

Cauſæ autem torquendi teſtes, ſunt.

Prima, ſi ſint inhabiles ad teſtificandum, puta infames, viles perſonæ, ſocij criminis, vltronei, vel ſpontanei, &c. iſti abluunt maculam inhabilitatis, vi tormentorum. *Boſſ. de tort. teſt. num. 9. Clar. quæſt. 25. Rodrig. tom. 2. quæſt. 12. art. 3. Bert. tit. 11. cap. 4. Inciſ. tractat. 7. cap. 18.*

Secunda, teſtes varij in ſubſtantialibus. Negantes in iudicio, quod extra dixerunt. Qui interfuerunt delicto, & negant. Qui veritatem ex malitia nolunt confiteri. Qui de mendacio ſunt conuicti. Qui vacillant in ſuis dictis. Qui iuridicè interrogati, reſpondere nolunt, aut Iudicem irrident. *DD. communit.*

Cauſæ verò, pro quibus reùs torqueri poteſt, ſunt.

Prima, dictum vnius ſaltem teſtis, omni

Digitized by Google

exceptione maioris, qui de facto principali deponat, quæ appellatur ſemiplena probatio. *Gloſſ. in l. 3. C. ad l. Iuliam Maieſt.*

Secunda, omnia indicia grauia plenè probata, quodlibet perfectum in ſuo genere.

Tertia, dua vel plura indicia leuia inſimul copulata, ſeſe inuicem adiuuantia. *L. ex libertis ff. de quæſtion. Clar. l. 5. quæſt. 21. q. 25. a. 6. Inciſa tract. 9. cap. 20. Aret. cap. 7. Bou. p. 2. cap. 36.*

Quarta, ſi reus in tormentis confeſſus, extra tormenta negauerit, iterum torturæ ſubijci poterit, vſque ad tres vices. *Chart. l. 4. cap. 1. num. 136. Communis opinio apud Zambell. c. 16. num. 12. Clar. q. 21. n. 19.*

Quinta, dictum vnius teſtis non integri de viſu, adminiculatum fama, vel alio indicio leui.

Sexta, vnum indicium probabile, licet non certum, vt ſi inueniretur occiſus, cum quo aliquis ante à rixatus eſſet.

Septima, extraiudicialis confeſſio, negata poſtea in iudicio, ſi ſit probata per duos teſtes conteſtes.

Tortura non infligitur reo, niſi priùs conſtet de corpore delicti.

Nec in cauſa, vbi ſi condemnandus veniret, grauiorem tortura pœnam non reciperet.

Conuictus non debet torqueri, cum poſſit per

Digitized by Google

per depoſitiones teſtium condemnari, & nulli vnquam tormenta applicanda ſunt, cum aliunde veritas haberi poſſit;alias incurrantur pœnæ, contra malè torquentes, ſuperiùs fulminatæ. Niſi ex probationibus aliquid reſultaret, quod per confeſſionem rei apparere deberet. *Marſil. l. 1. ff. de quæſtion. Dadacus quæſt. 23. Clar. q. 64. Nau. cap. 18. num. 19.* Et in hoc caſu torquendus eſt, cum expreſſa clauſula, ſine præiudicio probatorum & de quibus eſt conuictus. *Abb. in Rubr. C. de quæſt. num. 9.*

Cum opus fuerit funis adhibere tormentum, id non debet fieri, niſi peritus aſſiſtat, qui liget, & depoſito brachia laxata componat; vt vel ſic charitati, & iuſtitiæ conſulatur. Quod obſeruandum eſt etiam de aſſiſtentia, & iudicio medici, caſu quo tortus, vel torquendus infirmitates, vel animi deliquia allegaret, vel antè appenſionem, vel in fune ſuſpenſus. Si enim reus in tormentis moreretur ex negligentia, vel culpa Iudicis, homicidijs reus haberetur. *Decius conſ. 93. & alij.*

Tortura ſuper eodem articulo, niſi clariora indicia ſuperueniant, repeti non poteſt, nec eodem die, ſed diuerſis, & ſeparatis. *Farinac. quæſt. 38. num. 27. & 104.*

Contra maleficia, quæ aliquando fieri ſolent à reis, nè in tormentis confiteantur, vtuntur Iudices probatis cautelis, expoliando illos,

Digitized by Google

alijs veſtibus induendo, diligenter per partes corporis inueſtigando, ſi quid in ore vel alio loco abſcondant, pilos radendo, tormenti genus mutando, & his ſimilibus.

Ieiuni, & poſt factam digeſtionem torquendi ſunt fune præcipuè: alia autem tormenta, tali diligentia fortè non indigent.

Decretum torturæ inferendæ non debet fieri niſi in loco, & actu torturandi, nè reus à Decreto appellet. Præmiſſa igitur vehementi admonitione, & minis, duci faciat reum ad locum tormentorum, & funi ligari, & tunc Decretum apponat, à quo ſi appellet non curet, ſed ſcribi faciat, eum appellaſſe ad effugienda tormenta. *Carauita ſuper Ritus magnæ curiæ Vicariæ 259.*

Omnia quæ dicit, quæ facit reus in tormentis, etiam ſuſpiria, Notarius ad vnum deſcribere debet in actis. *Chart. l. 4. cap. 3. num. 82. Cauall. de brachio regio p. 3. num. 6. Commun. apud Bouer. 2. p. cap. 36. Clar. §. fin. q. 64. & commun. Text. in l. 1. § Impubes ff. ad Syllan. l. 3. §. ignoſcitur eod. l. nullus C. ad l. Iuliam maieſtatis l. mulieres C. de quæſt. Clar. quæſt. 25.*

Horologium pulueris, ſuis quadrantibus ſignatum, teneat Iudex, dum torquetur reus, quod ab omnibus videatur, à reo autẽ minimè.

Antè torturam omninò concedendæ ſunt torquendo copia actorum, & defenſiones, ne

ſine

ſine legitima cauſa inretractabile tormentum ſubire cogatur, qui ſecùs fecerit, pœnas contra malè torquentes fulminatas incurrit.

Confeſſio in tormentis facta nulla eſt, niſi ſequenti die à reo, poſito extra vincula, & timores ratificetur.

Debiles, & Infirmi, Pueri, Senes, qui ſexageſimum annum attigerunt, Patres grauiſſimi, quorum fama plurimum Religioni confert, torqueri non debent. Si autem caſus adeò atrox, & enormis accideret, vt aliud fieri oporteret, Reuerendiſſimi Patris Generalis conſenſus accedat.

Tortura teſtium mitior eſſe debet, quam rei.

ADDITIO.

De tortura in genere videatur *Gomez. lib.3. var.cap.13.n.9. Clarus lib.5.§.fin.q.64.à num.14. Farinac. tr. de indic. & tortur. q. 36. cum ſeqq. Guazzinus ad defenſ. reor.* vbi paſſim, ac alij. Nos vero in ſpecie quoad Regulares hæc damus.

Antequam ad torturam deueniatur prius de delicto conſtare debet. Tunc autem de delicto conſtare dicitur, quando adeſt ſemiplena probatio, vel ſufficiens indicium ad torquendum. Indicia autem per quæ ad torturam deueniendum eſt, non debent eſſe leuia *l. 1. in princ. ff. de quæſt.* ſed probata ſaltem per duos teſtes, legiti-

ma,

ma, & à iure approbata nec deſumitur ad torturam, niſi in defectus probationis, vt poſt *Brunum*, *Clarum*, *Farinacium*, & alios tradit *Miranda. to.2. ordin. iudic. q.26. ar.3. & 4.* præcipue *Concl. 2.3. & 4.* vbi concludit, indicia debere eſſe plura ad torquendum, nec ſufficere vnum, ſi ſint remota, & non immediata delicto, & eorum quodlibet probatum per duos teſtes conteſtes. Plura proſequitur idem *Miranda concl. 5. & 6.* quam vide.

Vt autem cognoſcatur quibus ex cauſis, & indicijs ad torturam ſit deueniendum, adducimus ſequentes regulas. Prima. Per variationem delinquentis ſumitur indicium ad torturam, ſi varietas, vaccillatio, aut mendacium depræhendatur circa ſubſtantiam facti, de quo quæritur; ſecus circa alias circumſtantias extrinſecas, & remotas. Vnde ſola variatio, turbatio, tupidatio, ſeu titubatio, vel pallor non ſufficiunt, niſi præceſſerit infamia.

Secunda. Si quis de aliquo delicto per vnicum teſtem fuerit conuictus, ſimulque de eo diffamatus, poteſt poni ad quæſtionem de tortura.

Tertia. Fama de delicto commiſſo ſimul cum alijs grauibus indicijs ſufficit ad torturam.

Quarta. Ex vehementibus, aut violentis indicijs torqueri quis poteſt, etiam abſque infamia,

Digitized by Google

mia, vel teſtibus. Nam ſi vnicum tantum indicium vehemens, ſeu violentum, & cum crimine coniunctum eſt ſufficiens ad torturam, multo magis ſi ſunt plura.

Quinta. Sola fama, vel infamia vehemens eſt ſufficiens ad torturam.

Sexta. Fuga delinquentis ſimul cum fama ſufficit ad eum torquendum.

Septima. Ex fama orto contra aliquem ſtatim ac delictum fuit commiſſum, concurrentibus alijs adminiculis, alijſque coniecturis veriſimilibus præcedentibus, poteſt ad torturam deueniri quod relinquitur prudentis Iudicis arbitrio.

Octaua. Duo ſocij in crimine deponentes contra aliquem ſufficiunt ad eum torquendum, ſi neget, ſecus ſi vnus tantum ſocius in crimine deponat, licet quale inde indicium oriatur. Et de his *Rodriq. tom. 2. q. 19. ar. 3. Clar. q. 21. & Gomez loc. cit. c. 12. num. 2. & cap. 13. num. 10.*

De fama, ſine infamia ſufficiente ad torturam tractant ijdem Authores, & poſt eos *Mirand. d. q. 26. ar. 5. concl. 1.* vbi ait, quod ſi fama, ſeu infamia fuerit vehemens, & non à maleuolis, ſed à beneuolis, & fide dignis exorta, & præſertim ſi ea ſit de aliqua perſona aliàs vili, & infami, ac ſuſpecta, bene ſufficit ad torturam, *& concl. 2.* ad id requirit ac ponit multas conditiones, & qualitates.

Nullo

Digitized by Google

Nullo modo eſt procedendum ad torturam, vel ad aliquam ſententiam, antequam detur reo copia indiciorum cum certo termino ad ſe purgandum per *text. in l. vnius §. cogniturum ff. de quæſt. & cap. cum inter de except.* cui etiam propalanda ſunt nomina teſtium iuxta *cap. qualiter & quando §. debet igitur de accuſ.* Idque etiam quando Iudex procedit ex mero officio, vel etiamſi inquiſitus ſit malæ famæ ac vitæ. Nam ſublatis iſtis, tollitur defenſio de iure naturali niſi conſtaret, etiam data dicta copia indiciorum nullam adhuc habere defenſionem. De qua re idem *Rodriq. ibid. ar. 4.* & cum communi *Miranda d. q. 26. ar. 14. vbi concl. 2.* enumerat quatuor caſus, in quibus non eſt danda indiciorum; copia reis ante torturam.

Non valet confeſſio facta in tortura, non data copia indiciorum, quando Iudex tenetur illam dare abſque eo quod petatur, etiamſi poſtea ratificetur extra tormenta, & ex tali confeſſione non ſit puniendus reus. In caſibus verò, in quibus Iudex non tenetur dictam copiam dare reo non petenti, valet talis confeſſio. Quod in cauſis Regularium omnino obſeruandum eſt Nam manifeſtatio indiciorum non eſt de apicibus iuris, ſed potius quid ſpectans ad ſubſtantiam, & eſſentialia iudicij, vt per *Rodriq. loc. cit. ar. 6. poſt alios.*

Clerici, & Monachi quando ex cauſa ſunt tor-

Digitized by Google

torquendi, id fieri debet cum debito moderamine, non ſicut in foro ſeculari, in quo ſeueriora tormenta exercentur, ſed tantum virgis ſubijciendi ſunt, dummodo incolumes ſeruentur. Neque torquendi ſunt per laicos propter indecentiam idque rariſſime in aliquo ſpecialiſſimo, & grauiſſimo caſu per magna, & grauiora, ſeu vrgentiora, quam in alijs, indicia, ſicut fit cum nobilibus.

Priuilegium, quo Prælatis Regularibus conceditur verberare ſubditos per alium cauſa correctionis, etiam extra neceſſitatem vrgentem, non extenditur ad id agendum per laicum familiarem monaſterij deferentem habitum Tertij Ordinis, etiam vrgente neceſſitate. Neque eiſdem Prælatis licet ſubditos cœdere, ſeu flagellare, niſi modo conſueto in Religione, vt ſunt conſuetæ diſciplinæ funium, aliæ vero caſtigationes, & torturæ in manibus, in pedibus, aut in ſcapulis cum guttis feruentibus ſuper dorſum Religioſorum deſtillatis omninò illicitæ, & prohibitæ ſunt, vt pote excedentes modum conſuetum Religionum. De quo *Rodriq. eod. in loc. ar. 8. qui*, & *in addit. Sum. tom. 4. c. 155. n. 15.* ait, nullo modo eſſe torquendum Religioſum per laicum, etiam in cauſa grauiſſima, deficiente Fratre, qui id æque bene poſſit facere.

Repetitio torturæ, & cruciatuum relinquitur

tur

tur Iudicis arbitrio. Communior tamen ſententia eſt quod ſi noua indicia non ſuperuenerint, ſemel textus, vt conuenit, non eſt amplius torquendus. Secus ſi noua indicia primis fortiora ſuperuenerint, tunc enim licita erit talis repetitio tormentorum, *l. vnius §. 1. ff. de quæſt.* Sed apud Regulares id omnino non decet, niſi in grauiſſimo delicto, & vehementibus, multoque fortioribus primis, id ſuadentibus indicijs, vt per eundem *Rodriq. locis relatis ar. 9. & Menoch. de arb. cent. 3. caſ. 271. & Mirand. d. q. 26. ar. 18.* Alia plura leges apud *Souſam in aphoriſ. lib. 2. cap. 4. num. 6. cap. 16: & cap. 39. per tot.*

Probationes.

TEſtes ſingulares plenam probationem non faciunt, & ſi ſunt omni exceptione maiores, ſolam ſemiplenam, & incohatam. *Caiet. 2. 2. q. 69. Panor. & alij extr. de probation.*

Duo teſtes conteſtes, omni exceptioni maiores plenam, & dilucidam probationem efficiunt, & in pœnam ordinariam condemnant.

Probatio euidentiſſima eſt, quæ ex priuilegijs, inſtrumentis, & litteris, cæteriſque eius generi eruitur. *C. licet cauſam de probat. c. pia. de excep. num. 6.*

Probatio euidens eſt, ex teſtium dictis, reique euidentia. *C. tua de cohabit. cler. & mulier. c. cum*

con-

Digitized by Google

contingat de reſcrip. c.auditis de reſtitut.in integ. c.eorum 11.*q*.4.

Probatio minus euidens eſt ex probabilibus coniecturis, quæ & præſumptiones vocantur. *C.affereni de præſumpt. L.metum ff.de dolo Pariſ: de ſyndic.*

Duo indicia grauia æquiparantur præſumptioni iuris,

ADDITIO.

Probatio eſt oſtenſio rei dubiæ per legitimos modos Iudici facienda in cauſis apud ipſum Iudicem controuerſis, De quo *Maſcard.integr.tr. de probat.tom.*1.*q.*2.*num.*17.*& ſeqq.*

Diuiditur in plenam, & ſemiplenam. Plena eſt illa, quæ tantam fidem facit, quanta ad finiendam controuerſiam ſufficit. Semiplena eſt, quæ quaſi dimidiam fidem facit. *Maſcard.q.*4. *num.*11.*&* 15.

Probatio plena cenſetur illa, quæ Iudicicis animum adducit ad credulitatem eius, quod intenditur. Semiplena verò, quæ hoc non præſtat, *Panorm.in cap. tertio loco n.* 11. *de prob.& in cap.vlt. de iureiur.*

Cum cauſa adducitur per actorem, & negatio ſequitur per reum, Iudex adducitur in dubitationem, quia non præſumit adhuc nec pro actore, neque pro reo. Si addatur aliquod lene indicium vel argumentum adducitur ad ſuſpican-

candum. Si argumenta inſurgant fortiora, incipit opinari. Opinio tamen ad fidem, vel credulitatem non ſufficit. Si adhuc aliquo alio magis fulciatur probatio, adducitur ad credulitatem, & fidem, vt per *Bartol. in l. admonendi ff. de iure iur.*

Probatio plena in ſeptem ſpecies, ſeu quaſi ſpecies diuiditur. Per teſtes, per inſtrumentum, per confeſſionem, per euidentiam facti, per iuramentum, per præſumptionem iuſtam, per famam, vt per *Maſcard. d. q. 4. num. 16.*

Semiplena probatio diuiditur in quatuor ſpecies. Prima cum vnus teſtis ſolum deponit. Secunda cum de ſcripto dubitatur. Tertia eſt priuata ſcriptura. Quarta eſt præſumptio non vrgens. *Maſcard. d. q. 4. n. 17. & 18.*

Cum vnuſquiſque præſumatur bonus quamdiu non probatur malus, qui dicit aliquem eſſe hæreticum tenetur illud probare, *Farinac. de hæreſ. q. 187. §. 1. n. 1.*

In criminibus, & maxime in crimine hæreſis probationes debent eſſe luce meridiana clariores, *Farinac. d. §. 1. num. 5. & de reo confeſ. & conuict. q. 86. n. 6.*

Indicia indubitata ſufficiunt ad pœnam ordinariam. Si verò dubitationem admittant, extraordinaria, ſeu arbitraria imponitur, *Bartol. in l. 2. ff. de furt. & Farinac. d. q. 86. num. 55. & ſeqq.*

Quid

Digitized by Google

Quid autem de probationibus in crimine aſſaſſinij, quid in crimine hæreſis, quod in reo, an ſcilicet dubia probatio illum releuet, an delictum probari poſſit per inſtrumentum, & an acta, & confeſſio facta in iudicio ciuili, probent in criminali, & an fama, & vnus teſtis de viſu plene probent in criminalibus vide apud *Boſſium, Clarum, Farinacium, & Guazzinum*.

Carcer.

Dari non poteſt, niſi ad cuſtodiam, vel ad pœnam. *Valliſol.c.7.c.ſi clerici de ſent. excom.in 6.c.nuper de ſent. excom. c beatus d.45. Conc.Bracar. 3. Valliſol. c.6.*

Carcerans non ſuſpectum de fuga, non ad arctationem, & ante ſententiam, in excommunicationem maiorem eò ipſo incidit, & omnibus actibus legitimis priuandus eſt.

Carcer, qui ad arctationem datur, ſine conſenſu Diſſinitorij dari non poteſt, qui etiam domus diſciplinæ appellatur.

Non inhibetur autem Guardinis, vel alijs Superioribus, poſſe præcipere alicui ex ſuis Fratribus, nè ex Cella exeat, dummodo rationabilis cauſa ſubſiſtat; non enim Cella eſt carcer, nec inibi ſine caputio, & corda, vt fieri debet in formali carcere, permanere poſſunt Fratres, nec ſibi flagella diſciplinæ infligere,

H & in

Digitized by Google

& in pane, & aqua ieiunare, ſingulis ſaltem ſextis ferijs, cuiuſmodi tenentur formaliter carcerati facere, niſi id ad regularis diſciplinæ exercitium aliquando præcipiatur.

ADDITIO.

De carcere, & carceratis videndus. *Farinacius, Guazzinus, & Scannarolus in tract. de hoc titulo*.

Cœterum carcer talis eſſe debet, vt in eo cuſtodiantur carcerati, & non pereant tetro, & obſcuro loco incluſi. Apud Regulares tamen, cum carcer ad afflictionem corporis etiam ordinetur, maiori & obſcuriori clauſura poſſunt detineri delinquentes, ſi præcipuè, quando crimen eſt graue, & ſola carceris pœna puniri intenditur, vt per *Rodriq. tom. 2. quæſt. regul. q. 16. ar. 3.* de quo etiam *Gomez. cap. 9. de delict. n. 6. & Clar. in pr. §. fin. q. 46.*

Regulares non ſunt carceribus mancipandi ſine præuia informatione delicti, & niſi duo, aut tres teſtes conteſtes deponant contra eos, præcedente diligenti examine ipſorum ex maximo conſilio in captura ad terminos *l. 2. C. de exhib. reis, Rodriq. loc. cit. ar. 4. & poſt multos Mirand. tom. 1. ordin. iudic. q. 15. art. 3. concl. 3.*

Vide *Souſam in aphoriſm. l. 2. c. 26. & lib. 3. c. 8. & 29. num. 3. & lib. 4. c. 9.* vbi ad rem plura.

Reus.

Digitized by Google

Reus.

REus non dicitur, niſi contra quem indicia, probationeſque laborant; nec antequam ad iudicium vocetur per citationem. *C. Forus de verbor. ſignif. & 15. q. 3. c. vlt.*

Itaque captis informationibus per ſupra recenſitos modos procedendi, quæ ſufficientes ſint ad rei conſtitutionem reus ipſe citandus eſt per epiſtolam, vel per verbale præceptum Iudicis, ſiue per ſe, ſiue per internuncios: contra enim non citatum nulla eſt quęcumque ſententia. *C. Paſtoral. §. cæter. de re iudic. c. Deus omnipotens 2. q. 1. & omnes.*

Si reus ſit de fuga ſuſpectus, poterit etiam ante citationem carcerari: ſicuti etiam, ſi citatus, & interrogatus negauerit; quod de conſilio Patrum, & peritorum in Ordine fieri oportet, ne bonum Religioſi nomen per carcerationem corrumpatur. *Mirand. q. 16. a. 4. Ber. tit. 16. c. vnico. Clar. q. 28. Inciſa de reis c. 1. Aretin. ibid.*

Ante omnia aduertat Iudex, ne in reorum captura ſecularibus ſcandalum ingeratur; niſi ſummum aliquod ſcelus, & publicum commiſſum eſſet, quo ſcandalum ſæcularium eſſet inferius; in quo eius conſcientia oneratur.

Non eſt conſtituendus reus, niſi in informatione conſtet, delictum eſſe ſemiplenè proba-

Digitized by Google

tum, vel adeſſe æquipollentia indicia; Secùs agens Iudex mortaliter peccabit, & reus reſpondere non tenebitur, quia non intterrogatur iuris ordine ſeruato. *S. Thom. 2.2. q.69. a 1.2. vbi Caiet. Nau. c.25. n.56. Leſſ. de Iuſt. l.2. c.31. Aret. de reis c.2. Inciſ. ibidem cap.5.*

Ex capitulis ab informatione offenſiua emergentibus reus, ordine aliquo, & adhortatione præmiſſa, ac præſtito iuramento eſt interrogandus, monenduſque in genere, quod delictum, de quo interrogabitur, eſt taliter in actis probatum, vt & Iudex illum legitimè conſtituere, & reus veridicè reſpondere teneatur etſi opus fuerit, legi faciat illi vrgentiora, indicia, quæ eundem obligant ad reſpondendum. *Nau. c.18. num.49. c. qualiter & quando 2. c. cum oporteat c. inquiſ. de accuſ. c. cum ad monaſt. de confeſſ. c. verit. extra. de teſtib. c. nemini 15. q. 3.*

De ſocijs criminum non interrogetur, niſi delictum ſine ſocijs committi non potuerit. Et ſi reus aliquem nominauerit, dum de eo interrogari non debuit, eius dictum ad torturam indicium non facit. *Farinac. q.43. num.4. Ambroſin. c.12. num. 17.*

Impunitatem nulli permittere fas eſt ſine expreſſa Reuerendiſſimi Patris Generalis licentia, & confeſſio aliàs extorta Reo non nocet quoad condemnationem, ſed ſolum facit indicium ad torturam: *Clar. ſup. n.18. Boſſ. de conſeſſ.*

Digitized by Google

ſeſſ.Impl.conſ. 19.S.Th.2.2.q.69.a 1.cum Caiet. & alijs.

Reus legitimè interrogatus ſub mortali culpa, (à qua, niſi dicat veritatem, in foro pœnitentiæ abſolui non poſſit) tenetur de plano reſpondere ſecundùm mentem Iudicis interrogantis: & renuenes reſpondere ſine rationabili cauſa, habendus eſt pro confeſſo, & pro tali eſt condemnandus, vel torqueri debet. Quo caſu non dentur illi defenſiones, quia non torquetur pro delicto, ſed pro habenda reſponſione, appoſita clauſula, citra præiudicium, de quibus eſt conuictus, vel confeſſus. *Foller.v.ſi compareat.nu.4. Chart. l.3.c.2. num.2. Paul.de Caſtr.in Auth.afferatur.n.5.Scacc.c.18. n.49.*

Reus citatus, & non comparens poſt neceſſarias dilationes declarandus eſt contumax, & ad pœnam ordinariam condemnandus: à qua releuari poſſit, ſi voluntarie ſe præſentet. *L.eius qui delat ff.de iure fiſci.*

Interrogatoria tam reorum, quàm teſtium vulgari idiomate fieri poterunt ſecundùm conſuetudinem: quæ autem ex officio Iudicis fiunt, latino ſermone ſcribenda ſunt.

Confeſſus dicitur reus, qui proprio ore dixit, ſe tale crimen commiſiſſe, dummodo id timore, metu, tædio non fecerit; quia ſi ſtultus, vel ebrius confeſſus fuerit, eius confeſſio nulla eſt.

Digitized by Google

Reo, etiamſi confeſſio, dari debent defenſiones, quibus reuocare poteſt confeſſionem, probando contrariam euidentiam facti, vel factam per errorem, &c. *L.qui ad certum ff.loc. l. ſingularia ff.ſi certum petatur l.1. ff. de quæſtion. Gloſſ.in c. ex litteris de diuortijs.*

Confeſſus ſponte mitiùs puniendus erit.

Reus repertus excommunicatus priùs abſolui debet, quàm vlteriùs examinetur, ad effectum ſiſtendi ſe in iudicio, quo elapſo in eandem excommunicationem reincidit, à qua iterum abſolui debet, vt celebrare poſſit, niſi is, qui iudicat, ſit ſuus Superior ordinarius, qui ſemel illum completè abſoluat. *L.inde Nerat.ff. ad l.aquiliam l.proinde ff. eod. Aret. in c.cum delicti de accuſ. Simancha de hereſ.c.55.& alij.Dec. conſil.145.Ripa c.1.n.25.de indicijs, & omnes.*

ADDITIO.

Reus interrogandus benigne, & humane tractetur neq;interrogetur de inutilibus, ſed de facientibus dumtaxat ad rem.Eſt autem generaliter interrogandus, deinde paulatim ad ſpeciem procedendum nullam ſingularem delicti circumſtantiam exprimendo iuxta ordinem præſcriptum, *in l.1.§.vt cauſa ff. de quæſt.*

Iuridice interrogatus à Iudice competente, tenetur ſtatim reſpondere, & ad veritatem aperiendam cogendus eſt, neque danda eſt illi tem-

temporis dilatio ad deliberandum. Et ità obſeruatur ex praxi, qua ante datas defenſiones, & indiciorum copiam reus interrogari, & examinari ſolet.

Iudices tamen timorati debent Notario præcipere, vt teſtium depoſitiones abſque eorum nominibus coram reo legat, vt inde videat quid contra ſe probatum ſit, & veritatem fateatur. Quod in cauſis Regularium, in quibus ſecundum æquitatem proceditur, obſeruare oportet, vt per *Rodriq. tom. 2. q. 18. ar. 2. & Mirand. to. 2. ord. indic. q. 19. ar. 7. concl. 1. & ar. 12. per tot.*

Tunc vero dicitur Iudex recte procedere ad confeſſionem exigendam a rea, quando contra eum in accuſatione extat vnus teſtis ocularis omni exceptione maior, aut vnum indicium, vel plura illi teſti aequipollentia, vel etiam infamia. At in crimine occulto piaculum eſt, & à pietate chriſtiana aliorum reum interrogare, *Rodriq. loc. cit. ar. 3. & Mirand. d. ar. 7. concl. 2. ar. 8. concl. 1.*

Legitime interrogatus, ſi pertinaciter nolit reſpondere, poteſt compelli à Iudice ad manifeſtandam veritatem, aliàs habetur pro confeſſo. Illi tamen licebit petere priùs copiam proceſſus, vt videat quo pacto, & qua obligatione ad reſpondendum teneatur. Si verò ſit dubium, an legitime interrogetur, confeſſarius debet iudicare in fauorem rei, quod ſcilicet

Digitized by Google

non legitime interrogatur, *Miranda loc. cit. ar. 13. poſt Caiet. Nauar. & alios*.

Conuictus de var crimine non poteſt de alijs interrogari, ſeu inquiri, niſi contra ipſum reſpectu talium criminum adſint magna indicia, & æquiualentia ſemiplenæ probationi.

Cœtera vide apud *Rodriquez*, *& Mirandam locis allegatis*, *& apud Farinacium*, *& Guazzinum*, *& alios paſſim*.

Patronus, & defenſiones.

CVm Defenſiones ſint de iure naturæ, eæque vix bene fieri poſſint ſine patrono, qui rei apud Iudicem cauſam agat, & ex actis ad illius defenſionem exceptiones excerpat, defenſioneſque componat, ideò.

Nullus vnquam condemnari poterit, niſi ei defenſiones cum competenti termino trium, vel etiam quatuor dilationum, cum ſpatio trium, vel plurium dierum pro qualibet, ad arbitrium Iudicis, & iuſtam rei petitionem priùs aſſignetur, etiamſi conuictus, & confeſſus ſit, etiamſi ipſe reus non petat: niſi in caſu, quo confeſſus ſponte illas renunciaret, quæ renunciatio non ita libenter acceptari debet, & eò minùs ſuaderi; ſed acceptata eam vim ſortitur, ac ſi reus nihil habuerit, quod pro ſua defenſione adduceret. *C. qualiter, & quando 2. de accuſat. §. debet igitur & omnes com.*

Boſſ.

Digitized by Google

Boſſ. de confeſſ. n. 1. Salice in l. 2. de cuſtod. reorum. Corrad. in pract. fol. 307. Maran. in Specul. fol. 136. Anchar. conſ. 316. n. 1.

Vt commodiùs, & tutiùs poſſit reus ſuas defenſiones facere, ei (etiam ſi non petatur) aſſignandus eſt à Iudice Patronus, ſeu Procurator, qui ſit vnus ex noſtris Fratribus, quantum fieri poterit, in hac profeſſione peritus, ſiue ex Conuentu, in quo reus eſt, ſiue ex alio aduocandus; qui Patronus nominari regulariter debet à reo ipſo, & ſic nominatus omninò concedi. Nominatus autem, niſi rationabilem in contrarium cauſam adducat, Patroni munus recuſare non poterit ſub pœnis Superioris arbitrio reſeruatis.

Acceptato verò à Patrono officio, à Iudice ſine euidenti, & notabili cauſa, in proceſſu deſcribenda emoueri, & impediri non poterit; quod item ſeruandum eſt à Superioribus, ſiue Prouincialibus, ſiue localibus, quatenus ipſum alijs publicis, vel priuatis Conuentus officijs non impediant, & à cauſæ ſtudio ac terminatione deducant, præcipuè poſſit, quoties voluerit, reum alloqui, & cum illo tractare ſine impedimento, etiam extra Carceres poſito, in Cella aliqua, vel per Conuentum in carcere dimiſſo; niſi aliter delicti ratio ſuaſerit. *Menoch. de arbitr. conſ. 369. num. 1. Zambell. cap. 15. num. 4. Gloſſ. ſingul. in l. ex parte ff. de p*

ſtular

Digitized by Google

ſtulando. Pariſ. de ſyndic. cap. 2. num. 3.

In grauiſſima aliqua cauſa, cui triremium, carceres, torturæ, infamiæ, vel ſimilium pœna imponenda eſſet, poterit Patronus peritum aliquem deuotum ac ſecretum ſæcularem adire pro conſilio; cui etiam proceſſus copiam oſtendere valebit; & illius ope exceptiones conficere, defenſioneſque inſtruere. Qua ratione poterunt Iudices in caſu grauiſſimo, præſentibus deciſionibus; ac Statutis Ordinis non comprehenſo deputare aliquem præſtantem ac peritum Aduocatum ſæcularem, à quo ſecreti iuramentum exigant, cuius conſilio, & voto in difficilioribus cauſæ punctis procedant. Teneanturque Iudices, huius electionis, ſeu deputationis in proceſſu mentionem facere; & votorum, quæ dabuntur, originalia in eodem proceſſu regiſtrare, à quibus non poſſunt tuta conſcientia, integraque iuſtitia reſilire: *His* duobus caſibus exceptis, tam Patronus, quàm Iudex, qui ad ſæculares Fratrum cauſas pro conſilio, vel auxilio quoquo modo detulerint, reuelationis ſecretorum ordinis pœnas incurriſſe Statuta declarant.

Reis proceſſus copia ex integro, & gratis aſſignanda eſt, niſi aliqua breuitatis cauſa derelinquerentur, quæ ad defenſionem non facerent.

Nomina verò Accuſatorum, & teſtium nullo

lo modo reis, vel petentibus, vel non petentibus publicanda ſunt, niſi vbi & quando eorum iudicio in oppoſitione alicuius grauis, & infamatorij criminis iuſtitia periclitaretur: Nam eo caſu ſi reus petat & Accuſantium, & Teſtium nomina ſibi notificari debere, non eſt ei denegandum. Poterit tamen Iudex ea vti cautela, vt teſtium nomina à depoſitionibus ſeparata aſſignet. *Valliſol. cap. 7. Hoſtien. apud Mirand. quæſt. 14. art. 7. Paz. tit. 1. p. 1. num. 170. Ioſeph. de S. Maria in Tribun. Relig. tract. 4. cap. 19. Bouer. p. 2. cap. 37. Blancus in pract. fol. 38.*

Melius etiam futurum credimus, ſi in caſu, quo innocentia detrimentum pateretur ex ſuppreſſione nominum Actoris, & Teſtium, quod Iudex in ſua aula oſtendat proceſſum Patrono, vel Procuratori rei, eumque diligenter luſtrare faciat, impoſito præcepto, & exacto iuramento de ſeruando ſecretum circa talium nominum publicationem; remittitur tamen pio & prudenti Iudici alterutrum reis exhibere, prout timor Dei, fraterna Charitas, & iuſtitiæ defenſio ſuaſerint.

Defenſiones non ſunt concedendæ, niſi in Decreto apponatur, quod teſtes examinati habeantur pro legitimè receptis, & examinatis, ſine præiudicio vlterioris proceſſus, & examinis; quod intelligi ſemper debet, etiamſi

ex-

expreſsè non apponatur; niſi reus confeſſus fuerit, quia confeſſione proceſſum legitimauit. *Nau.conſ.356. vol.2. Clar. quæſt. 61. v.ſed quæro.*

Articulos impertinentes, qui nec directè, nec indirectè cauſæ adminiculantur; item infamatorios, dummodo neceſſarij omnino non eſſent ad defenſiones, Iudex prorſus recipere non debet, ſed alios reijcere, alios corrigere, pro charitatis zelo, & iuſtitiæ complemento, correctionis cauſas apponendo; legitimos verò & neceſſarios recipere tenetur, eorum præſentationis, tituli, receptionis, reiectionis, correctionis, temporis ſeriem in actis adnotando.

Delictum occultum in exceptionibus publicans non eſt audiendus, & crimen opponens, quod probare non poſſit, talionis pœna mulctandus eſt, & Iudicem ſuſpectum ſine legitima cauſa allegans iniuriarum actione tenetur ipſe Patronus.

Teſtes adducti ad defenſam pariter ſufferri debent, & completè audiri, & diligenter obſeruari quomodo deponant; ſi ſuper negatiua ſimplici, vel coarctata loco, & tempore teſtificentur, ſi dicti ſcientiæ cauſam afferant, ſi falſum, vel probabilia dicant; circa quos regulas de teſtibus traditas, obſeruare tenentur. *Gloſſ. in cap. bonæ 1. de elect. Pariſ. in cap. quoniam*

niam contra. de prob. Gloſſ. in auth. de hære.& falcid.§.ſi verò ab ſunt.

Exceptiones elici poterunt ab ætate rei, à defectu doli, à præſcriptione commiſſi delicti, à teſtibus falſe, varie, vacillanter, animoſe deponentibus. Ab indicijs, præſumptionibus, coniecturis, à confeſſione invalilida, extorta, extraiudiciali, à corpore delicti non probato, à mentis obfuſcationis, à calore iracundiæ, à prouocatione, ab ebrietate, à confeſſione ſpontanea, à dignitate perſonæ, à non ſeruato iuris ordine, à multitudine committentium delictum, & ab alijs ſimilibus locis; quæ pro rei defenſione facere poterunt, adducendo, quæ adduci debent cum modeſtia Religioſos decente. *Clar. q.26.*

Copia proceſſus, in quo multi inquiſiti ſunt, & non omnes conſtituti, ſed aliqui ipſorum contumaces, non debent dari, niſi priùs ſocij in contumaciam condemnati fuerint; & tunc ſociorum nomina non deſcribantur. *Clar. q.* 44. *Boſſ. in pract. de ſent. num.* 85. *Ambroſin. l.*3.*cap.* 11.*num.* 58.

Petentibus reis repetitionem teſtium annui debet, dummodo contumaces non extiterint, & delictum confeſſi non fuerint: in repetitione autem ſeruanda ſunt omnia, quæ in primo examine, acſi examinati non fuiſſent, etiamſi opus eſſet replicare torturam in teſte inhabili. *Clar. quæſt.* 43. *&* 45. *Franciſcus Bernar. annot. ad*

num.

Digitized by Google

num. 29. cap. 1. l. 3. Ambroſ. Quod ſi teſtis reperitus petat ſibi legi ſuam primam depoſitionem, legenda eſt per extenſum, vt memoriæ lapſui conſulatur; & ſi reus articulos producat, ſuper quibus inſtet, teſtes, qui repetuntur, ſpecialiter interrogari; recipi, vel non recipi, Iudicis ſtat arbitratui. Hæc autem repititio tum à Iudice ad ſe teſtes vocante, tum à delegato ad alium Conuentum deſtinato, tum per commiſſionales litteras ad aliquem probatum Patrem, qui teſtes repetat, tranſmiſſas fieri poteſt. *Scacc. c. 86. num. 48. 55. Clar. quæſt. 23: Franciſ. Bernar. ſup. cap. 2. initio.*

ADDITIO.

De hac materia latiſſime agit, *Guazzinus peculiari tractatu de defenſionibus reorum, Boſſius, & Clarus in ſuis practic. crimin.* Nos ad rem pauca.

Defenſio eſt inſtantis, imminentiſque periculi propulſio, quæ de iure naturæ competit, & licet tolli abſolute non poſſit, limitari tamen poteſt, & modus defenſionis reſtringi, *Farinac. quæſt. 39. num. 112. & de hæreſ. quæſt. 185. §. 14. num. 226.*

Reis etiam contra fidem delinquentibus dandæ ſunt legitimæ defenſiones, *Farinac. loc. cit. num. 210.*

Ante torturam dandæ ſunt reo defenſiones, &

& audiendus eius aduocatus, an ſit, vel non ſit torquendus, *Farinac. d.* §. 14. *& ſeq. & d. quæſt.* 39. *num.* 80.

Defenſionum renunciatio facta etiam ab hæretico, nulla eſt, etiamſi dicat nullam ſibi competere defenſionem, niſi in crimine notorio, aut ſi reus ſit confeſſus, vel repertus in flagranti delicto, aut defenſiones à iure poſitiuo introductæ, vt per *Gomez. 3. var. cap.* 13. *& Farinac. d. quæſt.* 39. *a num.* 51.

Quando reo nulla competit defenſio, vt pote quia crimen notorium eſt, vel ipſe reus repertus fuit in flagranti delicto, non ſunt ei concedendæ defenſiones, *Decian. conſ.* 18. *num.* 6. *vol.* 1. *& Farinac. d. quæſt.* 39. *num.* 103. *cum ſeqq.*

Defenſiones calumnioſè denegandæ ſunt reo, *Farinac. loc. cit. num.* 105.

Defenſionis terminus dandus eſt reo antequam condemnetur, *Clar.* §. *fin. quæſt.* 49. *verſ. Eſt igitur.* An autem Princeps poſſit illum tollere in cauſis criminalibus, *ibid. verſ. Et hoc adeo.*

Poſt datas defenſiones debet reo tradi proceſſus integer, & non diminutus,

Defenſioni, quæ per interrogatoria haberi poteſt, renunciari poteſt.

Quando Iudex procedit à denegatis defenſionibus poteſt in legendo examina teſtium retine-

tinere aliquas particulares circumſtantias, & qualitates.

Reus non poteſt deliberare quam velit defenſionem facere, niſi prius conſultis Aduocato, & Procuratore ſuis.

Repulſa teſtium eſt defenſio rei.

Cum defenſiones proponit ſocius criminis pro ſeipſo, non intendit facere defenſiones pro altero ſocio.

Socius faciendo defenſiones poteſt cum illis adiuuare alterum ſocium.

Repetitio poſt factas defenſiones pro parte Fiſci citati non conceditur.

Reus cum inſtat pro repetitione, etiam poſt factas defenſiones, ei illa concedenda eſt.

Defenſio vti fauorabilis deduci poteſt in quacumque parte iudicij, ac etiam poſt concluſio in cauſa & poſt ſententiam.

Admiſſus ad nouas defenſiones habet ſententiam contra ſe, quæ facit ius.

Admiſſio ad nouas defenſiones non tollit effectum contumaciæ, ſed ſolum ſuſpendit ſententia, quouſque videatur quid in defenſionibus deducatur.

Poſt defenſiones datas non admittuntur aliæ probationes, ne detur præpoſteratio.

Sen-

Digitized by Google

Sententia.

SErmo eſt de ſententia finali, qua vel abſoluitur, vel condemnatur reus, vel declaratur incidiſſe, vel non incidiſſe in pœnas ſtatuarias, & Canonicas: Interlocutoria enim, quia eſt ante finem cauſæ, ſuum locum habet informatione proceſſus, & vocari potius poterit Decretum Iudicis in progreſſu cauſæ interpoſitum.

Si proceſſus fabricatus eſt ad inſtantiam partis, ante ſententiam citetur actor, & moneatur, ſi aliquid aliud eſt ab illo deducendum contra proceſſum defenſiuum, & aſſignetur illi terminus; quod ſeruandum eſt etiam cum reo, vt ſciat ſe condemnandum, niſi aliud in ſui defenſionem adducat.

Si proceſſus defenſiuus euacuauit proceſſum offenſiuum, aſſignare debet Iudex terminum Accuſatori, in eodem proceſſu, ad allegandum, quarè non debet de calumnia condemnari; quod ſi non probauerit, pœna talionis, vt dictum eſt, erit puniendus. *Bart. in l. ad athletas ff. de his qui notantur infamia 2. quæſt. 2. cap. 1. & 2.*

Si autem probauerit, vel plenè, vel ſemiplenè, vt ſupra determinatum eſt, ſiue per teſtes, ſiue per confeſſionem rei, ſiue per indicia, & præſumptiones, reus iuxta menſuram delicti,

& modum probationis ad pœnam ordinariam, vel extraordinariam condemnandus erit.

Nullum ſententiare poterit Iudex, ſiue Ordinarius, ſiue Delegatus, niſi priùs probè cognitis cauſæ meritis, indicijſque diſcuſſis, cum conſilio, & voto Diffinitorum Prouinciæ, vel (ſi Viſitator fuerit) peritorum, & grauium Patrum; ſi Diffinitores, ex vrgente cauſa, neceſſum fuerit excludere.

Sententia quæcunque illa ſit, omninò ex proceſſu dependeat, quæ ſi ex deductis iuſtificari non poterit, declaranda erit iniuſta; ſubijcique debet Iudex pœnis contra malos Iudices fulminatis; ac etiam qui iuris ordinem non ſeruauerint. *Gloſſ. in c. quamuis quæſt. 3. Abb. c. illa præpoſitorum de accuſ.*

Solemnitates illas, quod ſententia ſedendo, de die, eaque non feriata, præſente parte, & alias huius generis, etſi bonum ſit quantum fieri poterit, obſeruari: de eſſentia tamen iudicij non eſſe certiſſimum eſt; vnde ad libitum Iudicum remittuntur. *Couar. l. 1. variar. c. 1. num. 8. Caſar. de Graſſ. deciſ. 147. num. 6. & 10.*

Debet autem ſententia in ſcriptis ferri, manu Iudicis, & Diffinitorum, ac Teſtium rogatorum firmata, in publico Refectorio, vel ſaltem publicè in Diffinitorio, ijſdem præſentibus, vel à Iudice, vel à Scriba legi, qui de-

pu-

Digitized by Google

publicatione in proceſſu teſtimonium faciat.

Reum acceptare ſententiam, non eſt neceſſarium; quinimò, ſi intra tempus Canonicum, non appellauerit, eum acceptaſſe pro certo haberi debet.

Hanc praxim in ſententiando obſeruare debeat Iudex, atque à pœnis recenſitis reſilire non poterit, vt ſupra cautum eſt.

Qui perfectè indicia euacuauerunt, & ſuam innocentiam oſtenderunt, ſimpliciter, & diffinitiuè abſolui debent, ita vt per ſuperuenientia poſtmodum indicia à Iudice amplius moleſtari non poſſint. *Clar. quæſt.* 57. *Paulus Merenda conſil. crimin. n.* 9. *Farinac. quæſt.* 4.

Qui autem ſe quidem defenderunt, purgaruntque ab indicijs, non quidem vehementibus ſed pluſquam leuibus; vel ſi vehementia fuere, tortura mediante purgarunt, vnde nec in pœnam extraordinariam condemnari potuerunt, abſoluendi ſunt, ſed cum clauſula, ſtantibus, prout ſtant, & nouis non ſuperuenientibus indicijs, quæ ſi ſuperueniant, poterit iterum Iudex contra ipſos procedere. *Boſſ. de teſt. n.* 68. *Chart. l.* 4. *cap.* 1. *Clar. quæſt.* 42. *Farinac. q.* 5. *Couar. variar. l.* 1. *c.* 1. *n.* 8.

In ſententia tenetur Iudex delictum recenſere per extenſum, vt ex illa delinquentes cognoſci poſſint, & ipſorum memoria conſeruari.

Si Iudex certò, & euidenter ſciuerit reum,

(etſi teſtibus conuictum) eſſe innocentem, ad illum liberandum omnes neruos intendat, nec innocentiam opprimi patiatur, etiamſi opus eſſet ad ſuperiorem Iudicem cauſam remittere, vel ſe illa exonerare, monito priùs ſuperiori Iudice de conſpiratione teſtium: dummodo id ſine maximo incommodo, & periculo facere poſſit, &c.

Si reus pœnæ ſtatutariæ capax non fuerit, poteſt Iudex aliam illi ſimilem imponere ex praxi Religionis, vel ex ſacris Canonibus elicitam, *Bald. in l. nouerit C. intra certum tempus. Bertus tit. 34. cap. 4. num. 24.*

Declaratoriam ſententiam ferre tenetur Iudex in exceptionibus, declarando aliquem eſſe habilem, vel inhabilem ad officia. Vel cum de accuſato agitur, quod conſtitutionem aliquam violauerit, nec nè; quod ex teſtium depoſitionibus, confeſſionibus proprijs, & defenſionibus factis; pendere debebit.

ADDITIO.

Iudices, præcipuè Regulares, alijque Eccleſiaſtici in ferenda ſententia tenentur cuſtodire veritatem, & æquitatem, iuſtitiam ſemper oleo miſericordiæ mitigantes, & miſericordiam cum ſeueritate temperantes, vt ait *D. Gregorius* relatus *in can. ſummopere* 11. *q.* 3.

In cauſis leuibus ad gratiam & clementiam pro-

Digitized by Google

proniores ſe oſtendant. In grauibus rigorem legum adhac moderentur, & quando virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum leuitate ſecuritas adhibenda eſt, vt habetur ex *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 1. de reform.*

Quare ad punitionem & vindictam præcipuè non debent intendere, ſed ad emendationem, & correctionem. Officium enim Iudicis eſt peccatorum & delinquentium ſaluti prouidere magis, quam pœnam exigere, maxima apud Regulares, & alios Eccleſiaſticos. Quod etiam tradit: *Rodriq. tom. 2. quæſt. 21. art. 1. Nauar. in rubr. de iudic. num. 71. & Miranda tom. 2. ord. iudic. quæſt. 27. art. 1. concl. 1. & 4. præſertim art. 6.*

Prælati & Iudices Regulares in iudicando tenentur ſeruare ſacros Canones, quibus, etiamſi ſint inferiores, moderari licet pœnas ordinarias canonicas, dummodo id fiat ex legitima cauſa, & in ipſa ſententia.

Expreſſio autem cauſæ non eſt præciſe neceſſaria ad validitatem ipſius ſententiæ, ſed ſufficit dicere, ex iuſtis & rationabilibus cauſis id fieri, *& per Clar. lib. 5. § fin. quæſt. 8. § inferius, & Rodriq. loc. cit. art. 2.* videque plura apud *Mirand. d. art. 1. & art. 5. & 6.*

Deficientibus iure Pontificio, & ſtatutis Ordinis, ac propriè Prouinciæ, aliarumue Prouin-

Digitized by Google

ciarum, & Religionum, recurrendum eſt ad ius commune, & ad leges Regni, earum rationem, & mentem legi naturali conformem ſuis applicando cauſis, & ſecundum eam iudicando.

Debent etiam dicti Prælati regulares iudicare iuxta conſuetudines legitimas, quæ quidem in pœnalibus vbi non eſt pœna decreta, ſed Iudicis arbitrio relicta, etiam conſiderandæ, & applicandæ ſunt, & vt per eumdem, *Rodriq. ibid. art. 3. & Miranda poſt Decium Abbatem & alios d. art. 1. concl. 4.*

Arbitrium in pœnis debet eſſe ſecundum ius, rationem naturalem, & æquitatem, penſatis circumſtantijs delicti, qualitate delinquentis, perſonæ offenſæ conditione, iniuriæ modo, damni emergentis magnitudine, loci ac temporis ratione, alijſque ſimilibus, de quibus, *Gomez. lib. 3. var. cap. 6. num. 9. Innoc. in cap. qualiter de accuſ., & Mirand. dict. art. 6. concl. 8.*

In cauſis grauibus, in quibus Prælatis Regularium præcipitur petere conſilium Seniorum, ſeu Patrum Prouinciæ ad puniendum Monachos, tenentur ſequi ipſorum conſenſum. In leuibus verò minimè. Et iuxta hanc diſtinctionem intelligitur conceſſio Bonifacij Noni, facta Generali Prædicatorum, vt in correctionem Fratrum poſſit procedere ſecundum conſuetudines approbatas, & inſtituta Ordinis, &

alia

Digitized by Google

alia conceſſio B. Pij V. vt poſſit fieri damnatio ad triremes de conſilio Seniorum, de quibus, *Rodriq. ibid. art. 7. & tom. 1. quæſt. 30. art. 17.*

Sententia lata à Commiſſario, ſeù delegato à P. Generali cum plenitudine poteſtatis contra leges & ſtatuta Religionis continet euidentem nullitatem, cum ſit notorie iniuſta, *per text. in cap. inter cæteras de ſent. & re iudic.* ac idem Prouincialis, immò & Guardianus poteſt reſiſtere tali delegato volenti procedere ad eius executionem. Nam cenſetur procedere de facto, & non de iure, & ſententia nulla non meretur de iure executionem, vide *Rodriq. loc. alleg. art. 8. Marant. de ordin. iudic. diſp. 11. & tradita à Mirand. d. quuæſt. 27. art. 1. concl. 7.*

Porrò ſententia in criminalibus poteſt ſuſtineri, etiamſi non ſit conformis accuſationi, vel libello, ſiue agatur de delicto connexo, ſiue ſeparato, vt per *Guaz. defenſ. 35. cap. 1. num. 4.*

Publicatio proceſſus offenſiui in criminalibus non eſt adeo neceſſaria, vt ſi fuerit denegata, ſententiam nullam. & maximè ſi teſtes fuerint examinati per alium Iudicem diuerſum ab illo, qui ſententiam tulit, & ipſe non viderit dictas atteſtationes, *Guazzin. loc. cit. cap. 2. num. 3. & 4.*

Lite autem non conteſtata in criminalibus non poteſt ferri ſententia diffinitiua, vt per *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 93. num. 3.*

Digitized by Google

Probationes verò in criminalibus ſunt de ſubſtantia iudicij,& idcirco ſine probationibus ſententia dicitur nulla, *Gabriel. lib. 2. tit. de ſent. concl. 9. num. 5. & 23.*

Pariter ſententia eſt nulla in criminalibus quando Iudex ſe rerfet ad acta, & quando in actis nihil conſtat, vel acta ſint nulla, *Tuſch. lit.* S. *concl.* 159. *num.* 8. *& concl.* 149. *num.* 26.

Si verò eſſet lata ſine ſufficientibus probationibus valent, & tranſiret in iudicatum, vt per *Vant. de nullit. ex defect. proc. nu.* 38. *& Scacc. cap. 93. num. 23. de iud. l. 1.*

Sententia, vt ex falſis probationibus infringatur, requiritur, vt falſitas probetur aliunde quam ex teſtibus, vel actis iam productis; ſed ſi eſſet notoria falſitas in probationibus iam factis, erit ſuperſedendum in executione ſententiæ, *Boſſ. tit. ſi ex falſ. inſtr. vel teſt. num. 3. Caualc. p. 5. num. 241. in pract. de teſtib.*

Sententia lata, nemine inſtante, eſt nulla ipſo iure, etiamſi in actis repiatur, & etiamſi partes eſſent præſentes, de quo *Guazzin. loc. cit. cap. 8. num. 1. & ſeqq.*

Sententia prius debet ſcribi, & poſtea legi, alias ſi prius oretenus proferatur, eſt ipſo iure nulla, *l. 2. & 3. C. de ſent. c. fin. de re indic. in 6. Baiarb. ad Clar. q. 93. n. 7. & Guazz. ibid. c. 9.* vbi de ſolemnitatibus ad ſententiam requiſitis, quod etiam proſequitur, *cap. 10. & ſeqq.* omnino violandus.

FOR-

Digitized by Google

FORMA INQVISITIONIS GENERALIS PATERNÆ.

In nomine Domini. Amen.

HÆc eſt inquiſitio, ſeu Viſitatio generalis, quam facere intendit P.N.de N.Miniſter Prouincialis Romanæ Prouinciæ, in Conuentu N.die 23. Martij, Anno 1639.

Cum perueniſſemus ad Conuentum N. & fuiſſemus benignè recepti à Patre Guardiano, & alijs Fratribus, nos contulimus ad Eccleſiam, in qua flexis genibus ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum adorauimus, breuique oratione facta diſcendentes ad Cellam, nobis paratam perreximus. Poſt aliqualem verò quietem eodem die, hora prandij, *vel cœnæ* conuocatis omnibus in Refectorio Fratribus, verbum Dei propoſuimus, & viſitationem intimauimus, omnes in Domino, cum ſanctæ obedientiæ merito admonentes, vt dicerent, quæ de iure dicenda veniunt, nec odio, parua animi affectione; ſed ex ſola charitate, & reguralis obſeruantiæ zelo mouerentur.

Poſtea viſitauimus Eccceleſiam, incipiendo à ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento, quod religio-

ligioſè compoſitum, & cuſtoditum reperimus. Altaria deinde, Reliquias Sanctorum, Oleum Infirmorum, Capellas, Confeſſionales ſedes, Sepulturas, Sacriſtiam cum ſacra ſupellectile, vniuerſamque Eccleſiam. Poſtmodum Cellas Fratrum, Officinas Conuentus, quæ omnia diuino cultui accommodata, & noſtræ profeſſioni reſpondentia inuenimus. *Si tamen ita ſit.*

Tandem vocatis Fratribus ab vltimis, & iunioribus incipientes, eorum ſingulos interrogauimus ſuper ſequentibus Articulis.

1 An in diuino cultu Chriſtiana pietas vel maximè eluceat. *Valliſol.c.8.*

2 An ſacri ritus, & cœremoniæ ex præſcripto Eccleſiæ ſeruentur.

3 An ad diuina officia die noctuque ad Miſſas item canendas vel celebrandas omnes conueniant, cum ea corporis, & animi compoſitione, quæ de iure, & conſuetudine ſeruari debet.

4 An in Eccleſia indeuotè, vel ſæculariter aliquis gradiatur, moretur, conuerſetur.

5 An communis victus in Refectorio obſeruetur, omneſque ad benedictionem conueniant, & religioſè compoſiti lectioni ſacræ non minùs, quam refectioni vacent.

6 An ſint qui paupertatis, obedientiæ vel caſtitatis vota tranſgrediantur.

An

Digitized by Google

7 An quæſtus pecuniarij, & aliàs à regula non præmiſſi fiant.

8 An fratrum aliquis ſcandalo ſit ſæcularibus.

9 An reperiatur aliquis proprietarius.

10 An Guardianus in obeundo ſuo munere, prudenter fideliter; & diligenter ſe præbeat.

11 An Apoſtolicæ Conſtitutiones, Ordiniſque Statuta ſuis temporibus legantur, & cuſtodiantur.

Si Viſitatio fiat à Commiſſario ad vniuerſitatem cauſarum deſtinato.

12 An Prouincialis Miniſter ſuo muneri ſatisfecerit: an exemplares ſocios habuerit: an aliquem iniuſtè vexauerit: an regulæ obſeruationi vacauerit: An vitia publica punierit: an Prouinciam ſuis temporibus viſitauerit.

13 An Viſitator, qui immediatè Prouinciam viſitauit, iuſtitiam, & æquitatem cum integritate miniſtrauerit; Conſtitutiones ſeruauerit; aliquem iniuſtè offenderit; partibus adhæſerit; communitati vel particularibus grauis fuerit; ſiue ipſe, ſiue ſui Secretarius, & Socius.

14 An in tota Prouincia ſint abuſus Regulæ, & Conſtitutionum tranſgreſſores: vel reperiantur in illa Perturbatores, Seductores, Diſcordiarum ſeminatores, Morum corruptores, Fautoreſque malorum.

Voca-

Digitized by Google

Vocatus igitur primò Frater N. Laicus, ætatis annorum 26. Religionis 3. ſocius Coquinarij monitus, & irrogatus.

Super primo reſpondit, &c.

Super ſecundo reſpondit, &c. *Et ſic deinceps.*

Quibus receptis iuſſus fuit ſuæ depoſitioni ſe ſubſcribere, videlicet.

Io Fr. N. confermo come di ſopra, mano propria.

Si autem ſcribere neſciat, deſcribat ſua manu ſignum Crucis, videlicet.

Et quia neſcit ſcribere ſua manu appoſuit ſignum Crucis, vt ſequitur.

Io Fra N. hò detto quanto di ſopra, e perche non sò ſcriuere, fò il ſegno della Croce †

Poſteà vocatus fuit Frater N. Clericus, &c. vel Sacerdos, &c. *& eodem modo interrogentur.*

Tandem vocatus fuit P. N. Guardianus, &c. *qui & ipſe interrogetur, vt ſupra & in fine ſubiungatur.*

Viſitatis igitur omnibus Fratribus, & Patribus Conuentus, eoſdem iterum In Capitulo, *vel Refectorio* vocauimus, de votorum obſeruantia, regularis diſciplinæ cuſtodia admonuimus; aliquos publicos, *vel particulares* defectus paternè correximus; nonnulla ad prædictorum tutamen, vel fugam opportunè in ſcriptis ordinauimus, videlicet, *Che*, &c. Et data omnibus benedictione viſitationem compleuimus

Digitized by Google

mus die . . . Menſis . . . . Anni . . . .

Et totam Viſitationem ſui officij ſigilli impreſſione corroboret . Et ſubſcribat.

Ita eſt, Fra N. Miniſter Prouincialis, &c.

Si contingat fieri Inquiſitionem generalem, non ſolum paternalem, ſed & iudicialem, erit, vt ſequitur.

FORMA
INQVISITIONIS GENERALIS
IVDICIALIS EX OFFICIO

In Dei nomine. Amen.

ANno Domini 1686. die verò 23. Menſis Martij, Pontificatus Sanctiſs. D. N. D. Innocentij XI. Ann. 10. ſacrorum Canonum, noſtrarumque Conſtitutionum veſtigijs inhærendo Reuerendus admodum P. N. Romanæ Prouinciæ Miniſter, volens ſuo muneri ſatisfacere, accito me Fratre N. ſuo Secretario, quem Notarium creauit, & à quo fidelitatis iuramentum exegit. *Et hoc ſemper apponi debet, vbi de deputatione Scribæ, vel Actuarij, vel Notarij incidit ſermo*; acceſſit ad Conuentum N. eundem in capite, & in membris viſitaturus, & poſtquam fuit benigue receptus, ad ſonum tintinnabuli conuocatis Fratribus in Capitulo, *vel*

Refe.

Digitized by Google

Refectorio ipſis viſitationem intimauit; exhortatione præmiſſa, nè quæ taceri debent, ſine diſcretione dicerent: ſed ea tantum reuelarent, quæ de iure Superioribus dici mererentur; eiſdem ſanctæ obedientiæ præcepto iniungens, ne odio, aut inordinata affectione aduerſus ſuos Fratres mouerentur, neuè aliquid contra iuſtitiæ, & charitatis regulas effutirent. Viſitatis deinde ſanctiſſimo Sacramento, totaque Eccleſia cum ſuis partibus; Sacriſtia cum ſacris vaſis, & ſuppellectile, Conuentu cum Cellis Fratrum, & Officinis, in Cella Prælatorum receptus, vocari ad ſe fecit Fratres, vt infra.

Primò vocatus fuit Frater N. Laicus Canaparius, ætatis, &c. *& ſeruetur modus viſitandi ſupra recenſitus, nihil penitùs immutando.*

Si ex viſitatione Generali emergant indicia contra aliquem Patrem, tunc deſcendendum eſt ad Inquiſitionem ſpecialem.

FORMA
INQVISITIONIS SPECIALIS
EX GENERALI EMERGENTIS.

I*N quocumque proceſſu ſemper apponi debet titulus continens cauſam, videlicet.*

Cauſæ deſcriptio, ſeu proceſſus de furto commiſſo per Fratrem N.

Infor-

Informatio contra N. de tentato homicidio.

Proceſſus exceptiuus contra P. N. nè eligi poſsit in Prælatum.

Informatio de ſubornatione votorum, contra Patrem N. *& poſtea incipitur.*

In nomine Domini. Amen.

HÆc eſt ſpecialis Inquiſitio, quam facere intendit Reuerendus admodum Pater N. Miniſter. Prouincialis, &c. contra Fratrem N. in Inquiſitione generali habita in Conuentu N. indicatum, quòd Apoſtaſiam commiſerit, vt in actis viſitationis apparet; quapropter, nè delicta impunita remaneant, decreuit ſuper hoc informationes ſumere, teſtes examinare, & alia præſtare, quæ ſunt de iure præſtanda. Acta ſunt hæc in Concentu N. *vel in eodem Conuentu* Anno . . . die . . Martij, & per me Fratrem N. dicti Patris admodum Reuerendi Scribam, vel *Secretarium*; vel per me *à dicto Reuerendo A. P. pro Notario deputatum* excepta.

FORMA
EXAMINANDI TESTES
PRO INQVISITIONE SPECIALI.

ANno igitur, die, loco, quibus ſupra, coram eodem Reuerendo admodum

P.N.

P.N. Miniſtro Prouinciali vocatus fuit Frater N.de N. teſtis ex officio aſſumptus, monitus, & iuratus, prout tactis ſacris litteris iurauit: qui opportunè interrogatus, vt infra reſpondit.

Et primò interrogatus, an ſciat cauſam ſuæ vocationis? Reſpondit: Non la sò, ſe non me la dite.

Interrogatus, ex quo tempore in hoc Conuentu de familia commoratus? Reſpondit: Dalla Congregatione in quà.

Interrogatus, qui ſunt Fratres, qui ſecum in hoc Conuentu commorantur? Reſpondit: Frater NN.&c.

Interrogatus, an ex quo hic manet de familia, ſcit aliquem Fratrem vota tranſgreſſum eſſe? Reſpondit: Tutti ſono buoni à mio giuditio, ſe non che Frà N. li giorni paſſati ſe ne fuggì dal Conuento.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ. Reſpondit: Lo sò, perche lo veddi io vſcire di notte ſolo, per la porta della Chieſa:

Iterrogatus, in quo loco erat ipſe teſtis, quando ilium exeuntem vidit? Reſpondit: Io ſtauo al feneſtrone, che riſponde ſu la porta della Chieſa.

Et Pater Miniſter: Come poteſti tu vederlo di notte? Reſpondit: Perche luceua la luna come di giorno: & io lo conobbi beniſſimo, oltre

oltre che eſſo me lo haueua detto prima, perſuadendomi, che andaſſi con lui.

Interrogatus, an ſciat cauſam talis fugæ, & quò iuerit? Reſpondit: Perche il Guardiano lo voleua mortificare per hauerli diſubedito in Refettorio, & egli, &c. Et credo, che ſia ito in caſa del Procuratore.

Interrogatus de complicibus, & conſultoribus. Reſpondit: Non ne sò niente.

Interrogatus de conteſtibus. Reſpondit: Poſſono eſſere li Frati, i quali l'han cercato per caſa, & non l'han trouato, ſpecialmente F.N. NN.& è voce publica, e fama, che ſia fuggito, già che non ſi vede comparire.

Interrogatus ſi ipſe teſtis eſt amicus, vel inimicus talis Fratris, & ſi ex odio talia depoſuerit. Reſpondit: Io li ſon più preſto amico, che altro, & hò detto queſto per verità, & perche la P.V. me l'hà chieſto con giuramento.

Tunc Pater acceptatis, &c. teſtem dimiſit iuſſum prius ſuæ depoſitioni ſubſcribere, prout infra.

Io F.N. de N. hò depoſto come di ſopra; Et ſi ſcribere neſciat. E per non ſaper ſcriuere hò fatto il ſegno della Croce †

Fra N. Miniſter Prouincialis.

Fra N. Scriba.

Et in hanc Formam cæteri teſtes examinentur.

FORMA
EXAMINANDI TESTES
EX OFFICIO, ET INQVISITIONE SPECIALI QVOAD FAMAM.

SI ingenerali Inquiſitione reperiatur aliquis grauiter infamatus de aliquo delicto, & deſcendendum ſit ad ſpecialem Inquiſitionem ex infamiæ indicio, procedatur in hunc, qui ſequitur modum.

CVm in generali Inquiſitione, facta in Conuentu N. per Admodum Reu. P. Miniſtrum, &c. repertus fuerit Frater N. de N. grauiter infamatus de dilapidatione Conuentus, nec talis infamia ortum habuerit à maleuolis, & vilibus, ſed ab honeſtis probiſque perſonis, & fide dignis, nè delicta impunita remaneant, idem, qui ſupra decreuit talem infamiam ſpeciali Inquiſitione perquirere, & vlteriùs progredi, prout de iure. Actum in conuentu N. die, &c. ac per me Fratrem N. in Sribam deputatum fideliter, vt iacet, exceptum.

Et primò vocari fecit P. N. Sacerdotem, Confeſſarium. ætatis ..... Religionis ....: teſtem ex officio aſſumptum, cui præſtitit iuramentum, prout tacto pectore more Sacerdota-

Digitized by Google

dotali iurauit, & monito, ſequentes interrogationes fecit.

Et primò interrogatus, ſi ſuæ vocationis cauſam norit. Reſpondit, &c.

Quantum temporis in hoc Conuentu moratur,

Si Fratres ibidem commorantes exemplares ſint, & compoſiti.

Si Conuentus bona fideliter adminiſtrentur.

Si aliquem dilapidaſſe bona Monaſterij ſciat, Reſpondit: Si dice, che, &c. Quomodo ſciat. Reſpondit: Si dice publicamente per caſa, che, &c. A quibus audiuit hoc. Reſpondit: Comunemente tutti lo dico. Recenſeat aliquem, à quo audierit. Reſpondit. L'hò ſentito dire ſpecialmente dal P. N. Lettore di Teologia, dal P. N. Maeſtro de'Nouitij, dal P.N. Confeſſore delle Monache, e da altre perſone,

An ſciat, quid ſit fama publica. Reſpondit: Mi pare, che ſia quello, che communemente ſi dice d'alcuno ò in bene, ò in male.

An aliquam offenſionem cum Fratre N. aliquando contraxerit. Reſpondit. . . .

An odio vel amore depoſuerit. Reſp. . . . .

An ſuo examini addere vel minuere velit. Reſpondit . . . .

Tunc Pater, &c.

Et ſubſcribant, vt ſupra.

Digitized by Google

FORMA EXAMINANDI DE FAMA DELATA EXTRA VISITATIONEM.

ALiquando accidit deferri ad aures Superioris delictum aliquod per clamoroſam inſinuationem, ſiue oretenùs ſiue per litteras, & eo caſu paululùm immutandum eſt exordium examinis, videlicet.

HÆc eſt Inquiſitio generalis, quam facere intendit P. &c. contra, & aduerſus P.N. malè audientem de ſuſpecto conſortio, &c. Fama publica præcedente, & clamoroſa inſinuatione non tantum ſemel ad aures ſuas, ſed ſæpè ſæpiùs deferente, orta non à maleuolis, ſed à Religioſis probis, & fide dignis, &c. Ideò &c.

FORMA PROCEDENDI CONTRA INFAMATVM.

POſtquam per duos ſaltem teſtes conſtiterit aliquem eſſe infamatum, & Iudex habuerit

dictum

dicium ſufficiens ad procedendum contra illum, poterit iniri proceſſus in hunc modum.

VIdens P. N. Fratrem N. eſſe ſufficienter infamatum de ſuſpecto conſortio, quòdque iuridicè contra ipſum procedere poſſit, decreuit capiendas eſſe aduersùs illum opportunas informationes, & de iure vlteriùs procedendum. Actum in Conuentu N. die ......&c.

Quapropter vocari primùm fecit Fratrem N.... teſtem ex officio aſſumptum, cui præmiſſa exhortatione de veritate dicenda, iuramentum exhibuit, prout tactis ſacris litteris iurauit, qui ad opportunas Patris interrogationes, vt infra, reſpondit.

Interrogatus, ſi ſciat, aut imaginetur ſuæ vocationis cauſam. Reſpondit..:.

Si omnes Fratres hic commorantes cognoſcat. Reſpondit.

Si nouerit particulariter Fratrem N. Reſpondit: Padre sì.

De cauſa ſcientiæ reſpondit: Perche hò praticato ſeco, e pratico tutto il giorno, come fanno li Frati.

Si ſpecialem conuerſationem cum illo habuerit. Reſpondit: Perche ſiamo Cercatori del pane, e dell'altre coſe, pratichiamo inſieme più familiarmente.

Digitized by Google

Ex quo tempore illum cognouit, & vbi? Reſpondit: Da più di 10. Anni, in diuerſi Conuenti NN. ne'quali ſiamo ſtati di ſamiglia. Vltimamente ſtiamo inſieme quì da vn anno in circa.

Quem conceptum habet de illo, & qua exiſtimatione apud ipſum laborat. Reſpondit: l'hò in concetto di Frate allegro, e di buon tempo, e che non ſia molto ſpirituale.

Vnde hoc eliciat. Reſpondit: Perche ride con tutti, parla parole ſecolari, & non lo veggo frequentare molto la Chieſa, & lì Sacramenti.

Si ſciat ipſum dixiſſe verba inhoneſta, & ſcandaloſa. Reſpondit: Padre sì, ſpeſſo dice coſe che non ſtan bene, e molte volte alla preſenza de'ſecolari.

An in particulari recordetur alicuius vel Fratris, vel ſæcularis, qui de conuerſatione, verbis, vel actibus huius Fratris fuerit ſcandalizatus. Reſpondit: Li Frati quaſi tutti reſtano ammirati di queſto ſuo procedere, e ſi ſcandalizano di vna mala prattica, quale hà in caſa di certe donne, quali habitano, &c. & ſi chiamano, &c. & tutto il vicinato ne mormora.

Quomodo id ſciat. Reſpondit: Perche hò parlato con diuerſe perſone, ſpecialmente col Signor N. noſtro Syndico; con la Signora N. noſtra deuota, e con altre, le quali mi diſſero:

Che

Digitized by Google

Che và à fare coſì ſpeſſo Frà N. nella caſa di N. e che grandemente s'ammirauano.

Si viderit ipſe eundem frequentaſſe talem domum. Reſpondit: Padre sì, con occaſione della cerca l'hò viſto entrar più volte in quella caſa, e l'hò anco ripreſo, mà egli non ſtima, &c.

De conteſtibus reſpondit. Lo poſſono dire li ſecolari predetti: e de'Frati Frà N. Frà N. &c. quali ſon ſtati ſuoi compagni, & hanno mormorato meco di queſta prattica.

An odio, vel paſſione depoſuerit: Reſpondit . . . . .

An addere, vel minuere voluerit. Reſpondit . . . . .

Tunc Pater. &c.

FORMA.

DESCRIBENDI CORPVS DELICTI MANIFESTI.

In nomine Domini. Amen, &c.

CVm fama deferente, *vel per accuſationem, denunciationem, &c. factam à Fratre N.* innotuerit vulneratum fuiſſe P. N. in Conuentu N. à filijs perditionis. Pater Admodum Reuerendus Miniſter ad reprimendam perſonarum audaciam, decreuit de iure procedere, &

primum de corpore delicti inueſtigare. Vnde poſtquam perſonaliter acceſſit ad Conuentum N. & ſe contulit ad Cellam infirmariæ, vidit, & reperit P.N. iacentem in lecto, vulneratum pluribus vulneribus, quorum vnum erat in capite ex parte occipitis, longitudinis trium digitorum, & latitudinis medij digiti, factum, vt videbatur, gladio; alterum erat in brachio ſupra cubitum, latum, & profundum, pugione, vt conijci potuit inflictum, magnitudinis quatuor digitorum, quæ omnia diſcooperta proprijs oculis vidit, præſentibus PP. NN. teſtibus vocatis, & rogatis. Acta loco, & die, quibus ſupra, & per me Fratrem N. Notarium deſcripta.

Frater N. Frater N. teſtis.

Frater N. Actuarius, vel Scriba.

Vel poteſt in hunc modum concipi.

Viſum, & repertum fuit per me N. Miniſtrum Prouincialem, &c. oſtium Sacriſtiæ Conuentus N. fractum, & ſecuris ictibus in fruſta diſiectum; in eaque armarium, in quo calices & vaſa ſacra reſeruantur, vi apertum, detractis ſeris, & foribus ſuo loco dimotis. Acta ſunt hæc coram PP. NN. teſtibus die . . . . . Menſis . . . . Anno . . . . & per me Actuarium excepta.

Subſcribant teſtes.

Frater N. Notarius, &c.

Vel

Digitized by Google

Vel ſi alteri committatur, & in hanc formam:

De mandato Admodum Reuerendi Patris Miniſtri, &c. fuit per me N. Scribam, viſitatus in Conuentu N. & propriè in Cella infirmorum P. N. iacens in lecto, vulneratus in capite propè tempora, erat autem vulnus factum vel ictu ligni, vel lapidis, vt videbatur ad magnitudinem oui. Item in crure ſiniſtro, quod ligatum erat, & medicamentis inuolutum, dixitque vulneratus & infirmarius eſſe confractum. Acta, &c. coram, &c. die, &c.

Frater N. teſtis.

Frater N. teſtis. *Frater N. Scriba.*

Vel ſi de occiſo agatur, ſic erit deſcribendum.

Viſum, & repertum per me Fratrem N. Prouincialem, *vel Scribam*, præſentibus R.A.P. Miniſtro, &c. & P. N. & P.N. teſtibus de eiuſdem P. Miniſtri mandato, cadauer cuiuſdam Fratris, noſtri Ordinis, mediocris ſtaturæ, barbæ nigræ, Annorum circiter 40. indutum habitu noſtro, videlicet con vn habito cordellato, col capuccio in teſta, con la tonica, colle mutande, cordone di canapa, à cui era attaccata la corona di lagrime di Giob, con li zoccoli fuori, mà vicino à'piedi, nelle maniche haueua la regola del Padre S. Franceſco, con vn coltello piegatoio da tauola. Iacebat autem humi in ſua Cella, *vel in ſylua* tribus vulneribus confoſſum. Primo in gutture cæſim facto

vt

Digitized by Google

(vt apparebat) gladio; altero in pectore punctim, enſe, vel pugione; tertio in ventre ſubtus vmbiculum, profundè demerſo enſe, vel pugione. Erant autem duo hæc longitudinis quatuor digitorum; primum verò totum guttur ſecuèrat. Et totum ferè corpus, ac etiam humus erat ſanguine profuſa. Hæc omnia à me viſa, & adnotata ſunt præſentibus quibus ſupra, loco; & die ſupradictis.

Frater N. teſtis adſui.

Frater N. teſtis adſui.

Frater N. Actuarius,

§. PRIMVS.

Si delictum fuerit dubium.

SI dubitetur de delicto, puta ſi quis in Cella mortuus, vel in puteo demerſus reperiatur, fiat priùs inquiſitio de corpore delicti, & poſtea de cauſa mortis, hoc modo.

VIſum, & repertum fuit per me Fratrem N. Actuarium, *vel Guardianum* ex commiſſione Patris Admod. R. Miniſtri in Conuentu N. in Cella, ſita in dormitorio, quæ inhabitabatur à Fratre N. cadauer ipſius Fratris, in lecto ſtratum & extinctum, liuidum circa làbia, & vngues manuum & pedum cum ſpuma liuida, quæ de ore cadebat, cum quibuſdam ma-

Digitized by Google

maculis nigris è regione cordis & pectoris. Erat autem habitu, caputio, chorda, femoralibus indutum; in manicis habebat regulam, diſciplinam, & parum reliquiarum, ac ſemicoopertum culcitra iacebat. *Si autem talia ſigna non adſint, non apponantur: ſunt enim ſigna veneni. Si autem eſſet aqua vel laqueo præfocatum, dicatur.* Viſum, & repertum, &c. in piſcina ſita in horto Conuentus N. cadauer cuiuſdam Fratris noſtri, ſtaturæ, &c. *vel ſi cognoſcatur*, cadauer Fratris N. natans ſuper aquam mortuum, & extinctum, quod extractum repertum fuit ſemitumens, & totum liuidum, indutum, &c. *Si de laqueo*, Cadauer Fratris N. in ſuamet Cella laqueo è trabe quodam pendente ſuſpenſum, & extinctum iam, & frigidum, manibus ſolutum, habitu, tunica, chorda, femoralibus indutum, nigrum in facie, ore & oculis toruum, ac diſtortum, &c. *vel* Cadauer Fratris N. iaceus ſuper ſuum lectum, cum laqueo circa collum apprimè compreſſo, cuius manus circa laqueum erant applicatæ, lingua autem ex ore prominebat, &c. quæ omnia vidi, & adnotaui. Præſentibus, &c. Acta, &c.

Frater N. Frater N. teſtes.

Frater N. Scriba &c.

§. SE-

Digitized by Google

§. SECVNDVS.

FORMA.

ADHIBENDI PERITOS.

PRO CORPORE DELICTI.

CVm de veneno, deſloratione, vel dubio mortis genere agitur, in quibus delictum conſtare non poteſt, cum peritorum iudicio, in hunc modum inſtruenda eſt informatio.

§. *PRIMVS.*

Venenum.

In nomine Domini. Amen.

ANno ...... die, &c. Cum de morte P. N. pateat, quippe repertus eſt mortuus in Cella, &c. de cauſa autem mortis non conſtet, an ſcilicet per veneni aſſumptionem, an verò naturaliter acciderit. Reuerendus admodum Pater Miniſter, nè in tam graui negotio iuſtitiæ, ſuoque officio deſit, decreuit vocandum, & examinandum eſſe Peritum. Quare habita facultate à D. Gubernatore Ciuitatis, vocari ad ſe fecit D. N. Medicum Phyſicum ordinarium, & rogauit eum; vt diligenter Cadauer cum ſuis ſignis inſpiceret. Quo facto eidem iura-

iuramentum exhibuit, prout & iurauit, & coram me Actuario in hunc modum interrogauit.

Si ipſe nouerit P. N. iam defunctum, dum in viuis ageret. Reſpondit ....

Si eius complexionem probè tenuerit, vel eundem aliquando curauerit: Reſpondit ....

Si cognoſcat ex his maculis, ſpuma, liuore, &c. mortis cauſam. Reſpondit ....

Si iudicat extinctum fuiſſe ex veneno extrinſecùs aſſumpto, vel ingenito. Reſpondit ....

Reddat cauſam ſcientiæ ſui iudicij. Reſpondit .....

Monitus agi de grauiſſimo ſcelere, & pœna, &c. reſpondit ....

Tunc P. lectam ſibi ſuam depoſitionem ei mandauit ſubſcribere, vt infra.

Io, &c. Medico, affermo come di ſopra.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. SECVNDVS.

Deſloratio.

IN hunc ferè modum aſſumi debet iudicium peritæ de deſlorata.

Vocata N. obſtetrix, & cum iuramento, ac licentia ſui Superioris interrogata, ſi ipſa nouit N. puellam. Reſpondit .....

Si

Si vidit illam, & in pudendis inſpexit. Reſpondit.....

Si virginitatis ſignaculum in illa integrum, vel fractum inuenit. Reſpondit......

Si ipſa alias idem iudicium ſuper alijs puellis tulit. Reſpondit.

Si à ſemet, vel ab alio defloratam iudicat. Reſpondit........

Quibus acceptis fuit dimiſſa, iuſſa prius ſuæ depoſitioni ſe ſubſcribere, *vel Crucis ſignum apponere.*

Io N. Mammana hò detto, &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

FORMA
INQVIRENDI AVTHOREM. OCCVLTVM DELICTI MANIFESTI.

§. *PRIMVS.*

In nomine Domini. Amen.

ANno.... die.... in Conuentu N. & propriè in Cella Officij. Vocatus coram Reuerendo admodum Patre Miniſtro, Pater N. Sacerdos, Confeſſarius, ætatis....... Religionis..... teſtis ex officio aſſumptus, delato ei iuramento, prout tacto pectore, more Sa-

Digitized by Google

Sacerdotali iurauit, monitus de veritate dicenda, interrogatus, prout infra reſpondit, &c.

Primò, an cognoſcat P. N. in hoc Conuentu vulneratum, ſiue occiſum.

An ſciat eum cum aliquo Fratre inimicitias habuiſſe.

An cum aliquo rixatum eſſe.

Cum, quo, & quando, & vbi.

Qua de cauſa.

An talis inimicitia alijs innotuerit, & quibus.

An aliquando in amicitiam redierint.

An inter ſeipſos familiariter conuerſarentur poſt reconciliationem.

An aliquis fuerit præſens, dum inter ſe altercarentur conuicijs.

An Superior hoc ſciuerit, & quid fecerit.

An nouerit aliquem arma quæſijſſe, vel in Conuentum introduxiſſe.

Quomodo id ſciat.

Vbi repoſita, vnde habita talia arma:

Qui fuerunt complices, vel fautores, vel conſocij.

Digitized by Google

§. SECVNDVS.

Si de veneno agatur.

AN nouerit mortuum bonæ, vel infirmæ valetudinis fuiſſe.

De cauſæ ſcientiæ:

Cuius complexionis eſſet, hilaris, triſtis, mœrens, &c.

Quomodo id ſciat.

An ſciat aliquem cum defuncto inimicitias habuiſſe, altercatum fuiſſe, iniurias, minas, contumelias inter ipſos interceſſiſſe.

Afferat cauſam ſcientiæ ſui dicti.

An cognoſcat aliquem, qui de herbarum virtute, de medicamentis in Conuentu ſit peritus, vel locutus fuerit.

An etiam de venenis.

An aliquem ſimplicia, vel mineralia nouerit conquiſiſſe, & quomodo hoc ſciat.

Si aliquem de genere mortis P. N. loquentem audiuit.

Si veneni ſuſpicio vehemens ſit in Conuentu & apud quos.

Si de aliquo audierit, quod tale venenum propinarit, & à quibus.

Si ipſe teſtis ſuſpicionem habet de aliquo, & de quo, quod venenum dederit.

Afferat cauſam ſuſpicionis.

§. TER-

Digitized by Google

§. TERTIVS:

Si de veneno non conſtet clarè.

AN ſciat N. mortuum, antequam in morbum incideret, cibum aliquem noxium comediſſe.

Quis tales cibos attulit, dedit, accommodauit.

Quis infirmi curam geſſit.

Quæ morbi ſimptomata apparebant.

Si vomitiones, tormina, ſitis vehemens, liuores, &c.

Quot horas poſt ſumptionem cibi vel decubuit, vel vomere incæpit.

Si ab aliquo audiuit P. N. veneno necatum fuiſſe, & à quo,

Si audiuit vomitiones, & maculas in corpore apparentes, fuiſſe veneni indicia.

Si audiuit, cuius coloris fuiſſent vomitiones, & à quibus.

An ſciat hæc purgamenta & eiectiones Medico oſtenſa fuiſſe, cui, & quid iudicauerit Medicus.

An ſciat, vel audierit, quo mortis genere defunctus fuerit.

Quid ipſe credat, vel ſuſpicetur.

Quæ cauſa ſcientiæ.

§. QVARTVS.

Si fuerit aliud delictum dubium.

AN nouerit, defunctum cum aliquo inimicitias habuiſſe.

Quæ cauſa inimicitiæ.

Quandiu durauerit.

Si alijs innotuerit.

Si reconciliatione deſierit inimicitia.

Reddat cauſam ſcientiæ ſui dicti.

Si mortuus, dum viueret, morbo comitiali laborabat, vel alijs grauioribus.

Si eum aliquando conqueſtum fuiſſe nouerit, quod cordis doloribus opprimeretur, capitis vertiginibus agitaretur, dæmonum illuſionibus, vel timoribus exerceretur.

Si Spiritu triſtitiæ, vel deſperationis eum aliquando nouerit agitatum.

Si ebrietate nimia, vel crapula.

Si ſecum conqueſtus fuerit, quod ei mors ab aliquo comminata fuiſſet, vel hoc ab alijs audierit:

Si ſcit mortuum inuitum in eo Conuentu manſiſſe.

Si aliquando actus, aut verba dementiæ, ſtoliditatis, vel deſperationis eundem feciſſe, vel dixiſſe audiuit.

Quæ tandem ſigna, & verba fuerunt iſta.

Co-

Digitized by Google

Coram quibus ea acciderunt.

An ſciat, quo violento mortis genere defunctus obierit.

An ab alijs audierit.

Quid ipſe teſtis iudicet, & qua de cauſa.

Quis habetur author huius mortis, quis P. N. laqueo ſuffogauit, *vel* in puteum demerſit.

Vnde mouetur ipſe, vel alij ad hoc dicendum, vel indicandum.

Quomodo ſciat alios hoc credere, vel ſuſpicari.

Qui ſunt conteſtes.

FORMA EXAMINIS VVLNERATI.

§. *PRIMVS.*

Primùm ipſe vulneratus examinandus eſt ad informandum Curiam, hoc modo.

In Dei nomine. Amen. Die, &c.
In Conuentu, &c.

ACceſſit Pater Admodum Reuerendus Miniſter ad Cellam, in qua vulneratus iacebat P. N. & exhibito ei iuramento, prout tacto pectore, more, &c. iurauit, eum, vt infra, interrogauit.

Digitized by Google

Quomodo reperiatur vulneratus, & à quo tempore.

Quis illum vulnerauit, & ob quam cauſam.

Quo inſtrumento, quo loco, quibus auxilijs, qua corporis parte.

Qui aderant, vel audire potuerunt, tanquam proximiores.

§. SECVNDVS.

Si ignoret Authorem:

AN cum aliquo inimicitiam habeat, & quã ob cauſam.

An verbis iniurioſis aliquem offenderit, vel minis.

An ſibi aliquis minatus fuerit vulnera, mortem.

Si inimicitia alijs nota ſit, & quomodo id ſciuerint.

Si aliqui, dum rixarentur inter ſe, adfuerint.

§. TERTIVS.

Si nolit prodere vulnerantem ex timore, vel nè illi noceat.

MOnitus, vt veritatem fateatur, quia aliàs peccat mortaliter, & eſt periurij reus, nec ſibi malum creare debet in anima, nè alijs no-

Digitized by Google

nocear. Reſpondit ....

Cui Pater: Auerti, che ſe non lo riueli ſpontaneamente, ſarai coſtretto à dirlo à forza, per via di carcere, e di tormenti,&c.Reſpondit.

Interrogatus, Se gli vuol fare querela di queſta offeſa, &c. Reſpondit: Padre nò, io li perdono per amor di Dio, &c.

FORMA
EXAMINANDI TESTES.
SVPER INDICIA.

Cum quodlibet indicium duobus ſaltem teſtibus probari debeat, depoſitiones hoc modo excipiantur.

§. *PRIMVS.*

De inimicitia.

In nomine Domini. Amen.

Die, &c. Vocatus fuit coram A. R. P. M. P. &c. Pater Frater. N.Sacerdos, ætatis .... Religionis ...... teſtis ex officio aſſumptus, monitus, & iuratus, (tacto enim pectore more Sacerdotali iurauit) ad deponendum ſuper indicijs emergentibus ex morte Patris N. qui ad opportunas interrogationes reſpondit.

Primò enim interrogatus, an ſciat cauſam

Digitized by Google

ſuæ vocationis. Reſpondit......

An cognoſcat, & ex quo tempore P.N.

An ſciat inter Patrem N. & N. aliquando inimicitiam exarſiſſe.

An ſciat talis inimicitiæ cauſam.

Quomodo id ſciuerit.

Quæ ſigna inimicitiæ viderit, vel audierit interceſſiſſe inter ipſos.

An ſciat aliquando, & ex quo tempore fuiſſe reconciliatos.

An post reconciliationem viderit, vel audierit talis inimicitiæ ſigna inter eoſdem pullulaſſe.

An credat P. N. ob talem inimicitiam potuiſſe Patri N. propinare venenum.

De cauſa ſcientiæ talis credulitatis.

Interrogatus de conteſtibus.

Quibus acceptis P. Miniſter examen terminauit, impoſito teſti ſilentio, & reſeruata ſibi facultate eum iterum examinandi, ac electa ſibi ſua depoſitione eam ſua manu ſubſcribere iuſſit, prout ſubſcripſit.

Io Fra N. hò depoſto.

Frater N. Miniſter Prouincialis.

Frater N. Actuarius.

Digitized by Google

§. SECVNDVS.

De confeſſione extraiudiciali.

AN cognoſcat P. N. & ex quo tempore.

An cum illo aliquando collocutus fuerit.

An ſecum de morte P. N. ſermonem habuerit, & vbi.

An ex liuore de mortuo eum loquentem audiuit.

An audierit, eum dixiſſe, quod in morte P. N. manus habuerit.

Coram quibus hoc dixit.

Qua occaſione in tam grauem iactationem lapſus fuerit.

An credat eum verum dixiſſe, & in necem prædicti Patris verè conſenſiſſe.

De cauſa ſcientiæ.

De conteſtibus.

Tunc Pater, &c.

FORMA GENERALIS EXAMINANDI TESTES.

§. PRIMVS.

In nomine Domini. Amen.

DIe . . . Anno . . . in Conuentu N. coram P. N. Miniſtro vocatus Frater N. Diaco-

 nus

nus ætatis annorum 24. Religionis 5. vt dixit, teſtis ex officio aſſumptus, *vel ſi ad inſtantiam partis procedatur, productus*, ſuper primo, *vel ſecundo* articulo, monitus de veritate dicenda, & præſtito illi iuramento interrogatus, prout tactis ſacris litteris iurauit, ad opportunas interrogationes depoſuit, vt infra, videlicet.

Interrogatus, an ſciat cauſam ſuæ vocationis. Reſpondit, &c.

Interrogatus, an cognoſcat P.N. Reſpondit. .

Interrogatus, quomodo illum cognoſcat, Reſpondit, &c.

Interrogatus ex quanto tempore illum cognoſcit. Reſpondit, &c.

Interrogatus, cuius famæ ſit. Reſpondit, &c.

Interrogatus, cuius opinionis ſit apud ipſum, Reſpondit, &c.

Interrogatus, quomodo ſciat ipſum eſſe iracundum, vel conuiciatorem. Reſpondit, &c.

Interrogatus de loco, & tempore. Reſpondit, &c.

Interrogatus de conteſtibus. Reſpondit. &c.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ. Reſpondit, &c.

Tunc Pater Miniſter acceptatis illius depoſitionibus, ſi & in quantum, &c. mandauit ipſi teſti, vt ſuo examini ſibi prius lecto ſe ſubſcriberet, prout infra ſubſcripſit, præcipiens illi in virtute ſanctæ obedientiæ, nè cui

de

de his omninò loqueretur, illumque dimiſit, ſaluo iure illum reexaminandi toties, quoties opus fuerit.

Io Frà N. hò depoſto.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. SECVNDVS.

Si teſtis irreuerens, vel pertinax fuerit.

INterrogatus, &c. Noluit reſpondere: ſed cum riſu, & contemptu impertinentia effutire cœpit. Quem Pater Prouincialis paternè priùs admonuit, & quia ex benignitate peior efficiebatur, ſeuerè, & grauiùs increpauit: perſiſtente autem ipſo in ſua pertinacia iuris remedijs vtendum cenſuit, ideò vt infra decreuit.

Quoniam P.N. vocatus in teſtem ab A. R. P. Miniſtro Prouinciali, ac legitimè in cauſa P.N. interrogatus, reſpondere noluit, *vel, &c.* & monitus ſemel atque iterum, ac correptus à ſua pertinacia diſcedere noluit; ideò præſenti decreto decernit, vt dictus Pater N. quotidie in pane & aqua ieiunet, *vel* tandiu à diuinis ſit ſuſpenſus, quouſque reſipiſcat, & ſuis mandatis pareat. Datum, &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. TER-

§. TERTIVS.

Si ad cor redeat à pertinacia.

CVm Pater N. teſtis, &c. ad cor reuerſus fuerit, & veniam petierit, admiſſus ad examen fuit denuò.

Interrogatus, an, &c.

§. QVARTVS.

Si teſtis mendacium dicat.

TVnc Pater ipſum admonuit, vt veritatem de plano fateatur, quia in ſua depoſitione mendacium dixiſſe deprehenſus eſt.

Quare interrogatus, an viderit ipſum vulnerantem. Reſpondit: Quello, che hò detto, è la verità.

Iterum monitus à mendacijs diſcedere, quia contra ipſum, tanquam contra falſum teſtem, per iuris, & facti remedia procedetur. Reſpondit, &c.

Quod cernens Pater Miniſter, volenſque ipſum de mendacio conuincere, vocari fecit P.N.& P.N. teſtes, eoſque coram ipſo Fratre N. cum iuramento iterum examinauit, & primò interrogauit Fratrem N. ſi verè Frater N. erat cum ipſis, quando, &c. qui reſpondit? Padre sì. Poſtea interrogauit Fratrem N. teſtem, an

an verè Frater N. adfuerit cum ipſis, quando Frater N. vulnerauit Patrem N. dixit: Padre ſì. Tunc ſubiunxit Pater Miniſter: Che dici hora, non ſei vn teſtimonio falſo, e bugiardo. Quo tacente, vel in pertinacia permanente, aduerſatus Miniſter mendacij acerbitatem, ei aſſignauit vnius diei ſpatium ad ſe defendendum, quare non debeat puniri tanquam teſtis falſus; & interim carceribus ad cuſtodiam mancipari mandauit, prout præſenti decreto mandat, & præcipit. Acta in Conuentu N. die N.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. QVINTVS.

Executio decreti carcerationis.

FIdem facio ego infraſcriptus, qualiter Frater N. carceratus fuit virtute dicti decreti hac die . . . Menſis . . . . . Anni . . . in Conuentu N.

Frater N. Actuarius.

§. SEXTVS.

Si teſtis fuerit infamis, erit torquendus ſic.

DIe . : . . Cum Pater N. Miniſter ſedens, &c. & viſis, &c. ſtante qualitate Fratris N. teſtis

ſtis examinati in cauſa N. & conſiderata infamiæ nota, qua affectus reperitur, propter decretum pœnale, latum contra ipſum in cauſa criminali, actitata per Patrem N. tunc temporis Prouinciæ Viſitatorem; *vel* conſiderata inhabilitatis nota, quia nimirum eſt ſocius criminis, &c. vilis perſona, &c. ad tollendam dictæ infamiæ notam, & vt eius dictum magis afficiat nominatum, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauit ipſum duci ad locum torturæ, ibique ſpoliari, & funi applicari, prout præſenti decreto funi applicari mandat. Datum ..... *Si agatur de alio genere tormentorum, explicetur illud.*

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. SEPTIMVS.

Si teſtis fuerit varius, & vacillans, & propterea torquendus.

DIe, &c. Pater N. Miniſter, &c. ſedens pro tribunali, viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, ac ponderata vacillatione ipſius Fratris N. teſtis dicentis in examine facto die .... *deſcribatur ſuum dictum*, & in præſenti examine negantis, ac dicentis .... Ad tollendam ergo omnem periurij maculam (ſi qua ineſ-

Digitized by Google

ineſſet) ab eiuſdem teſtis perſona, & ad ſciendum, in quo dicto perſiſtat; & ad omnem alium meliorem finem & effectum mandauit eundem N. duci ad locum torturæ, ibique, &c. *vel* mandauit ipſum arctari, *vel* ad taxillorum tormentum applicari, &c. *vel* conſideratis circumſtantijs ipſam depoſitionem comitantibus, quæ verificatæ fuerunt, prout in actis; *dummodo ita ſit*, & quæ ſunt adeò veriſimiles, vt arbitrio prudentis viri credendum ſit; ipſum teſtem in prima depoſitione verum dixiſſe, & in ſecunda mentitum fuiſſe; præſertim cum ea, quæ in prima ſua depoſitione dixerit, ſponte depoſuerit, & de plano, & in ſecunda nullam ſufficientem, aut veriſimilem cauſam ſuæ huiuſmodi variationis alleget. Quapropter valde veriſimile eſt & credibile, ipſum teſtem ad reuocandam ſuam depoſitionem ſubornatum fuiſſe. Ad effectum ergo idipſum ab eodem teſte clariùs audiendi, à quo vel à quibus ad ſuam primam depoſitionem reuocandam ſubornatus fuerit, & ad omnem alium meliorem, &c. citra tamen iutium quorumcumque Curiæ acquiſitorum, vel ſpectantium præiudicium ipſum puniendi ob præfatam variationem, quibus per præſentem torturam præiudicare non intendit, & non aliàs nec aliter, nec alio modo, de quo expreſsè proteſtatus fuit, & proteſtatur. Ipſum N. teſtem in ſuis depoſitio-

tionibus variantem mandauit duci ad locum tormentorum, ibique, &c.

§. *OCTAVVS.*

Si teſtis aliud dicit cum iuramento, aliud ſine.

DIe, &c. Pater N. lectis, & conſideratis, vna depoſitione facta à Fratre N. cum iuramento in iudicio coram nobis, & altera ſine iuramento coram NN. *vel extraiudicialiter: Aut apud N. Iudicem incompetentem.* Et perſpectis verbis præciſis ab ipſo prolatis, prout in actis; &c. ex quo apertiſſimè patet ipſum eſſe informatum de veritate, & notitia delinquentium: ad tollendam omnem maculam periurij, (ſi qua ineſſet in eius perſona) *vel* ad purgandum omnem variationis defectum, & ad ſciendum, in quo dicto ipſe N. perſiſtat, & ad omnem alium meliorem, &c. mandauit ipſum N. teſtem duci, &c.

§. *NONVS.*

Si ſcire neget, cùm alias conſtet eum ſcire.

DIe, &c. P. N. ſedens, &c. auditis, & perlectis depoſitionibus teſtium deponentium N. in teſtem vocatum, ſcire commiſſi homicidij, furti, ſtupri, &c. ſeriem; factiſque ipſi

Digitized by Google

ipſi teſti pluribus monitionibus, vt veritatem fateatur: conſideratoque, quòd conſtet in iudicio aliquo pacto ipſum fuiſſe præſentem in loco commiſſi criminis tempore, quo fuerat perpetratum, vnde veriſimile eſt ipſum vidiſſe, quomodo dictum factum ſe habuerit, & qui fuerint delinquentes, cuius ætatis, & quibus veſtibus induti, quibus armis accincti, quo colore, qua effigie, &c. & licèt ipſe negare non erubeſcat delinquentes vidiſſe: & conſideratis alijs indicijs ex actibus ipſius reſultantibus, & contra dictum teſtem facientibus quapropter Pater Miniſter ad effectum habendi ab ipſo teſte examinato plenam, & integram veritatem ſuper præmiſſis, de quibus, vt dictum eſt, veriſimiliter informatus apparet, & ad omnem alium meliorem, &c. mandauit, &c.

§. *DECIMVS.*

Si ab aliquo loco teſtis vocandus ſit.

CVm nobis N. Miniſtro, vel Commiſſario, &c. viſum fuerit pro expediendo negotio mortis N. cuius authorem inquirimus, *vel nobis commiſſo* neceſſariam eſſe nobis perſonam Patris N. ac eiuſdem in iudicio depoſitionem; idcirco virtute iuriſdictionis nobis factæ, *ſi eſt Commiſſarius*, *vel* authoritate noſtri officij; *ſi eſt ordinarius*, præcipimus ipſi in virtute præ-

ſenti

ſenti decreti, vt ſtatim eo recepto diſcedens à Conuentu, in quo modo moratur, ſe conferat ad Conuentum N. in quo tribunal noſtrum ereximus ſub pœna .... Datum, &c.

Frater N. Miniſter, vel Commiſſarius, &c.

§. VNDECIMVS.

Si decretum hoc mittendum eſſet per litteras.

QVod decretum R. P. N. per litteras incluſum direxit P. N. Guardiano, à quo talem reſponſionem accepit, *& inferat ipſas litteras in proceſſu*.

§. DVODECIMVS.

Si examen teſtis vna vice expediri non potuit.

QVoniam ob vrgentia negotia, vel ob horæ tarditatem examen, compleri non potuit, Pater Miniſter iuſſit pro nunc terminari examen, animo tamen, continuandi illud; cum primùm commoditas acceſſerit; priùs verò lectum examen ipſi teſti, fecit ab illo ſubſcribi, &c, acceptatis, &c. *Et pro continuatione deinde*,

Die,

Die, &c. cum Pater Miniſter expeditus eſſet à ſupradicto negotio, regrediens ad perficiendum examen Fratris N. teſtis, ipſum in ius vocauit, & coram ipſo adſtanti iuramentum præſtitit, prout iurauit, & vt infra interrogauit.

Quæ forma ſeruanda erit etiam in examine rei, quando interrumpi contingat.

FORMA CONSTITVENDI VEL EXAMINANDI REVM

§. *PRIMVS.*

DIe... Menſis.... Anni... in Conuentu N. conſtitutus perſonaliter coram Admodum Reuerendo Patre Miniſtro, &c. & me Actuario P. Frater N. Sacerdos ætatis... Religionis... principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, delato ei iuramento prout tacto, &c. iurauit, de mera, & integra veritate dicenda, & quidquid inde ſciuerit, & præmiſſa admonitione, quod ad confeſſionem proprij criminis tenetur in conſcientia, ſub pœna peccati mortalis, ſtantibus tot indicijs contra ipſum in actis, fuit interrogatus &c.

Primò, an ſciat ſuæ vocationis cauſam.

An ſciat cauſam ſuæ carcerationis, *ſi fuerit carceratus.*

A quo tempore fuit carceratus.

Quo ordinante.

Si inimicos habet in illo vel alio Conuentu, & quos.

Quare N. eſt illi inimicus. Reſpondit: Perche mi minacciò.

Qui aderant, quando minatus illi fuit.

Si redierunt in amicitiam, & fecerunt poſtea pacem.

Ex quo tempore.

Quis eſt conſcius talis inimicitiæ.

Si credit N. propterea illi eſſe infenſum.

Si habet illum pro homine probo.

Quare cenſet illum eſſe malignum.

Si poteſt hoc probare.

Cognoſcit ne N.

Ex quo tempore.

Vbi cœpit illum cognoſcere, qua occaſione.

Coram quibus eſt vltimò illum allocutus: vbi, & de qua re.

Si pacifici diſceſſerunt.

Quæ verba iracundiæ acciderunt inter ipſos.

Quid tenebat in manu tunc temporis.

Quis dederat illi facultatem tenendi arma.

Quantum temporis illa tenuit.

Quis dederit illi arma.

Vbi aſconderat illa.

Vbi ſunt nunc.

Quę

Digitized by Google

Quę verba dixit, antequam diſcederet ab illo.

Quæ vulnera dedit illi. Reſpondit: Non hò ferito altrimente.

Et cum P.N. audiſſet conſtituti negationem, taliter eſt illum allocutus: Fratello non è tempo di negare, perche e per teſtimonij, e per inditij ſei quaſi conuinto; perciò deui dire la verità: propterea.

Interrogatus, ſi vulnerauit N. Reſpondit: Mai tal coſa.

Quod audiens Pater præcepit afferri arma, nimirum gladium longitudinis duorum palmorum, & latitudinis duorum digirorum, acutum, & affilatum cum ſuo capulo oſſeo, & & pugionem vnius palmi, cum cuſpide acuta; quibus oſtenſis reo, iterum dixit: Come potete negarlo? date gloria à Dio con dir la verità, e non ſiate figlio del diauolo, padre della bugia. Non ſon queſte l'armi tue ritrouate vicino al Padre N. ferito, ritrouate inſanguinate nella ſtanza voſtra? perche dunque negate hauer ferito, vcciſo, &c. Reſpondit: Non ne sò niente.

Interrogatus, ſe ſi confida molto ſu le braccia, perche tanto l'hà da confeſſare sù la corda à tutti i modi. Reſpondit: Io non ſon huomo da fare queſti delitti. *ſi affirmat.*

Interrogatus, quis fuit complex, & ſocius,

Digitized by Google

vel conſocius delicti; quid illi dixit talis N. ſocius.

Qui aderant.

Qui ſunt teſtes.

Quoniam verò horæ tarditate examen expediri non potuit, Pater N. acceptatis, &c. examen dimiſit, voluntate illud continuandi. Interim lectam ſibi depoſitionem iuſſus fuit ſubſcribere, prout infra, &c.

Io N. hò depoſto.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. SECVNDVS.

In ſecundo Conſtito.

DIe.... loco, quibus ſupra. Interrogatus, ſi ipſe conſtitutus eſt diſpoſitus iam, veritatem fateri, quod non fecit in alio examine.

Si vult aliud addere examini heſterno, vel nouum adducere.

Si vere altercatus eſt cum N.

Si ab illo iniurijs affectus fuit, vel è contra.

Si illum manu vel armis percuſſit.

Si vulnerauit. Reſpondit: Padre nò.

Cui Pater: Come nò, ſe ſei ſtato viſto da teſtimonij, non ſolo fuggir con il coltello in mano inſanginato, mà ferirlo ançora? Reſpon-

Digitized by Google

pondit: Ogn'vno può dire quello, che vuole.

Et Pater: Credi tu, che vogliano dir la bugia in tuo prægiudicio ſenza cauſa? Reſpondit: Ci ſono delli maligni e bugiardi nel mondo.

Et ad opportunam interrogationem; Reſpondit: Io non direi tali bugie, mà non sò la coſcienza de gli altri.

Videns autem P. N. conſtituti pertinaciam, illum denuo paternè monuit: Vedi fratello, tu ſtimi il corpo, ma non l'anima, temi la pena del mondo, non quella dell'inferno. L'hauer peccato è fragilità, il negarlo alla preſenza di Dio, di cui io tengo il luogo indegnamente, è peccato di Caino, e perciò t'ammoniſco, che laſci queſta tua pertinacia, e dichi, ſe veramente hai ferito, ò vcciſo N. Reſpondit: Hò detto, e torno à dire, che non sò niente di queſto.

Tunc Pater negotio vrgente impeditus examen pro nunc dimiſit, illud alio tempore continuaturus: Iuſſit tamen priùs legi ipſi reo depoſitionem, & ab ipſo ſubſcribi; quem carceribus mancipari mandauit, vt melius interim de ſua ſalute concipiat, & cogitet de veritate dicenda.

Subſcriptiones.

Digitized by Google

§. TERTIVS.

Si reus reperiatur eſſe excommunicatus; abſoluatur ſic.

CVm Pater N. competiſſet N. reum inci-diſſe in excommunicationem maiorem, ob . . . . eum abſoluit ad effectum ſolum adſtandi, & ſe tuendi in iudicio, omni meliori, &c. cùm ipſe non poſſet probare ſe eſſe abſolutum. Datum, &c.

Frater N. Miniſter, &c.

§. QVARTVS.

In tertio Conſtituto.

DIe, &c. Poſtquam Pater N. Fratrem N. reum in ſua præſentia adductum paternè pariter, & grauiter monuit, vt depoſita pertinacia, ſaltem nunc Deo dare gloriam ſatageret, & confuſus à tot mendacijs facti ſeriem de plano deponeret, ac narraret, come paſsò il fatto dell'homicidio del P. N. chi lo ferì, chi l'vcciſe? perche li teſtimonij tutti dicono, che ſete ſtato voi, perche dunque non lo confeſſate? Reſpondit negatiuè.

Interrogatus: Come potete negare queſto, hauendo contro tanti teſtimonij? Et præcepit legi depoſitiones teſtium. Senti, che dice-

que-

Digitized by Google

queſto. Senti queſt'altro, &c. e ſe ciò non fosse vero, queſti non lo direbbono; diſponti dunque à dire la verità. Reſpondit: ſono bugiardi.

Interrogatus, & monitus, quod manifeſte apparet de pertinacia ipſius, quia non ſolùm negat delictum à ſe commiſſum, ſed etiam audet viros probos appellare mendaces. Quomodo tales falſarios vocas, ſi tibi confrontatos de facie ad faciem ſuſtinere non potuiſti, & vix aſpicere auſus es pallore & tremore correptus? Ideò fuit benignè monitus, vt à pertinacia diſcedens veritatem dicat per ordinem facti ſeriem recenſendo, come paſsò queſto fatto? Reſpondit, &c. non mi ricordo, potrebbe eſſere, mi rimetto à quello, che hò detto di ſopra.

Interrogatus, & monitus, vt præcisè reſpondeat ſine dubio, ſine hæſitatione, nec ſe referat ad iam dicta. Reſpondit: Quel che hò detto, hò detto.

Interrogatus, & monitus ſub pœna confeſſi criminis, periurij, & torturæ, vt veritatem de plano dicat. Reſpondit: Non sò altro.

Tunc Pater: E poſſibile, che ſei così oſtinato, e ſenza honore, che ci vuoi dare à credere buggie così grandi? Nel primo Conſtituto non hai detto tu, che, &c. nel ſecondo non diceſti, &c. come hora neghi? come ti contradici? non

vedi, che ſei confuſo, e conuinto? non è meglio, che per la gloria di Dio confeſſi la verità? Reſpondit, &c.

Interrogatus, & iterum monitus, vt veritatem fateatur; alias deuenietur aduerſus illum ad iuris, & facti remedia, declarando illum incurriſſe pœnas comminatas. Reſpondit: Non hò da dire altro.

Tunc Pater aduertens obſtinationem, & irreuerentiam Fratris N. rei pœnarumque comminatarum contemptum, reſeruato ſibi iure ſemper, & quandocumque decernendi ipſum N. incurriſſe &c. & mandatum deſuper neceſſarium, & opportunum relaxandi, pro nunc ad vlteriora procedens.

Interrogauit, an adhuc perſiſteret in ſua pertinacia. Reſpondit: Non mi ricordo.

Interrogatus, & monitus à tergiuerſatione, & obſtinatione diſcedere, & præcisè reſpondere. Reſpondit: non mi ricordo, non mi ſouuiene.

Quibus auditis Pater N. dixit Fratri N. reo, quod in his caſibus deuenitur ad torturam, non pro extorquenda veritate, ſed ſolum reſponſione affirmatiua, vel negatiua, & idcircò nullæ dantur defenſiones, cum pateat, quòd nulla poterit afferri legitima, & euidens excuſatio. Reſpondeat ergo præcisè, vt poſſit vitare huiuſmodi torturam, & abijciat iſta

fatua

Digitized by Google

ſatua ſubterfugia ſciens, quod de illis nulla ratio habebitur. Reſpondit, non hò altro, che dire.

Et licet pluries Pater N. ipſum efficaciter, e charitatiuè monuerit, ſemper ipſe reus eandem reſponſionem dedit: quæ omnia ego Frater N. Actuarius adnotaui.

Tunc Pater N. ſedens pro tribunali, &c. viſa pertinacia Fratris N. nolentis reſpondere præcisè ad interrogationem, cum aliter ab eo dictum reſponſum haberi non poſſet, mandauit adduci ad locum torturæ, qui N. ſic ad locum torturæ adductus, dum ſpoliaretur, & ligaretur fuit à Patre N. benignè monitus, vt ſaltem modo diſponeretur ad dandam reſponſionem præciſam, &c. aliàs ſciat pro certo ſtatim in altum eleuandum, & torquendum pro dicta reſponſione. Reſpondit &c.

Et videns Pater N. Fratem N. in ſua obſtinatione perſiſtere mandauit ipſum eleuari in altum; ad effectum ſolummodo extorquendi reſponſionem præciſam affirmatiuam, vel negatiuam.

§. *QVINTVS.*

Confrontatio rei cum Teſtibus.

DIe, &c. vocatus fuit Frater N. reus, monitus. & iuratus præſentibus &c. fuit in

hunc

Digitized by Google

hunc modum à Patre N. exceptus. Come puoi negare non eſſer ſtato in tal giorno, nel tal luogo, mentre li teſtimonij dicono, che vi ſei ſtato? che coſa reſpondi à queſto. Reſpondit; *Scribantur, quæ dicit, & facit, puta fixos tenens oculos in terram immobiles, dixit ſuſpirans &c.* O Dio, che aſſaſſinio è queſto? ogn'vno può dire quello, che vuole.

Cum Pater N. vidiſſet illius pertinaciam in negando, quæ teſtes veridici depoſuerunt, iuſſit eos ſingillatim vocari. Prima enim vocauit Fratrem N. teſtem coram dicto reo, & præſtito eidem iuramento, de dicenda veritate ipſum interrogauit. An cognoſcat Fratrem N. præſentem. Reſpondit, Padre sì, ſi chiama Fra N.

Quo peracto interrogauit N. conſtitutum, ſe conoſce Fra N. quì preſente, e come ſi chiama. Reſpondit, Padre sì; chiamaſi Fra N.

Poſtquam reus, & teſtis ſe ad inuicem cognouiſſet Frater N. teſtis cum eodem iuramento fuit interrogatus. Si hic eſt ille, de quo depoſuit die . . . . . Reſpondit, Padre sì.

Et Pater, ſatage, inquit illum, probè cognoſcere, nè erres: Reſpondit, Io conoſco beniſſimo.

Tunc Pater; iuſſit legi depoſitionem teſtis clara, & intelligibili voce, in faciem N. rei, quibus lectis fuit.

Inter-

Interrogatus, ſi recordatur de hac depoſitione. Reſpondit; Padre sì, e conoſco la mia ſottoſcrittione; ò †

Interrogatus, ſe ciò ſia verò. Reſondit, così è.

Et cum Pater N. aduertiſſet Fratrem N. teſtem ratificaſſe ſuam depoſitionem in faciem N. rei, vt ſaltem conſuſus verum dicat, ipſum reum coram ipſo teſte interrogauit præuio iuramento, vt ſequitur. Horsù fratello hai inteſo, come Frà N. te l'ha confirmato sù'l viſo, che coſa vuoi tu dire? Reſpondit, hò inteſo, mà non dice la verità.

Et replicante N. teſte, hò detto la verità; & reo illud negante; cum vnuſquiſque in ſuo dicto perſiſteret, Pater N. mandauit dictum teſtem remoueri à loco examinis, & vocari Fratrem N. alium teſtem; qui cum & ipſe coram Patre N. & Fratre N. reo fuit coſtitutus; vterq; eorum fuit cum iuramento interrogatus, &c. *Et dic. vt ſupra, &c.*

Hęc confrontatio excuſat repetitionem teſtium, licèt non ſit neceſſaria, (quia timidus vereretur ſtare contra faciem potentis.) Niſi quando teſtes è directo pugnant inter ſe, vel cum depoſitione rei, aut de facie non nouerunt eum contra quem deponunt, & in hoc caſu debet reus poni inter alios, nè adſit ſubornatio. [*Chart. in pract. l.* 3. *c.* 1. *n.* 84.]

§. SEX-

§. SEXTVS.

Recognitio Rei à Teſtibus.

DIe, &c. cum N. reus negauerit ſe eſſe illum, contra quem N. N. teſtes depoſuerunt, vt veritas appareat, Pater N. decreuit vocare eoſdem teſtes, & recognoſcere ſupradictum reum. Quare primo vocauit Fratrem N. reum, cui præſtitit iuramentum, & hanc interrogationem ſubiunxit. Che direſti, ſe teſtimonij degni di fede ti cognoſceſſero per quello, il quale ferì N. il tal giorno? &c. Reſpondit, &c.

His auditis ad conuincendum ipſum reum de mendacio, & eundem diſponendum ad fatendam veritatem, & ad omnem, &c. mandauit vocari Fratres alios, qui reo facie, & ſtatura ſimiles eſſent, & cum eodem reo in ordine collocari, nimirum N N N. quibus comparentibus, & in ordine collocatis, ipſoque reo ſecundum locum tenente, mandauit ad eorum faciem ſtatui Fratrem N. teſtem contra Fratrem N. reum, & delato ſibi iuramento fuit.

Interrogatus, Riguardate bene, ſe tra queſti Frati vi foſse quello contra il quale hauete depoſto, che a dì . . . . ferì Fra N. in Dormitorio. Reſpondit, Padre sì che ci è, & è il ſecondo.

Et Pater moſtratelo à deto. Reſpondit, mo-

mouendo ſe de ſuo loco, manibuſque proprijs tangendo Fratrem N. reum, qui ſecundus erat in ordines, & dixit, Padre, queſto, che hò toccato è quell'iſteſso.

Tunc Pater, præuio iuramento, interrogauit Fratrem N. reum. Hai ſentito fratello, come il teſtimonio te l'hà detto in faccia, come puoi negarlo. Reſpondit, &c.

His auditis P. N. mandauit mihi Actuario legere integram depoſitionem Fratris N. teſtis in faciem rei, qua lecta, interrogauit eum, che reſpondi à queſto? Reſpondit, &c.

§. *SEPTIMVS.*

Reus coram Iudice delinquens.

In nomine Domini. Amen.

CORam P. N. pro tribunali ſedente; & ipſum N. reum examinante, ipſe reus Dei timore poſtpoſito, Deum blaſphemauit, vel alapam N. vni aſſiſtentium impegit, &c. Super quibus idem Prouincialis, volens de iuſtitia prouidere, ipſum N. vocauit, eumque interrogauit, cur ſic, &c.

Si reus confitetur, ſtatim ipſum condemnet, ſi negat, examinentur duo teſtes, qui de facto deponant, & ſtatim ipſum condemnet, in ipſa figura iudicij, Et ſtante ſic tribunali, &c.

FOR-

Digitized by Google

FORMA TORQVENDI REVM.

§. *PRIMVS.*

Decretum defenſionum ante torturam.

In nomine Domini. Amen, &c.

CVm ex actitatis hucuſque contra Fratrem N. reum de . . . . grauia emergant indicia, & probationes vrgentes, quibus veriſimiliter eum commiſiſſet tale homicidium credi poſſit; ipſe autem interrogatus negauerit, P. N. iuris ordinem ſeruare volens, eundem in rigoroſo examine conſtituere decreuit; quia tamen tortura infligi non debet, niſi priùs conceſſis defenſionibus; ideo hoc ſuo præſenti Decreto mandat indulgeri Fratri N. reo terminum trium dierum ad producendum quæcumque monumenta, & probationes, quibus ſe innocentem oſtendere poſſit, in delato crimine contra ipſum, & ad elidenda indicia contra ipſum allata, & copiam actorum ſibi dari ſine nominibus, & cognominibus teſtium, habitis tamen ab ipſo teſtibus curiæ pro ritè, & rectè receptis, & legitimè examinatis, ſaluis exceptionibus, & repetitione, &c. & ſine præiudicio vlterioris proceſſus, & examinis, hoc, & omni meliori modo, &c. prout ſuo hoc Decreto indul-

Digitized by Google

indulget terminum, & copiam. Vel ſi mauult, à ſuo Procuratore luſtrari proceſſum originalem in aula noſtræ cameræ, quod etiam concedit. Datum N. die, &c.

Frater N. Miniſter Prouincialis.

Frater N. Actuarius,

§. *SECVNDVS.*

Intimationis dicti Decreti relatio.

ET cum per me Actuarium fuiſſet prædictum Decretum intimatum Fratri N. reo acceptauit terminum, & defenſiones, &c. & in fidem, &c. die..... &c.

Ego Frater N. acceptaui, &c.

Frater N. Actuarius.

Si renunciat. Et cum per me Actuarium, &c. gratias agens dixit ſe renunciare omnibus ſibi ſpectantibus, & competentibus defenſionibus, & ſe remittere pietati Patris Miniſtri, & in fidem ſe ſubſcripſit die..... &c.

Ego N. renunciaui, &c.

§. *TERTIVS.*

Aſſignatio Aduocati, & Procuratoris.

PAter N. Miniſter volens de iure procedere in cauſa tam graui, & rei N. indemnitati conſulere, prouidit cum copia actorum concedendden-

dendum eſſe eidem D. N. V. I. Doctorem, noſtræ Religionis deuotum, & zelatorem, & Patrem N. Sacræ Theologiæ Lectorem in Procuratorem, prout præſenti Decreto aſſignat, & concedit, Datum, &c.

Frater N. Miniſter, &c.
Frater N. Actuarius, &c.

§. QVARTVS.

Prorogatio termini.

Coram Reuerendo Admodum Patre N. comparet Frater N. Procurator Fratris N. rei prætenſi, & precatur, vt terminum trium dierum ſuo principali indultum prorogare dignetur, cum etiam conceſſus fuerit breuis. Inſuper petit ſibi cum effectu dari copiam actorum, vel facultatem luſtrandi proceſſum in aula ſuæ audientiæ coram ipſo, vt inde elicere valeat, quæ ad defenſionem ſui principalis facere poſſunt: nec non ſe accingere ad formandos articulos probatorios, ad elidenda indicia exorta, &c. vt inde innocentia eluceſcat, quod in gratiam ſingularem recipiet, & ſic inſtat, omni meliori modo, &c.

Qua recepta Actuarius ſciebat, vel in principio, vel in fine huius, & omnium aliarum comparitionum.

Præ-

Præſentata fuit per ipſum P. N. Procuratorem die : . . . . . &c.

§. QVINTVS.

Decretum prorogationis termini.

PErpenſa rationabili petitione Patris N. Procuratoris Fratris N. rei prætenſi, ipſam admittens P. N. Miniſter, ſi & in quantum, præcepit prorogari terminum ad . . . . . . dies, ad producenda, quæ in defenſione ſupradicti rei prætenſi facere poſſunt. Necnon dari facultatem luſtrandi proceſſum in aula, &c. prout vtrumque præſenti Decreto concedit, vt petitur. Datum, &c. die, ...

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. SEXTVS.

Præſentatio articulorum.

PRæſentati fuerunt præſentes articuli per Patrem N. Procuratorem Fratris N. rei prætenſi.

Cum Pater N. Procurator Fratris N. prætenſi rei, & Dominus eiuſdem Aduocatus, *ſi aderit* comparuiſſent coram Patre N. Miniſtro precantes ipſos articulos probatorios admitti,

N &ſu-

Digitized by Google

& ſuper illos examinari teſtes ibidem nominatos, pro defenſione ſui, vel eorum Principalis; viſum fuit ipſi P. N. eos admittere, ſi & inquantum, &c. prout præſenti Decreto admittit. Datum . . . . . die . . . . . . &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

Si aliqui articulorum eſſent impertinentes, vel inamatorij: Pater Miniſter debet illos vel corrigere, vel delere; adnotando in margine illorum cauſam in hunc modum. Hic articulus deletus eſt, quia eſt infamatorius, quia impertinens, &c.

§. SEPTIMVS.

Examinatio teſtium ad defenſam.

Examinantur ſicut ad offenſam, mutato ſolum nomine officij, &c. videlicet.

DIe . . . . vocatus fuit coram Patre Miniſtro, Frater N. teſtis adductus, & nominatus ad defenſam Fratris N. rei prætenſi, ſuper primo, *vel ſecundo, vel tertio, vel omnibus articulis, vel tota cauſa*, qui præſtito ſibi iuramento, prout tactis, &c. iurauit, monitus de veritate dicenda, fuit primo interrogatus ſuper . . . . . articulo, qui Reſpondit, &c. *& ſic de alijs.*

§. OCTA-

§. OCTAVVS.

Decretum oſtendendi proceſſum defenſiuum parti.

POſtquam Pater N. vidit completum proceſſum, pro defenſione N. rei prætenſi, ſtuduit de eo certiores facere D. N. Aduocatum, & P. N. Procuratorem dicti Fratris N. & ipſum reum, prout præſenti Decreto certiores fieri mandat, per me Actuarium. Datum, &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

Cum per me certiores facti fuiſſent N N N. de examine iam perfecto ad ipſorum petitionem, gratias egerunt, & in fidem, &c. die ... &c.

Frater N. Actuarius.

§. NONVS.

Petitur copia Proceſſus defenſiui.

COram Reuerendo Admodum Patre N. Miniſtro Prouinciali, comparent N. Aduocatus, & Frater N. Procurator Fratris N. rei prætenſi, & intellecto quod fuerint examinati teſtes nominati in articulis aſſignatis, ad defenſionem ſupradicti Fratris N. petunt ab ipſo Patre N. velit eis dare copiam dictorum te-

Digitized by Google

ſtium examinatorum cum termino dierum octo ...... vt ipſi conſulere poſſint, an aliud ſit agendum, pro completa defenſione dicti Fratris N. alias proteſtantur, &c.

Actuarius faciat præſentatam.
Præſentata, &c. *vt ſupra*.

§. *DECIMVS.*

Decretum pro tradenda copia defenſiua.

AVdita iuſta, & rationabili petitione N N. Aduocati, & Procuratoris Fratris N. &c P. Miniſter mandauit ſibi aſſignari reperta depoſitionum dictorum teſtium, & terminum petitum, prout præſenti Decreto, aſſignat, & concedit. Datum, &c.

Frater N. &c.

§: *VNDECIMVS.*

Conſignatio Copiæ.

CVm per me fuiſſet aſſignata copia, *vel reperta* depoſitionum ſupradictarum, NN. gratias agendo illam, *vel illa* receperunt, & in fidem, &c.

Ego Frater N. Actuarius.

§. *DVO-*

§. DVODECIMVS.

Decretum pro oſtendendo toto proceſſu offenſiuo, & defenſiuo Domino Conſultori.

CVm elapſus fuiſſet terminus dierum ..... aſſignatus NN. Aduocato, & Procuratori, &c. ad conſulendum an vellent in iudicio aliud proferre in fauorem ſui principalis, & aduertiſſet Pater N. Miniſter nil aliud fuiſſe productum pro parte N. rei; volens legitimè ad vlteriora procedere in cauſa, decreuit exhibere totum proceſſum hucuſque formatum in cauſa Domino N. I. V. Doctori, electo pro Conſultore oretenùs, & nunc in ſcriptis, eumque rogans, vt dignetur totum proceſſum perpendere, & ſuum votum, & conſilium in ſcriptis tradere; quod Dominus prædictus coram me promiſit. Quapropter cum effectu fuit per me totus proceſſus traditus ſupradicto Domino N. die ...., & in fidem, &c.

Ego Frater N. Actuarius ſubſcribo.

§. DECIMVSTERTIVS.

Reſtitutio proceſſus cum voto.

DIe .... Dominus N. Conſultor electus acceſſit ad Patrem N. & reſtituit proceſſum ſibi conſignatum, cum voto ipſius manu

deſcripto, & ſubſcripto, & habitis multis colloquijs cum Patre N. ſuper cauſæ totius meritis; tandem mihi Actuario iuſſit præfatus P. N. dictum votum in actis regiſtrare, manuque præfati Domini Conſultoris ſignari, me præſente, & vidente, & in fidem, &c.

Ego Frater N. Actuarius.

§. DECIMVS QVARTVS.

Votum Conſultoris.

Deſcribatur in pagina ſummarium proceſſus, & ſubdatur.

QVibus ſupradictis ita ſe habentibus, & ſuperinde hanita matura deliberatione, nec non colloquio cum P.N. tandem mihi infraſcripto viſum fuit, ipſum Fratrem N. non leuiter ſuſpectum eſſe de homicidio commiſſo in perſonam Patris N. &c. ac propterea torquendum eſſe ſpatio ..... cum ... ictibus, ſeu quaſſis funis, factis ei interrogationibus reſpicientibus ſubſtantialia proceſſus, & ea quæ magis vrgent, nimirum .... & vbi nihil emergat, dimittatur pro nunc: quod ſi confitebitur ad triremem per decennium mittatur, &c. & ita vt ſupra proximè ſcriptum eſt, cenſui, &c.

Ego N. V. I. D. Conſultor, &c.

§. DE-

Digitized by Google

§. *DECIMVS QVINTVS.*

Decretum Iudicis adhærendi dicto voto.

ET ſic ego Frater N. Miniſter Prouincialis, inhærens ſupradicto voto, cum mei Diffinitorij conſilio & aſſenſu decreui præfatum Fratrem N. torquendum eſſe modo, & forma ac ordine quibus ſupra in voto, prout in præſenti decerno. Datum, &c.

Frater N. Miniſter Prouincialis, &c.
Frater N. Actuarius.

§. *DECIMVS SEXTVS.*

Praxis inferendæ torturæ.

D*Vci faciat reum ad locum torturæ, ibique interrogatum decernat, & funi applicet, ne appellet. In executione enim Decreti non admittitur appellatio. Forma igitur erit hæc.*

DIe. . . . conſtitutus coram Patre N. Frater N. extractus de carceribus, propriè in loco ante carceres, vbi extabant omnia ad torquendum parata, præſtito ei priùs iuramento, qui tactis, &c. iurauit: cui ante omnia Reuerendus Admodum Pater Miniſter charitatiuè dixit: Con tutto che noi per l'inditij, e per detti di teſtimonij ſiamo chiari, & certi,

che voi hauete commeſſo .. ... tuttauia ſiamo venuti in reſolutione di ſaperlo dalla bocca voſtra, perciò vi dimando, come paſſa il fatto, &c. & auuertite à dirlo ſpontaneamente, perche altrimente ſarete coſtretto à dirlo sù la corda qui præparata. Reſpondit. Io hò detto la verità. *Deſcribantur omnia, quæ dicit, facit ſingulta, lachrimas, voces, eiulatus, &c.*

Cui dictum fuit, già che reſtate nella voſtra oſtinatione, acciò non habbiate à lamentare di noi, vi ſi replica di nuouo, che dichiate come paſsa, &c. Reſpondit non sò niente.

Tunc fuit dictum: quantunque neghiate, vi dimando qual fù la cauſa, che vi moſſe à tutti queſti particolari? di pigliar l'armi dal tal luogo, d'aſſaltar di notte Fra N. di ferirlo in teſta, d'vcciderlo finalmente? Reſpondit; non sò coſa alcuna. *Sic debent fieri interrogationes ſuper omnia indicia.*

Videns autem Conſtituti obſtinationem P. Admodum R. Miniſter iuſſit illum expoliari, funi applicari, & ligari; quod dum fieret, fuit ei dictum: Auuertite che queſto tormento non vi ſi dà per quello, che hauete confeſſato; perperche per quello vi ſi darà la pena ordinata, mà acciò confeſſiate, chì vi moſſe ad .... &c. qui nihil reſpondit, *vel* reſpondit, io ſopportarò anco queſto per i miei peccati.

Tunc denique iuſſum fuit ipſum N. expoliatum,

Digitized by Google

tum, & ſuni alligatum eleuari in altum: & ſic eleuatus fuit interrogatus, qual ſù la cauſa che ti moſſe, &c. Reſpondit: ò Dio, ohimè, ſon morto, &c. *vel* tacuit nihil reſpondens. *Scribantur adamuſſim omnia, quæ dicit, vel facit tortus in tormento.*

Si opus ſit quaſſare funem. Videns Pater N. torti ſilentium iuſſit ſemel quaſſari funem: quo per N. facto, eiulauit ipſe tortus alta voce dicens, ò Dio, ò Vergine ſantiſſima aiutami, ò Padre S. Franceſco, & tacuit. *Sic etiam ſi iterum quaſſandus ſit.*

In fine autem torturæ. Poſtquam per ſpatium........ Frater N. ſtetit in tortura, fuit iuſſum per Patrem N. Conſultorem ipſum, reum leuiter deponi de tortura, & ſic fuit ſuperſeſſum in tortura, *hoc addatur ſi fuerit neceſſarium.* Cum animo iterum & pluries ipſum N. reum torquendi, quatenus opus fuerit, & Patri N. ac Domino Conſultori videbitur: & accomodatis ſibi brachijs, fuit remiſſus in carcerem. Acta ſunt hæc, vbi ſupra.

Frater N. Miniſter. N. Conſultor.

Frater N. Actuarius.

§. DE.

§. DECIMVS SEPTIMVS.

Secundæ torturæ Decretum.

VIſo per nos P. N. ac D.N. Conſultorem rigoroſo examine, habito in tormentis heſterna die, à Fratre N. eoque maturè conſiderando, nec non perlectis præcedentibus examinibus dicti N. decreuimus ipſum denuò conduci ad locum torturæ, rurſumque admoneri ad fatendum veritatem, facta ſibi comminatione de iterum ſubijciendo illum torturæ, prout præſenti Decreto, prædicta de cauſa, adduci ipſum Fratrem N. in dictum locum mandamus, die ....

§. DECIMVS OCTAVVS.

Secundæ torturæ illatio.

ET cum à Patre N. iuſſum fuiſſet adduci Fratrem N. ad dictum locum tormentorum, & ipſe N. conſtitutus eſſet coram P. N. Miniſtro, D. N. Conſultore, & me Actuario, Pater N. his verbis illum allocutus eſt. (præſtito prius eidem iuramento de veritate dicenda, prout iurauit,) Perche non reſtiamo ſodisfatti di voi da quello, che hieri diceſti, che, &c. e vegghiamo, che cercate occultare la verità, con-

contra tanti indicij, & proue; perciò habbiamo concluſo di tormentarui di nuouo, e queſti tormenti ſaranuo più accerbi, &c. Onde vi conſeglio, & ammoniſco, che, &c. Reſpondit.

Tunc P. N. dixit: Poiche ſtate sù la negatiua, e contra di voi vi è, che, &c. *dicantur indicia per extenſum*. Però riſolueteui di, &c. altrimenti, &c. qui reſpondit.

Et cum nihil vltra haberi poſſet, iuſſit illum expoliari, &c. qui ſic ligatus dixit, &c.

Cui ligato, dum inciperetur in altum extolli, dixit Pater N. Volete dir la verità? Reſpondit: Già l'hò detta.

Tunc iuſſum fuit altiùs eleuari, & interrogatus opportunis interrogationibus, ipſe N. ſemper clamabat; Ohimè......

Et cum videret P. N. eum multum pati, & perſeuerare in ſua negatiua heſterna, iuſſit illum à tortura de iure, & leuiter deponi, ac paulatim, ipſo N. ſemper dicente...... & ad carcerem reduci, &c.

§. *DECIMVSNONVS*.

Reo in tormentis deficiente, vel incantationibus munito.

PEndente autem à fune N. & ſudores emittente, ac dicente, ohimè mi moro, iuſſit P. N. eum deponi, & ſuper ſcamnum aptari,

ac

Digitized by Google

ac aceto eius nares frigari, & ſulphure ſuffumigari, quia videbatur pati deliquium, Quod quia vlterius protenebatur, vocari fecit D. N. Medicum, quem rogauit videre, an verè Frater N. pateretur deliquium, & ſuum indicium interponeret, qui diligenter pulſum, & pectus tangens ipſius N. dixit eum verè defeciſſe, & indigere reſtauratione. Quo audito portari fecit in carcerem iniuncto infirmarijs, vt neceſſaria applicarent remedia. *Si autem fuerit fictio, dicatur*, dixit eum non pati deliquium, ſed diſſimulare, & propterea poſſe torqueri. Quo audito Pater N. iuſſit iterum in altum tolli. &c.

Si dormiat in tormentis, ſi illa deſpiciat, ſi dolorem non ſentire demonſtret. Videns autem P. N. ipſum conſtitutum in tortura dormire, vel tormenta ſpernere, & veluti non ſentire, dubitans de aliqua operatione dæmoniaca, iuſſit Fratrem N. de tortura deponi, & eum nudum ſpoliari, ac ſub brachijs, in ore, intra capillos, & alijs partibus corporis diligenter inquiri, an aliquid ibidem occultaretur, quod tales effectus faceret. Item pilos ipſos totius corporis radi, & poſtea ſic expoliatum, & raſum, femoralibus alijs indutum iterum ligari, & fune in altum eleuari, &c. qui ſic ligatus, & in altum ſublatus clamare cœpit: Oh Dio, oh Dio, &c.

§. *VI*.

§. VIGESIMVS.

Ratificatio poſt torturam.

DIe... conſtitutus coram Admodum R.P. Miniſtro Frater N. reus prætenſus, eductus de carceribus, vinculis ſolutus, & extra locum tormentorum poſitus, vocatus ad ratificandum quæ heſterna die in tortura depoſuerat, & præſtito ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, fuit illi lecta confeſſio ſua alta & intelligibili voce: qua lecta, dixit illi Pater N. Hauete voi inteſo bene quello, che hieri confeſsaſti di propria bocca d'hauer vcciſo &c. Reſpondit Padre sì, l'hò inteſa, e quella e queſta medeſima.

Interrogatus, volete voi approuare, & ratificare quanto hauete detto, s'è veramente così, che voi hauete vcciſo, &c. Reſpondit: Io lo ratifico, & è così la verità, ch'io, &c.

Interrogatus, & monitus, Auuertite di non dire la bugia, ne vi fate mouere da timore de' tormenti, Reſpondit; Hò detto la verità. Tunc Pater: Dunque lo ratificate? Reſpondit: Padre sì.

Quo accepto fuit iuſſus ſubſcribere vt infra.

Io Frater N. hò depoſto, & ratifico, &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

Tunc-

Tunc Pater M. acceptatis, &c. pro tribunali ſedens, examen dimiſit, & reum ad carceres reduci mandauitit, præcipiendo dari copiam confeſſionis, vel facultatem luſtrandi confeſſionem prædictam Domino N. Aduocato, & Patri N. Procuratori, ac ipſemet reo, ſi illam voluerint, intra ſpatium .... dierum, ad faciendas ſuas defenſiones. Omni meliori modo, &c. prout præſenti decreto dari mandat, &c. Datum, &c.

Frater N. Miniſter Prouincialis.

Frater N. Actuarius.

Et cum per me fuiſſet intimatum prædictum decretum NN. gratias egerunt, & in fidem, &c. die ......

Frater N. Actuarius.

Die verò .... per me infraſcriptum fuerunt exhibita acta confeſſionis in tortura, & poſt illam, N. N. N. Aduocato, Procuratori, reo, *vel* latus proceſſus ad luſtrandum illum, prout fecerunt, gratias agendo, & in fidem, &c. manu propria me ſubſcripſi.

Frater N. Actuarius.

§. *VIGESIMVS PRIMVS.*

Tortura Rei pro Complicibus.

Pater N. viſis, & ponderatis actis contra N. reum confeſſum, & depoſitionibus teſtium dicen-

Digitized by Google

dicentium...... conſiderata qualitate criminis patrati, quod ſine complicibus committi non potuit, & veritas haberi non poſſit, niſi à reo: & cum ipſe inueriſimiliter neget, iuſſit eundem adduci ad locum torturæ, ſpoliari;&c. & hoc ſine præiudicio quorumcumque iurium Curiæ, quomoducumque, & qualitercumque competentium, de quibus ipſe N. eſſet conuictus, & confeſſus, ſuper quibus nullo modo ipſe Pater N. intendit ipſum torquere; quinnimo protestatur illum ſuper his non torquere, & huiuſmodi proteſtationem in quolibet actu repetitam fore, & eſſe intendit, & quod pro repetita ſemper habeatur; ſed ipſum F. N. torqueri intendit pro vlteriori veritate, ſuper alijs criminibus ab ipſo commiſſis, & contrà ipſum in indicijs deductis & ſuper complicibus, & fautoribus, &c. non alias, nec alio modo, &c. de quo ſolemniter proteſtatus eſt, & proteſtatur ipſe P. N. prout præſenti Decreto ipſum N. adduci mandat, &c. Datum ......&c.

Frater N. Miniſter *Frater N. Actuarius.*

SENTENTIA

§. PRIMVS.

Citatio ad ſententiam.

PONderatis deductis pro parte N. rei in ſui defenſionem, & omnibus alijs in proceſſu com-

compilato productis, ac probatis, viſum fuit Patri N. mandare, vt citentur D.N. Aduocatus & Pater N. Procurator dicti Fratris N. eorum principalis, ad audiendam ſententiam promulgandam in Conuentu N. die ... prout præſenti Decreto citantur, &c. Datum .:.. Die ... &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

Et cum per me ſupradictum Decretum citationis fuiſſet intimatum NN. gratias egerunt, &c. in fidem me ſubſcripſi die ....

Frater N. Actuarius, &c.

§. SECVNDVS.

Tenor ſententiæ.

IN cauſa agitata contra N. ſuper prætenſo homicidio in perſonam N. Domini N. Ieſu Chriſti nomine inuocato, Deum præ oculis habentes. Nos Frater N. Miniſter Prouincialis N. ac Iudex ordinarius, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam de Iuriſperiti, & Conſultoris noſtri conſilio, & diffinitorum noſtrorum aſſenſu, ac voto ferimus in his ſcriptis, & pro tribunali ſedentes. Viſis actitatis in cauſa, & cauſis coram nobis vertentibus, vt Iudice ordinario in prima, vt vlteriori inſtantia contra Fratrem. N. *ex denunciatione, ex Inquiſitione* prout in actis, & ex indicijs productis

ductis de prætenſo homicidio perpetrato Anno .... die ... in perſonam P. N. lite igitur conteſtata coram nobis per ipſos, receptiſque ex vtraque parte probationibus oblatis, ac in iudicio deductis. His ergo omnibus accuratiſſimè perpenſis, & ad plenum cognitis cauſæ meritis, & æqua iuſtitiæ lance diſcuſſis, & deliberatione inſuper habita, parte, *vel partibus* igitur citatis ad audiendam ſententiam pro hac die, præſente Fratre N. *vel abſente* dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, N. abſoluendum fore ab obiecto ſibi delicto homicidij, tanquam innocentem, & ab inſtantia iudicij, & quoad hoc reſtituendum fore priſtino eiuſdem ſtatui, donec alia contra ipſum indicia inſurrexerint. In pœnam vero comminationis, vel percuſſionis factæ cum baculo, &c. ſic carceribus mancipatus preſeruet, & bis in hebdomada ſibi diſciplinæ flagella infligat, donec aliter Reuerendiſſimo Patri Generali viſum fuerit.

Et ita dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, abſoluimus, & condemnamus, ſingula ſingulis congruè referendo, præmiſſo omni meliori modo, via, iure, cauſa, quibus validiùs, & efficaciùs fieri poteſt.

Pronunciauimus, condemnauimus, & abſoluimus, vt ſupra, &c. lecta, lata publicata in Conuentu N. die ...

Digitized by Google

Ita pronunciauimus, abſoluimus, condemnauimus nos.

Frater N. Miniſter, &c.

Loco † ſigilli.

Frater N. Actuarius.

Eodem die Reuerendus Adm. Pater Miniſter ſupradictus pronunciauit, prout in ſchedula tenoris ſupraſcripti, & poſt vocalem eiuſdem pronunciationem dedit mihi in mandatis, vt ea redigerem in actis, & vnum, vel plura, iuxta occaſiones, conficerem inſtrumenta, præſentibus P.P.N.N. ad præmiſſa ſpecialiter adhibitis, & rogatis, & in fidem me propria manu ſubſcripſi.

Ita eſt qui ſupra.

Frater N. Actuarius,

Frater N. adfui.

Frater N. &c.

§. TERTIVS.

Abſolutoria,

CHriſti nomine inuocato. Nos &c. viſis &c. habitoque Patrum N.N. N diffinitorum conſilio, & aſſenſu, Deum &c. Chriſti nomine repetito, dicimus, &c. dictum N. non fuiſſe repertum culpabilem, ſed prorſus immunem à crimine ſtupri, de quo fuit per N. accuſatus, ideò veluti de tali crimine innocentem abſoluimus,

Digitized by Google

uimus, & liberamus, abſolutumque, & liberatum eſſe volumus, & declaramus.

Fratrem verò N. accuſatorem in pœnam calumniatorum condemnamus, reſeruantes Reuerendiſſimo Patri Generali relaxationem, vel diminuationem talis pœnæ, &c. *Ita pronunciaui &c.*

§. *QVARTVS.*

Condemnatoria.

CHriſti nomine, &c. Viſis &c. dicimus &c. Fratrem N. fuiſſe repertum culpabilem, ac de iure punibilem de propinatione veneni, facta ab ipſo in perſonam Patris N. qui propter hanc cauſam mortuus eſt, ac propterea condemnamus ipſum ad pœnam triremium ipſius vita durante, *vel ad perpetuos carceres*, incipiendo ab hoc die, ita vt in ijs clauſus detineatur. Reſeruantes Reuerendiſſimo Patri Generali ex certa ſcientia, & expreſsè, quatenus, ſi rationabiliter iudicauerit, illam minuere poſſit. *Hæc reſeruatio non fiat in pœnis Statutorum.*

§. *QVINTVS.*

Interlocutoria.

CVm Frater N. exceperit Fratrem N. velut illegitimum, & ab eius accuſatione fore

repellendum inſtiterit, quia infamis ſit, eo quod alias per Patrem N. Viſitatorem ob furtum notorium declaratus fuerit infamis: Nos attendentes exceptiones propoſitas eſſe veras, & ſufficienter probatas, de noſtrorum Diffinitorum conſilio pariter, & aſſenſu dictum Fratrem N. velut infamem eſſe ab accuſatione cuiuslibet repellendum, vt accuſatorem illegitimum iudicamus, prout præſenti decreto repellimus, & reijcimus, & conſequenter dictum Fratrem N. propter illius accuſationem non eſſe fatigandum, & non ſolum hoc, verum omni meliori modo, &c. Datum &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Diffinitor, &c.

Frater N. Actuarius.

§. SEXTVS.

Exceptoria.

CHriſti, &c. declaramus dictum Patrem N. fuiſſe conuictum de inobſeruantia paupertatis, & graui impatientia, &c. prout in exceptionibus contra ipſum adductis latius continetur. Propterea inhabilem ad quaſcumq; dignitates declarandum fore, & eſſe, prout illum ad eas inhabilem ſententiamus, & declaramus, adeòvt ad eas eligi, & electus confirmari

Digitized by Google

mari non poſſit. Hoc, & omni meliori modo, &c. Datum, &c. Lecta, lata, &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

CONTVMACIS CONDEMNATIO.

§. *PRIMVS.*

Priùs debet citari per monitorium:

Exiſtentibus indicÿs, citetur in hunc modum, & fiat monitorium.

FRater N. Miniſter, &c. tibi Frati N. ex aduerſo principali, authoritate officij noſtri, tenore præſentium precipimus, & expreſsè mandamus, quatenus intra dies tres proximè futuros, ab executione præſentium numerandos, quorum dies primus pro primo, ſecundus pro ſecundo, tertius pro tertio, & vltimo peremptorio termino tibi aſſignatur, ſub pęna confeſſatorum criminum, & delictorum, de quibus imputaris, *& inſuper ſuſpenſionis, degradationis, &c.* debeas corā nobis perſonaliter teipſum pręſentare, ad te ipſum excuſandum, exculpandum, & defendendum ab infraſcriptis criminibus, & exceſſibus per te commiſſis, & perpetratis, & ſignanter ſuper eo, quod cum aliàs de anno .... die .... *inſere delicta*. His peractis in fugam te dediſti, pœnas propterea in ſacris legibus, & Canonibus taxatas, temere conte-

mnendo, & incurrendo, rebuſque alijs, &c. alioquin, &c. Volumus autem præſens noſtrum monitorium tibi perſonaliter (ſi perſona tua commodè haberi potuerit) ſin autem cellæ tuæ ſolitæ habitationis, & valuis Refectorij dimiſſis ibidem, affixiſque copijs præſentari, & intimari. Illudque monitorium ſic executum ita te arctare, & afficere, ac ſi perſonaliter, & magis legitimè executum foret; certificantes nihilominus te, quod ſi in dicto termino non comparueris, Nos ſeruatis quatuor terminis, in ſimilibus ſeruari ſolitis, iuxta ſtylum Curiæ noſtræ, ad declarationem, quod dictas pœnas incurreris, illarumque legitimam executionem, contra te procedemus; in quorum fidem; &c. Datum, &c.

Sigil † lum

Frater N. Actuarius.

Frater N. Miniſter.

§. SECVNDVS.

Relatio citationis, & executionis.

FIdem facio ego Frater N. Actuarius, *vel Miniſter Curiæ de mandato*, publicaſſe ſupradictum monitorium in Conuentu N. & affixiſſe illius copiam valuis cellæ Fratris N. ac Refectorij Conuentus, die ....

Ita eſt, Frater N. Actuarius.

Elapſo

Digitized by Google

Elapſo deinde termino, ſic citatur. Imperante Admodum Reuerendo Padre N. &c. citetur Frater N. ex aduerſo principalis ad dicendum ſe paruiſſe monitorio pœnali contra eundem, formato, executo, & in actis legitimè reproducto, & ad dicendum contra primum, pro prima dilatione, ad primum diem.

Frater N. Actuarius.

Et cùm per me facta fuiſſet ſupradicta citatio die . . . me ſubſcripſi.

Frater N. Actuarius.

Die . . . citetur, &c. pro ſecunda vice.

Die . . . &c. citetur, &c. pro tertia vice.

Die . . . &c. citetur, &c. pro ſuperabundanti dilatione pro quarta vice, &c. *& fiant relationes vt ſupra.*

Iſtæ tamen citationes ſunt ſolemnitatis iuris, & fiunt inſtante fiſco, ac proinde relinqui poſſunt.

§. TERTIVS.

Citatio ad ſententiam.

DIe . . . citetur Frater N. ex aduerſo principalis ad videndum concludi in cauſa, per definitiuam ſententiam, *& loco definitiuæ ſententiæ*, ad videndum declarari ſe incidiſſe in pœnas in monitorio contra eum in actis regiſtrato, & fulminato contentas; & ad rela-

xandum propter horum executionem opportunum mandatum, &c.

Frater N. Actuarius:

Fiat relatio citationis, vt ſupra.

§. QVARTVS.

Sententia contra Contumacem.

CHriſti nomine repetito, de conſilio, & conſenſu noſtri Diffinitorij, pro tribunali ſedentes, dicimus, declaramus, & ſententiamus Fratrem N. contumacem, ob homicidium, de quo in actis indiciatus eſt per contumaciam confeſſus, incidiſſe in pœnas ſuſpenſionis perpetuæ à diuinis, & in pœnam triremium per decennium; prout in monitorio contra ipſum relaxato, cui parere contempſit, latiùs continetur; quas pœnas eum incurriſſe declaramus poſt lapſum trium dierum, à publicatione præſentis ſententiæ numerandorum, niſi intra ipſos comparuerit. Ita dicimus, &c. omni meliori modo, &c. Datum &c.

Lecta, lata, & publicata, &c. die...

Frater N. &c.

FOR-

Digitized by Google

FORMA PROCEDENDI PER ACCVSATIONEM.

§. PRIMVS.

Libellus Accuſatorius.

COram vobis Reuerendæ Admodum Pater Minſter, &c. perſonaliter comparet Frater N. eique per modum accuſationis exponit, qualiter Frater N. ligno priùs nodoſo, poſtea gladio aggreſſus eſt ipſum comparentem, cui duo vulnera, alterum in capite, alterum in brachio inflixit, coram PP. NN. prope Refectorium Conuentus N. Qua propter non motus odio, aut vindicta, ſed tantùm iuſtitia, nè ſcelera impunita remaneant, inſtat, vt dictus Frater N. puniatur, omni meliori modo, &c.

Ego Frater N. Actuarius,

§. SECVNDVS.

Acceptatio Libelli.

In nomine Domini. Amen. &c.

ANno, &c. die, &c. in Conuentu N. cùm comparuiſſet coram R. A. P. N. &c. Frater

ter N. & porrexiſſet cedulam accuſatoriam contra N. cuius initium eſt, Coram vobis; finis verò, Ego Frater N. accuſator, & inſtiterit procedi contra ipſum, teſtes prout in cedula examinando; Præſatus Pater N. eidem N. proteſtatus eſt, illum teneri ad pœnam talionis ad probandum expoſita, ac propterea iuſſit illum, vt infra, ſubſcribere, cui etiam præſtitit iuramentum, quod non animo calumniandi depoſuerit, prout iurauit, &c. & cum hac duplici cautione, accuſationem acceptauit & ad procedendum in cauſa, prout de iure decreuit, &c.

Ego Frater N. ſubſcribo me pœnæ talionis, ſi in probatione defecero.

Acta ſunt hæc in Conuentu, &c. die . . . &c. præſentibus PP. NN.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. TERTIVS.

Alia accuſationis forma.

Coram, &c. comparuit Pater N. & dixit: Io, Padre molto Reuerendo moſſo dal zelo dell'honor di Dio, e non per mala volontà, ò per vendetta accuſo il Padre N. di vna prattica ſcandaloſa, &c. de furto, &c. di beſtemmia, &c. acciò eſſendo caſtigato s'emendi, e gl'al-

Digitized by Google

e gl'altri habbino timore, e dò per teſtimonij li PP.NNN. li quali ſi ſono trouati preſenti in Refettorio, &c. in Conuento, in piazza, &c. e così accuſo, e fò inſtanza, in ogni miglior maniera, &c.

Quem cum monuiſſet, & iurare feciſſet de calumnia, ac obligari ad probandum expoſita ſub pœna talionis, ſubſcribere fecit, vt infra, præſentibus NN.

Io N. hò accuſato, e mi obligo, &c.

§. QVARTVS.

Cauſæ deſcriptio.

Capitula, ſuper quibus infraſcripti teſtes examinare debent, videlicet.

Primò, quod N. frequenter bibit.

Secundò, quod multoties inebriatus eſt.

Tertiò, quod ebrius aliquando publicè vomit.

Teſtes examinandi.

Pater N. ſuper primo.

Pater N. Pater N. ſuper ſecundo.

Pater N. Pater N. ſuper omnibus.

Digitized by Google

§. QVINTVS.

Continuatio Proceſſus.

ACceptata igitur accuſatione, volens Pater N. iuſtitiæ & ſuo muneri ſatisfacere, cauſæ progreſſum aggreſſus eſt ab examine teſtium, vt infra.

Die . . . coram Patre N. vocatus fuit P.N. teſtis ab accuſatore nominatus, ſuper primo articulo examinandus, Sacerdos, ætatis, &c. Religionis, &c. cui preſtito iuramento, & adhibita monitione, &c. *Et alia fiant, vt in formula examinis teſtium. Sicuti examen rei, defenſiones, quæ ſic deſcribi poterunt.*

§. SEXTVS.

Titulus defenſionum.

EXceptiones, & defenſiones, quæ probandæ offeruntur coram Patre N. per Fratrem N. accuſatum, *vel denunciatum*, de ebrietate, à Fratre N. ſuper quibus omnibus petitur, vt moris, & iuris eſt, examinare infraſcriptos teſtes, videlicet.

Pater N. ſuper primo articulo, quòd N. rarò bibit.

Pater N. ſuper ſecundo, quod nunquam inebriatus eſt.

Pater

Digitized by Google

Pater N. ſuper tertio, quo nunquam vomuit.

Pater N. ſuper quarto, quod ipſe parcus & continens eſt.

Teſtes autem pro defenſionibus examinentur, vt ſupra.

§. SEPTIMVS.

Monentur partes pro expeditione cauſæ.

FOrmato proceſſu offenſiuo, & defenſiuo, eoque partibus oſtenſo, Reum, & Actorem, ſegregatim adeſſe curauimus, eiſque diximus, iam nos oblatos teſtes examinaſſe, nec aliquid de iure pretermiſiſſe. Itaque ſi aliquid vobis ſupereſt, omni abiecta mora exponite: nam noſtrum conſilium eſt, actitatam cauſam finire. Verum cum hi nihil aliud ſe requirere dicerent, debita vſi diligentia, ad definitiuam ſententiam deuenire iudicauimus. Acta ſunt hæc in Conuentu N. die...

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

Io N. Accuſatore non hò da dire altro.

Io N. Accuſato non hò altro che dire.

(Vel Procuratores ſubſcribant.)

Sententia feretur, vt ſupra.

DENVNCIATIO.

§. *PRIMVS.*

Denunciatio Euangelica.

REuerende Pater: Charitate impellente, tibi, vt patri denuncio quomodo Frater N. contra regularia inſtituta vino ſe ſe ingurgitat, in quo eſt luxuria, in ſui perniciem, & aliorum ſcandalum, quare, vt ſuæ ſaluti, & aliorum offendiculo conſulas, piè corripiendum cenſeo. Ego enim ſecundum Euangelium, debitam monitionem non prætermiſi.

Ego Frater N. denuncio.

§. *SECVNDVS.*

Denunciatio iudicialis.

REuerende Admonum Pater. Iuſtitiæ zelo commotus, ne crimina inulta remaneant, tibi, vt Iudici denuncio, qualiter Frater N. &c. Quapropter tuum erit, delictum hoc emendare: charitatiuè enim, ni fallor, antea cum monui, & nihil profeci, & cum oleum abiecerit, vino correptionis nunc agendum arbitror.

Ego Fr. N. denuncio.

§. *TER-*

Digitized by Google

§. TERTIVS.

Proceſſus per denunciationem.

In Dei nomine. Amen.

COram Patre N. comparuit Frater N. ac denunciauit Fratrem N. vt infra. Io Padre ho molte volte corretto Fra N. che non beueſſe tanto, ne s'imbriacaſſe, mà perche ſempre ha diſpreggiata la correttione, lo denutio à V.P. acciò lo caſtighi, acciò s'emendi: & ſi poſſono eſaminare li P.P.N.N.N.&c.Quo audito Pater fecit iurare Fratrem N.quod dictum N. charitatiuè correxerit, & non reſipuerit, quod non odio, aut calumniandi animo denunciauit, prout tacto, &c. iurauit: Et præfatus Pater N.denunciationem acceptauit, ſi & in quantum, &c. comminata denunciatori pœna talionis, ſi in probatione deficiat, cui ſtandum eſſe promiſit. Acta ſunt hæc in Conuentu N. die ...,&c. anno, &c. preſentibus NN.

Frater N.Actuarius.

Frà N.fui preſente.

Frà N.fui preſente:

§. QVARTVS.

Denunciatio facta per litteras miſſiuas.

In Dei nomine. Amen.

CVm Admodum Reuerendo Patri, &c.miſſæ fuiſſent duæ epiſtolæ à Fratre N.in quibus denunciabatur, quod Frater N. ſuſpectum conſortium haberet in Conuentu N. eſſentque ſcriptæ, & ſubſcriptæ manu ipſius, vt credebatur, volens ipſe Pater N. malis inſurgentibus, quantum in ſe eſt, obuiare, acceſſit, ad Conuentum N. ibique tribunali erecto, de hac cauſa inquirere decreuit. Acta &c. die...

Frater N. Actuarius.

§. SECVNDVS:

Examen denunciationis.

VOcari igitur primò fecit Fratrem N.Scriptorem ſupradictarum litterarum, quarum initium erat...finis....à tergo autem, Al molto R.P. &c. Et præſtito ei iuramento, eum interrogauit.

Primo, ſi ſciat ſuæ vocationis cauſam.

Si ſcripſit ipſi Superiori litteras, & quas.

Si fecit illas ab alio ſcribere.

Si recordatur materiæ contentæ in illis.

Si quæ-

Si quærebatur in illis de aliquo, & de qua re.
Quid mouit illum ad ſcribendum.
Si ſciat alios de ea re ſcripſiſſe.
Quomodo ſciat.
Oſtenſis litteris. Si eas cognoſcit, vt à ſe ſcriptas.
Si totum in illis expoſitum ſit verum.
Si ille contra quem ſcripſit eſt ſuus inimicus.
Si eum de tali crimine monuit.
Coram quibus id fecit.

ſubſcribant.

5. QVINTVS.

Decretum de aſſignandis teſtibus.

QVibus habitis P. N. præcepit ipſi N. vt intra ſpatium vnius diei, *vel horarum* aſſignaret nomina teſtium, aut ſcripturas. aut alia monumenta, quibus conſtare poteſt de corpore delicti à ſe delati, ac deinceps de veritate dictorum contra prefatum N. vt poſſit contra ipſum de iure procedi, ſecundum Canonicas ſanctiones: aliàs, ſi in probatione defecerit, ſe puniendum non ambigat, prout præſenti Decreto dictum terminum aſſignat. Datum . . . . die . . . .

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

Digitized by Google

Eodem die ego Frater N. acceptaui dictum terminum, & in fidem me ſubſcripſi manu propria.

Ego Frater N. manu propia.

§. *SEXTVS.*

Si is litteras, vt à ſe ſcriptas, non acceptet.

VIdens Pater N. Fratrem N. non acceptaſſe litteras, vt à ſe ſcriptas, generalem inquiſitionem inſtituere decreuit de talium litterarum ſcriptore: quare die .... &c. vocatus fuit Pater N. Sacerdos, ætatis, &c. Et cum iuramento &c.

Interrogatus (*Oſtenſis litteris, quarum initium eſt &c. & finis, &c.*

Si ſcit, quis eas ſcripſerit.

Si poteſt imaginari earundem ſcriptorem:

Vnde ad talem imaginationem mouetur.

Quis aderat, quando dixit ſe vindicaturum.

Si alias eum talia feciſſe ſciat.

Si alios nouit, qui ſciant, vel putent N. ipſas litteras ſcripſiſſe.

§. SEPTIMVS.

Vindicatio ab infamia, quod aliquis eas litteras non ſcripſerit.

DIe.... Cum per diligentem inquiſitionem nos Pater N. Miniſter, &c. reperiſſemus vanè, & ſine fundamento Fratrem N. infamia reſperſum de dictarum litterarum ſcriptura, vt in actis apparet. Idcirco ipſum innocentem iudicamus de obiectis, prout præſenti decreto iudicamus, & abſoluimus ab instantia iudicij, donec alia inſurgant contra ipſum indicia. Datum, &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. OCTAVVS.

Denunciatio iuſſu alterius.

DIe..... &c. Cum Pater N. audiſſet, Fratres NN. non ſua ſponte, ſed iuſſu Patris N. Guardiani denunciaſſe per litteras, ac proinde ſe non teneri ad probandum expoſita, idcircò Patri N. Viſum fuit de tali iuſſu inquirere, & alijs infraſcriptis. Quare cum Pater N. Guardianus, vocatus adeſſet coram P. N. fuit interrogatus cum Iuramento, prout tacto, &c.

Si ſcit aliquem denunciaſſe.
Quomodo ſciat.
Si ipſe præcepit ſcribere litteras; & quarè.
(*Oſtenſis litteris.*) Si illas cognoſcat pro ſcriptis ſuo iuſſu.
Si ſcriptæ fuerunt manu denunciatorum.
Si contentum in illis verum ſit.
Quarè ipſe, vt Superior non prouidit.
De cauſa ſcientiæ.

§. *NONVS.*

Teſtes, & articuli aſſignantur.

Coram Patre N. comparet Frater N. & dicit, quod cum die ...... fuerit ſibi iuſſum, vt infra terminum horarum .... deberet adducere teſtes, & probationes pro ſua denunciatione iuridica facta contra N. ſuper crimine ...... quapropter modo comparens præſentat articulos, nomina, & cognomina teſtium, qui erunt examinandi tam ſuper corpore delicti, quam ſuper perſona delinquentis: ſunt autem ſequentia, ſuper quibus petit cum omni reuerentia, & meliori modo ſibi miniſtrari iuſtitiam contra denunciatum, procedendo ad ipſius punitionem, alias de omni iuſtitia (cum reuerentia) proteſtatur; & ita petit ſibi, & bono religionis prouideri, iſto, & omni alio meliori modo, &c.

No-

Digitized by Google

Nomina teſtium ſunt. P. N. P. N. P. N. &c.
Articuli autem.

Primus, quod &c.

Secundus, quod &c.

Et teſtes examinandi ſunt: primus ſuper primo: ſecundus, ſuper ſecundo, &c.

Præſentata fuit præſens comparitio per manum Patris N. & à Patre Miniſtro fuit admiſſa, ſi & in quantum. Die . . . .

Frater N. Actuarius.

§. DECIMVS.

Denunciatio ad vtilitatem denunciantis.

Coram Pater N. comparet Frater N. eidemque per modum denunciationis exponit qualiter Frater N. quadam die cella ipſius comparentis furto ſurripuit duo Quadrageſimalia, cuius rei teſtes ſunt N. N. illaque retinet contra voluntatem ipſius comparentis, & denunciantis, & licet ſæpius requiſitus, non vult reſtituere, *vel* N. non ceſſat ipſis famam denigrare, cuius rei teſtes ſunt N. N. & cum ſæpè illum admonuerit, vt ab huiuſmodi calumnijs abſtineret, haud tamen deſtitit; ſed in deterius prolapſus eſt, &c. Quapropter eundem denunciat Admodum R. P. V. non odio, ſed zelo,

vt & ipſius Fratris ſaluti conſulatur, & ſibi ſua Quadrageſimalia, *vel* fama reſtituatur. Datum . . . . . .

Ego N. ſic denuncio.

Si Superior vocato denunciato (quod prius debet facere) reſtitutionem, &c. obtinet, vlterius non procedat, iam enim ciuiliter prouiſum eſt: ſi ille reſtituere non vult, tunc criminiliter inſtituat informationem, vt ſupra, niſi vellet ex denunciatione, ſibi viam ad iudicium aperiente, procedere ex officio, apponendo hoc Decretum.

§. *VNDECIMVS.*

Decretum de procedendo ob denunciationem:

QVoniam ex denunciatione facta coram nobis à Fratre N. contra Fratrem N. de . . . . innotuit crimen furti, iniuriarum, &c. contra dictum N. idcirco, nè delicta impunita remaneant, contra illum decreuimus ex officio procedere, reproducendo omnia, quæ aduerſum illum producta, ac probata ſunt in priori iudicio denunciationis. Datum, &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. *DVO-*

Digitized by Google

§. DVODECIVS.

Denunciatio exceptiua.

COram, &c. comparet, &c. & excipit contra, &c. denuncians illum eſſe hominem ſcandaloſum, ebrioſum, & ſignanter quandam mulierem ad peccatum ſollicitaſſe; cuius rei teſtes ſunt N. N. propterea dicit non eſſe admittendum ad Prouincialatum, & ſi eſſet admiſſus, electionem de ipſo factam omnino eſſe irritandam: idque non odio, &c. ſed publico Religionis bono conſulens, denunciat. Datum, &c.

Ego Frater N. ita denuncio.

§. DECIMVSTERTIVS.

Acceptatio denunciationis.

CVm comparuiſſet coram P. N. Frater N. & denunciaſſet excipiendo contra Fratrem N. vt infra; *inſeratur denunciatio*; Viſa tali denunciatione, dictus P. N. acceptauit, ſi & in quantum, omni meliori, &c. Actum in Conuentu N. die . . . . &c.

Frater N. Actuarius.

Cùm igitur hæc in notitiam Curiæ peruenerint, nos Frater N. Miniſter, iudicauimus in cauſa procedere, dictum denunciatorem, &

alios teſtes productos examinare, & prædictum N. reum conſtituere, ſi & in quantum iuris fuerit: eligentes in Actuarium huius cauſæ Fratrem N. cum poteſtate eundem mutandi prout viſum fuerit. Acta in Conuentu N. die, &c.

Frater N. Miniſter.

Frater N. Actuarius.

§. *DECIMVS QVARTVS.*

Examen denunciantis.

Coram, &c. Vocatus, &c. & delato, &c. ſuper denunciationes, &c. ad opportunas interrogationes, reſpondit, vt infra.

Vnde ſcit ea, quæ denunciauit, & an ea viderit? à quibus?

Quo tempore?

Quo loco?

Quibus præſentibus?

Quid viderit ad ſuſpectum conſortium ſpectans.

Quoties viderit?

Quonam loco eſſent ipſe, & ſuſpectus cum muliere?

An ille ſit ſolitus delinquere?

An fuerit alias inquiſitus de hac re? accuſatus? condemnatus? an ipſe denuncians cognoſcat denunciatum eſſe hominem tali vitio deditum, qui niſi cohibeatur à Superioribus relabetur?

Vn-

Digitized by Google

Vnde orta ſit hæc fama? à quibus, &c.

Exceptio,

M*Odus procedendi per exceptionem, patet in* §. 10. *denunciationis, & infra. Ideo nihil additur.*

Iudex delegatus.

O*Stendat prius litteras patentes ſuæ Commiſſionis, & publicè eas legere faciat in Conuentu, ad quem eſt deſtinatus, vel (ſi ad vniuerſitatem cauſarum) in vno ſaltem Conuentu Prouinciæ; quia non publicata facultate, quam habet, ei non eſſet obediendum. Niſi notorium eſſet, eum eſſe Commiſſarium, aut Viſitatorem, cuiuſmodi eſſet, ſi ſe diceret Commiſſarium, exiſtente Generali, vel Prouinciali in eodem Conuentu, & vt accidit in reliquis Conuentibus Prouinciæ, poſt publicatam ſuam Commiſſionem in vno Conuentu: tunc enim notorium præſumeretur, & nolentes eo caſu obedire, pœna rebellium puniendi eſſent. [Moder. Rom. q. 9. ampliat. 2. Valliſol. c. 8. c. nobiliſſimus d. 47. c. cum iure peritus extr. de off. delegat. Argum. in l. 2. C. de leg. Decian. in tract. de crim. lib. 4. c. 22.]*

Publicata, ac notificata ſua Commiſſione tam ſuperiori ordinario, quam communitati, iuxta formam Statutorum generalium expedire debet litteras per omnes Conuentus ſuæ iuriſdictionis,

ſiue

ſiue vulgari, ſiue latino idiomate exaratas, quibus ſuum aduentum notificet, Viſitationem indicat, orationes ſpeciales, & ſuffragia iniungat, exitum Fratribus, tam extra Prouinciam, quam extra ſui Conuentus limites interdicat, obedientias omnes Prouincialis ſuſpendat, aliaque mandet, quæ ex præſcripto noſtrarum legum, & probatæ conſuetudinis fieri debent. [Valliſol. c.8]

In progreſſu autem Viſitationis, vel cauſæ ſibi commiſſæ expeditione, omnia adamauſſim obſeruet, quæ in formulis pro Iudice ordinario ſuperiùs adnotata ſunt, mutato ſolum nomine Miniſtri in Commiſſarium, vel Viſitatorem, aut delegatum, inſerendo in principio, ac exordio proceſſus tenorem integrum ſuæ commiſſionis, & declarando Scribæ, vel Actuarij, ſiue Secretarij in illa cauſa deſtinationem, vt infra.

§. *PRIMVS.*

Inquiſitio generalis à delegato.

In Dei nomine. Amen, &c.

HÆc eſt viſitatio Conuentus N. quam facere intendit Pater N. Commiſſarius delegatus ad vniuerſitatem cauſarum à Reuerendiſſimo Patre Generali, *vel Commiſſarius Viſitator Prouinciæ*, prout patet ex patentibus literis ipſius publicè lectis in Refectorio Conuentus

N. per

Digitized by Google

N. per me Fratrem N. ab ipſo Patre Commiſſario in Scribam electum, de mandato eiuſdem, cuius tenor talis eſt, Frater N. Miniſter Generalis, &c. quibus lectis, & publicatis, cum perueniſset idem Pater Commiſsarius ad Conuentum, &c. Acta ſunt, &c.

§. SECVNDVS.

Inquiſitio ſpecialis per delegatum.

In Dei nomine. Amen, Anno, &c.

SAcrorum Canonum, & ſacri Concilij Tridentini veſtigijs inhærendo. Reuerendus Admodum Pater Commiſsarius delegatus à Reuerendiſſimo, &c. Aſcito me pro Secretario, poſt Generalem Inquiſitionem factam in Conuentu N. ad ſpecialem deſcendere voluit, prout infra.

Quia in Viſitatione generali, &c. Fuit repertus, &c. nè delicta impunita remaneant, ad ſpecialem Inquiſitionem deuenire decreuimus, teſtes examinando, & alia de iure faciendo: prout præſenti Decreto decernimus. Acta ſunt, &c.

§. TER-

Digitized by Google

§. TERTIVS.

Proceſsus in cauſa ſpeciali delegata.

In nomine Domini. Amen.

CAuſæ deſcriptio, ſeu proceſsus de ijs, quæ à Fratre N. contra Fratem N. fuerunt in iudicio deducta.

Cum Iudicibus à Deo iudicandi poteſtas collata ſit ad laudem bonorum, malefactorum verò vindictam; vt muneri Iudicis, cuius nunc partes ſuſtinemus, quantum poſsumus, ſatiſaciamus, ſuper delata crimina diſquiſitionem iuridicam inſtituere decreuimus.

Die igitur .....:. coram nobis Iudice delegato per Reuerendiſſimum Patrem Generalem, per ſuas patentes litteras, quarum tenor eſt, qui ſequitur .... comparuit Pater N. in Cella officij noſtri, atque quærelam detulit, Accuſatorio nomine, contra Fratrem N. his verbis: Io .....

Capitula, ſuper quibus ſubſcriptos teſtes examinari volumus, & inſtamus.

Primò FraterN .... Secundo, &c. N. ſuper primo N. &c.

At nos iuſtitiæ complementum adminiſtrare volentes, electo in Actuarium Patre N. ad cauſæ Inquiſitionem deſcendere decreuimus, prout præ-

præſenti Decreto decernimus. Actum in Conuentu N. die, quo ſupra, &c.

Frater N. Commiſſarius delegatus.

Frater N. Actuarius.

§. QVARTVS.

Proceſſus per delegatum ex fama.

In Dei nomine. Amen.

CVm de Monaſterij N. expilatione facta exorta eſset fama, & prerebuiſset: atque mihi N. Iudici delegato id manifeſtum iuris notitia non eſset. Idcirco ad eius probationem ſecundum Canones, duobus adhibitis ſenioribus, & probatæ vitæ teſtibus, procedendum curauimus. Acta, &c.

Examinatis teſtibus ſubiungatur Decretum hoc.

§. QVINTVS.

Decretum in ſuſpectum de fama.

In Dei nomine. Amen.

NOs N. delegatus, vt in noſtra authoritate habetur, quæ talis eſt . . . . . cum Fratrem N. fama percrebuiſset, eſse ſuſpectum de dilapidatione Conuentus, examinatis duobus teſti-

teſtibus reipſa comperimus, eius de hac re eſse vehementer vulneratam famam, ac commaculatam apud graues, & probos viros, idque non vna vice tantum, ſed ſæpius, vt in actis; quamobrem dicimus, & decernimus, ac declaramus ipſum N. eſse ſuſpectum, & infamatum apud graues, &c. Et hæc facimus omni meliori modo, &c. Lecta, lata, in Conuentu N. die, &c.

Frater N. Commiſſarius.

Frater N. Actuarius.

Patentium, & Commiſſionalium litterarum formulę.

§. *PRIMVS.*

Delegatio ob accuſationem, vel clamoroſam inſinuationem.

NOs Frater N. Miniſter Generalis, *vel Prouincialis* N. N. Dilecto nobis in Chriſto Patri, Fratri N. Sacræ Theologiæ Lectori, ac Prouinciæ noſtræ N. Patri bene merito, ſalutem, &c.

CVm ad noſtrum Tribunal fuiſsent die.... porrecti libelli, ſeù litteræ ſcriptæ à Patre N. de N. in quibus accuſabantur Frater N. & N. prout latiùs in ipſis continetur. *Vel* Moti è clamoroſis inſinuationibus, ad nos à fide-

dignia

Digitized by Google

dignia ſæpiùs delatis, quod Frater N.... commiſerit; & cum grauioribus negotijs eſsemus impediti, ita vt per nos non poſsemus, vt tenebamur) procedere contra huiuſmodi crimino-ſos; nè talia delicta impunita remaneant, neuè in noſtra Religione inulta ſcelera in perniciem tranſeant aliorum, confiſi de tuis bonitate, ſcientia, experientia, ac in rebus gerendis dexteritate, tibi præfato Patri N. per præſentes committimus, quatenus his receptis, cum ſocio, ac Scriba tibi bene viſis, ad Conuentum noſtrum N. te conferas, ibique iuxta Canonicarum ſanctionum ac noſtrorum Statutorum ſeriem in huiuſmodi delicta inquiras, recipiendo indicia, examinando teſtes, conſtituendo reos, etiam in rigoroſo examine, ſi opus fuerit, prout ratio, & cauſæ merita tibi ſuggeſſerint. Quapropter in hac cauſa te noſtrum Commiſſarium inſtituimus, & declaramus, inſtitutum, ac declaratum eſſe volumus, dantes tibi iuriſdictionem, & facultatem deſuper opportunas & neceſſarias: præcipiendo omnibus, ad quos ſpectat, ad meritum ſalutaris obedientiæ, & ſub alijs pœnis noſtro arbitrio reſeruatis, vel in iure in rebelles latis, vt te in noſtrum Commiſſarium recipiant, ac in omnibus ad cauſam ſpectantibus tibi obediant, faueant, pariter & aſſiſtant: Vale noſtri in tuis orationibus ac ſacrificijs memor. Datum in

Con-

Digitized by Google

Conuentu N. in Cella ſolitæ noſtræ reſidentiæ, die ....

Frater N. Miniſter.

§. SECVNDVS.

Delegatio ad vniuerſalitatem cauſarum:

Nos Frater N. &c. Tibi, &c.

REligioſorum noſtrorum regimini, quanto ex alto nobis conceditur, ex generalatus ſpecula proſpicientes, in illa præcipuè officij noſtri aciem dirigimus, quæ morum correptionem, diſciplinæ regularis obſeruantiam, & Prælatorum electionem concernunt. Quapropter, cum inſtet celebratio Capituli Prouinciæ noſtræ N. quam eiuſdem Prouinciæ viſitatio præcedere debet, ſatagamus aliquem ad hoc munus deſtinare, qui noſtri officij grauioribus curis impediti, partes ſuſcipiat. De tuis moribus, probitate, litteris, ac in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidentes, te Præfatum Patrem N. Commiſſarium, ac Viſitatorem noſtrum in dicta Prouincia N. cum plenitudine poteſtatis, tam in capite, quàm in membris inſtituimus, & deputamus, dantes tibi omnem neceſſariam, & opportunam authoritatem, qua de iure, & conſuetudine ex Apoſtolicis, & Seraphicis ſanctionibus

nibus huiuſmodi Commiſſarij potiri, & gaudere ſolent, ac debent. Mandantes ſub præcepto Sanctæ odedientiæ, & in ſubſidium excommunicationis latæ ſententiæ, alijſque pœnis noſtro arbitrio reſeruatis, ac ſpecialiter contra rebellantes latis, tam P. Miniſtro, quam cæteris Superioribus Patribus, & Fratribus eiuſdem Prouinciæ, vt te in legitimum Commiſſarium Viſitatorem pacificè recipiant, & in omnibus, quæ non fuerint Regulæ noſtræ, ac animæ contraria tibi obediant, faueant, & aſſiſtant. Monemus autem te, vt munus iniunctum cum omni integritate exequaris, vitia conuellas, virtutes fundes, pacem foueas, & zelo ſeraphico ardens corda filiorum ad Patres conuertens lucrum ex viſitatione intentum in gazophilacium Domini comportes, benedictionem à Deo, ac Seraphico Patre noſtro, ac nobis reportaturus, cui concedimus, vt ſocium, & Secretarium tuo arbitrato eligere poſſis, Vale, &c.

§. TERTIVS.

Delegatio ad aliquam cauſam.

Nos, &c. Tibi, &c.

NEgotiorum nobis commiſſorum à Reuerendiſſimo P. N. multitudine, & grauitate

tate diſtracti, non valentes per noſmetipſos omnibus perſonaliter adeſſe; nè tamen zizania importuna fruges Seraphicas, vel ſuffogent, vel conuellant (tibi Pater N. de cuius perſonæ induſtria plurimum confidimus) vt ad Conuentum noſtrum N. accedas, ibique de vulneribus inflictis in perſonam Patris N. quæque ad nos *accuſatio*, vel *denunciatio*; vel *clamoroſa inſinuatio* à probis, &c. ſæpiùs prolata eſt, inquiras; contra ſontes, & indiciatos proceſſum inſtituas, omniaque alia facias, quæ de iure facienda ſunt, licentiam concedimus, facultatem opportunam, & neceſſariam impertimur, imò ſub merito ſanctæ obedientiæ iniungimus: ad cuius rei firmitatem, & executionem, percipimus ſub præcepto ſanctæ obedientiæ, excommunicationis, &c. alijs &c. Patribus, & Fratribus, &c. vt te in noſtrum Commiſſarium in hac parte delegatum recipiant, & in ſpectantibus ad tuam Commiſſionem tibi promptè faueant, & obediant. Vale.

Præ-

Digitized by Google

Præceptum in carceres detrudendi.

§. QVARTVS.

Nos &c. Patri N. Prouinciæ noſtræ, &c. N. Miniſtro, vel Conuentus noſtri N. Guardiano ſalutem.

CVm Apoſtolo teſte, Iudex gladium portet, in laudem bonorum, atque ad vindictam delinquentium, acciderítque diebus præteritis, vt Frater N. Dei timore poſtpoſito, de P. N. peſſimè oblocutus fuerit, cum ſcandalo etiam ſæcularium, quod iuridicis probationibus nobis conſtat, *vel* cùm Frater N. ter de mandato noſtro monitus fuerit, vt libros ab ipſo ablatos de cella Patris N. reſtitueret, ſub pœna excommunicationis, & poſt trinam monitionem iuridicè factam obedire contempſerit: ea propter, nè iuſtitiæ locus deſit, vtque eius punitio cæteris tranſeat in exemplum, tibi per præſentes committimus, & mandamus, vt his receptis dictum Fratrem N. in obedientem, & contumacem, *vel* de ſuo proximo, cum Religionis dedecore peſſimè obloquentem in carceribus tui Conuentus, iuſſu, & mandato noſtris detrudas, nec illum inde extrahas, niſi à nobis ſcriptam licentiam obtinueris. In quorum fidem, &c.

Digitized by Google

Apoſtolos concedendi modus.

§. QVINTVS.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & D.D.N. vniuerſalis Eccleſiæ Paſtori. Frater N. Miniſter, &c. fidelis, & obediens, poſt deuota pedum oſcula.

NOuerit ſanctitas veſtra, quod cum in cauſa homicidij ſecuti in perſonam Patris N. de quo eſt infamatus, &c. Frater N. & cauſa coram me agitabatur, ac ſuper illa ſententiam definitiuam tuliſſem: idem Frater N. ab huiuſmodi ſententia ad ſanctitatem veſtram, Sedemque Apoſtolicam appellauit, ideo ipſum N. e meo iudicio dimitto, & ad S. V. his litteris comitatum iudicandem remitto. In quorum, &c.

§. SEXTVS.

Apoſtoli reuerentiales.

Frater N. Miniſter. Tibi &c.

QVamuis appellatio tua nobis friuola viſa fuerit, ob noſtram tamen in Apoſtolicam Sedem, ad quam appellaſti, reuerentiam, illi duximus deferendum, vt re ipſa detulimus, hos tibi prohinde reuerentiales Apoſtolos concedentes. In quorum, &c.

§. SE-

Digitized by Google

§. SEPTIMVS.

Apoſtoli teſtimoniales:

Frater N. Theologus, &c.

TEnore præſentium, omnibus, & ſingulis has litteras inſpecturis, pariter & lecturis fidem facimus, & teſtamur, qualiter die... Pater N.Sacerdos, coram nobis alijſque teſtibus infraſcriptis, tempore, locoque congruo, intra terminum à iure ſtatutum, non ſemel tantum, ſed iterum, ac tertio à Patre N. Miniſtro inſtanter petijſſet, vt Apoſtoli ſibi, ad ſuam appellationem proſequendam, concederentur, qui tamen ab eodem Patre N. eidem petenti fuere denegati. In quorum fidem has ei teſtimoniales litteras cum teſtibus infraſcriptis impertiui. In quorum, &c:

Vel,qui tamen,procraſtinante,& differente eodem PatreN.eidem dati non fuere,quę procraſtinatio,cum malitioſa mihi viſafuerit, nè iuſtitia iniquè impediatur hos idem teſtimoniales, &c. *vel* cum Pater N. de appellatione grauatum ſe oſtenderet, & minacibus verbis illum exciperet, timens ſibi periculum carcerum, idem Frater coram nobis de hac iniuſtitia conqueſtus fuit, & à nobis infraſcriptis bis; teruè petijt, vt

Digitized by

tales concederemus Apoſtolos. Quod conſiderantes rationi congruum, maximè cum ſolitis ſit idem Pater N. comminationes exequi, proximi idemnitati conſulentes, hos teſtimoniales Apoſtolos libenter conceſſimus: In quorum &c.

LAVS DEO.

IN-

Digitized by Google

INDEX

Abſens.

A Bſentes citandi, nec aliter iudicandi, vel condemnandi, pag. 115.

Abſoluere.

A Bſoluendus eſt, qui completè euacuat indicia, & aliquando cum clauſula, nouis ſuperuenientibus indicijs, pag. 131.

Accuſator, Accuſatio, Accuſare.

Accuſatoris, & teſtium nomina, qualiter parti publicanda. pag. 123.

Accuſatio, & accuſator quid 41. Qui ad accuſandum inhabiles 41. & 42. Accuſans, & non probans, talionis pœna plectendus 42. Accuſans alias correptum non audiendus, ſed puniendus 42. Non audiatur, niſi iuret de calumnia, & ſe obliget ad probandum ibid. Accuſans de delicto in genere, & non expreſſo Accuſatoris nomine, non audiatur 43. Accuſans de pluribus, & vnum probans, talionis pœnam effugit 43. Accuſatore non probante, reus abſoluitur. 43. Accuſans de falſo, calumniator eſt. 43. Quando ab accuſatione recedi poteſt ibid. 43. & 44. Ad accuſandum Prælatos non quilibet admittatur, ibid. Acceptatam accuſationem reſcindere non poteſt Iudex, imò eam acceptare tenetur. ibid. Plures in vno libello, quando accuſari poſſunt ibid.

by Google

Appellatio, & Recurſus.

Appellatio innocentiæ Prgſidium, pag. 8. Appellari poteſt ab ordinario, & delegato ibid. Appellationis validitas coram arbitris examinanda. pag. 9.

Appellatione pendente non procedatur in causa. ibid. Appellatio ſuſpendit, & deuoluit ad ſuperiorem controuerſiam pag. 10. Appellatio excommunicationis ſententiam non ſuſpendit. ibid. Quis ordo in appellatione ſeruandus ibid. Appellatio poſt decem dies à ſententia, nulla eſt ibid. Iudex, à quo appellatum eſt, quomodo, quando, & per quos mittere debet copiam proceſſus ad Iudicem ad quem ibid. Dubia appellationis exiſtente ſententia in Rei fauorem Iudex inclinet 11. Appellare à pœnis ſtatutorum & correptionibus Ordinis, nefas ibid. Appellans indebitè qua pœna puniendus ibid. Vel qui ſine copiã proceſſus, & obedientialibus literis ad Superiorem recurrit 11. & 12. Friuolæ appellationes reijciantur, & quænam illæ 12. Damna irreparabilia, quæ ſunt 13. A ſubdelegato ad delegantem appelletur ibid. Appellationis cauſas Diffinitorium examinare debet 14. & quando fallit ibid. In quacumque parte cauſæ appellatio interponi poteſt ibid. Intra ſex Meuſes reus proſequi poteſt appellationem, Iudice tempus proſequendæ appellationis non determinante. ibidem.

Arbi-

Digitized by Google

Arbiter.

Arbitri Iudices, qua ratione deligendi, vel repudiandi: & ab arbitri ſententia quando appellari poſſit. pag. 3.

Arctatio.

Arctatio quid. pag. 99. Tormenti genus eſt. ibid. Tempus Arctationis reo ignotum eſſe debet 100. Sine diffinitorij conſenſu arctari aliquis non poteſt 113. Quid interſit inter arctationem, carcerem, & domum diſciplinæ. ibid.

Carcer.

Datur, vel ad cuſtodiam, vel ad pœnam 113. Iniuſtè carcerans eſt excommunicatus. ibid. Carcerati, quid facere debeant, ibid. Ad arctationem, & ad pœnam in carcerem conijcere non poteſt, niſi Prouincialis cum Diffinitorij conſenſu. ibid. Quibus caſibus Guardiani carcerare poſſunt 19. Pœna carceris quæ 20.

Confeſſus, Confeſſio.

Quando dicatur confeſſus 117. Confeſſo dari debent defenſiones. Confeſſus ſpontè mitiùs puniendus pag. 118. Qui ſpontè confitetur ſuũ peccatum Superiori, ante inquiſitionem, non punitur 59. Confeſſio extraiudicialis, vel facta coram Iudice incompetente eſt indicium graue 73. Confeſſio item facta in tortura, & non ratificata 74. Confeſſio poſt torturam eſt ratificanda 105. Confeſſio iudicialis ſupplet repetitionem teſtium 125. Confeſſus legitimè ad pœ-

Digitized by Google

nma ordinariam eſt condemnandus . 130.

Contumax.

Contumax quis ſit dicendus pag. 24. Quomodo condemnandus 39.

Conuictus.

Dicitur per duos ſaltem teſtes pag.92. Conuictus de occulto crimine, quomodo puniendus 48. 59. Qui confeſſus eſt delictum tranſiens illo non probato, quando condemnari poteſt 54. Conuictus non eſt torquendus, niſi in certis caſibus 102. & 103.

Corpus delicti.

Quid ſit neceſſarium ante informationem. pag.52. Corpus delicti permanentis, vel tranſeuntis, quomodo probetur ibid. venenum vulnus, defloratio, quomodo conſtabunt 53. Forma deſcribendi corpus delicti à pag. 151. ad 153.

Defenſiones.

Sunt de iure naturæ pag. 120. Indefenſus condemnari non poteſt ibid. Quot dilationes in defenſionibus aſſignari debent. ibid. Ob defenſiones aſſignandus eſt Procurator, vel Patronus 121. Proceſſus copia integra eſt Reo aſſignanda 122. Quando etiam cum nominibus accuſatoris, & teſtium, ibid. Patrono proceſſus in aula oſtendendus, & luſtrandus 123. Defenſiones, niſi habitis teſtibus pro ritè examinatis, non concedantur, ibid. Quos articulos defenſorios reijcere poterit Iudex 124. Teſtes ad

Digitized by Google

deſenſam quomodo recipiendi, ibid. Deſenſiones vnde eliciendæ 91. Copia proceſſus in quo multi inquiſiti, & non omnes examinati ſunt, qualiter aſſignanda, ibid. Repetitio teſtium in defenſionibus quomodo ſacienda 125.

Delegatus, Delegare.

Iudex delegatus quis ſit, & qualis eſſe debeat pag. 2. Quando ſubdelegare valeat. ibid. An delegati authoritas expiret, mortuo, vel amoto delegante ibid. Mortuo delegato, quid eius Secretarius, vel Prouincialis facere debeat 3.

Delicta.

Alia leuia, alia grauia, alia grauiora, alia grauiſſima, & quænam illa ſint. pag. 15. In leuibus, & aliquando in grauibus Guardiani procedere poſſunt, non tamen ſcripto 18. Delicta priuata publica, exceptuata, quæ 48. Quæ itē permanentia, & tranſeuntia 52. Delictū occultum quid ſit 59.

D*enunciatio, Denunciator.*

Alia eſt Euangelica, alia iudicialis pag. 47. Quando Euangelicam correptio præcedere debeat 48. Inhabilis ad accuſandum eſt etiam inhabilis ad denunciandum iudicialiter 49. Denuncians iudicialiter, delictum cum ſuis circumſtantijs afferre debet, ibid. Si apud Iudicem inſiſtit, accuſator euadit ibid. Denunciator, quando pœna extraordinaria puniendus. ibid. Aduerſus magnos viros non omnis denunciator

tor

Digitized by Google

tor admittitur. Per litteras ſine nomine, nulla eſt denunciatio ibid. Canonice denuncians, poterit, vt teſtis examinari ibid.

Eiectio, Expulſio.

Ab ordine quid pag. 21. quomodo exequenda, & cui applicanda 32.

Exceptio.

Alia ciuilis, alia criminalis, & quales 68. Sine exceptore non currit exceptio 69. Non probans exceptionē contra eligendum, vel electum qualiter puniendus ibid. Criminalis exceptio pœnā intendit ibid. Quando contra eligendum, ipſo die electionis exceptio acceptari debeat. ibid.

Excommunicatio, Excommunicatus.

Excommunicationis ſententiam appellatio non ſuſpendit pag. 10. Excommunicatus, nec accuſare, nec teſtis, nec Iudex eſſe poteſt 4. 41. 81. Reus excommunicatus ante examen eſt abſoluendus 118.

Fama, Infamia, Clamoroſa inſinuatio.

Quid ſint pag. 80. Viam aperiunt inquiſitioni ibid. Initio proceſſus per duos teſtes probanda eſt infamia. ibid. Bona fama malæ præualet 81. Triennio bona fama recuperatur. ibid. Clamoroſa inſinuatio neceſſaria eſt, cum aduerſus Prælatos procedendum ſit ibid. Deponens de fama debet dicere, quid illa ſit ibid.

Forma actuum iudicialium.

Forma inquiſitionis generalis paternæ pag. 137. ad 141.

In-

Digitized by Google

Inquiſitionis generalis iudicialis 141.& 142.

Examinandi teſtes pro inquiſitione ſpeciali 143.ad 145.

Examinandi ſpecialiter teſtes ex officio 146.

Examinandi de ſama ex clamoroſa inſinuatione 148.

Procedendi contra infamatum 148. ad 151.

Deſcribendi corpus delicti manifeſti pag. 151. Dubij 154. Adhibendi peritos pro veneno 159. Pro defloratione 157.

Inquirendi authorem occultum delicti manifeſti pag. 158. De veneno pag. 160. Si de veneno non conſtet clarè pag. 161. De alio delicto dubio pag. 162.

Examinis vulnerati pag. 163.

Si ignoret authorem 164. Si nolit prodere vulnerantem ibidem.

Examinandi teſtes ſuper indicia pag.165.De inimicitia ib.De confeſſione extraiudiciali 167

Forma generalis examinandi teſtes pag.128. ibid.Si irreuerens,vel pertinax fuerit pag. 169. Si ad cor redeat 170.Si mendacium dicat ibid. Executio decreti carcerationis 171.

Forma torquendi teſtem infamem 171. Varium, & vacillantem 172.

Si aliud dicit cum iuramento,aliud ſine 174.

Si neget ſcire,cum alias conſtet ſcire ibid.

Si ab aliquo loco teſtis vocandus ſit pag.175

Si Decretum hoc mittendum eſſet per litteras 176.

Digitized by Google

Si examen teſtis expediri non potuit: ibid.
Forma conſtituendi Reum 177.
In ſecundo conſtituto pag. 180.
Si excommunicatus reperiatur, & ſi abſoluendus pag. 142. 182.
In tertio conſtituto ibid.
Confrontatio Rei cum teſtibus pag. 185.
Recognitio Rei à teſtibus pag. 188.
Si Reus coram Iudice delinquat pag. 189.
Forma torquendi Reum 190. Decretum defenſionum ante torturam ibid. Intimatio dicti decreti 191. Aſſignatio Aduocati, & Procuratoris ibid.
Prorogatio termini 192. Decretum prorogationis termini 193. Præſentatio articulorum ibid.
Examinatio teſtium ad defenſam 194. Decretū oſtendendi proceſsū defenſiuū parti 195.
Petitur copia proceſſus defenſiui ibid. Decretum pro tradenda copia defenſiua 196. Copiæ conſignatio ibid.
Oſtenſio proceſſus defenſiui Conſultori 197 Reſtitutio proceſſus cum voto ibid. Votum Conſultoris 198. Decretum Iudicis adhærendi voto 199.
Praxis inferendæ torturæ ibid. Decretum ſecundæ torturæ 202. Secundæ torturæ illatio ibid. Si deficiat Reus in tormentis 203. Ratificatio poſt torturam 205. Tortura Rei pro complicibus 206.

For-

Digitized by Google

Forma citandi ad ſententiam pag. 207.

Tenor ſententiæ pag. 208. Abſolutoriæ 210. Condemnatoriæ 211. Interlocutoriæ ib. Exceptoriæ 212. Forma Condemnationis contumacis 213. Citationis per monitorium ibid. Relatio Citationis, & executionis 214.

Citatio ad ſententiam, & eius forma 215.

Sententia contra Contumacem 216.

Forma procedendi per accuſationem pagina 217. Libellus accuſatorius ibid. Acceptatio Libelli ibid. Alia accuſationis forma 218. Cauſæ deſcriptio 219. Continuatio Proceſſus 220. Titulus defenſionis ibid. Monitio partis pro cauſæ expeditione 221.

Forma Denunciationis Euangelicæ 222. Denunciationis Iudicialis ibid.

Forma Proceſſus per denunciationem 223. Denunciatio per litteras miſſiuas 224. Denunciationis examen ibid. Forma Decreti de aſſignandis Teſtibus 225. Si literas à ſe ſcriptas non acceptet 226. Denunciatio iuſſu alterius 227. Aſſignatio Teſtium, & articulorum 228. Denunciatio ad vtilitatem denunciantis 229.

Forma denunciationis exceptiuæ 231. acceptatio denunciationis ibid. Examen denunciantis 232. Exceptionis forma 233.

Forma Inquiſitionis generalis, & ſpecialis. 233. 234. 235. Proceſſus in cauſa ſpeciali 236. per delegatum ex fama 237. Decreti in ſuſpectum de fama ibid.

For-

Digitized by Google

Forma Literarum Patentium, & commiſſionalium 238.

Forma Delegationis ob accuſationem, vel clamoroſam inſinuationem ibid. Ad vniuerſitatem cauſarum 240. ad aliquam cauſam 141.

Forma præcepti detrudendi in carceres 243. Apoſtolos concedendi reuerentiales, & Teſtimoniales 244.

Guardiani.

Sunt Iudices in aliquibus cauſis pag. 2. In leuibus nimirum, & in grauibus aliquibus delictis, ſine ſcripto 18. Poſſunt in aliquibus caſibus carcerare 19. pœna illis rebellantium pag. 26. illos vulnerantium 30.

Indicia.

Leuia quæquæ grauia pag. 72. & 73. quæ grauiſſima, ſeu violenta 74. Omnia indicia debent per duo teſtes probari 75. licet Iudici Indicia inter ſe copulare, ex alijs elicere, ac declarare ibid. Meridiana luce clariora eſſe debent ibid. Duo Indicia grauia æquiparantur præſumptioni Iuris pag. 111.

Inquiſitio.

Quid Generalis, ſpecialis, mixta pag. 57. In generali non exigitur Iuramentum 58. Ad ſpeciale crimen non deſcenditur ibid. Ad particulares perſonas quando deueniri poterir ibid. Etiam inhabiles admittuntur in generali inquiſitione 59. Contra delictum occultum iniri poteſt

Digitized by Google

teſt ibid. Delatum Iudici tanquam Patri, paternè puniendum eſt 60. Articuli Inquiſitionis generalis ibid. Inquiſitiones ſcripto recipiendæ ibid. Quilibet tenetur delicta publica aperire 61. Tacens autem puniendus erit ibid. Inquiſitio ſpecialis ſine fama non poteſt iniri pag. 62. Caſus excepti ab hac regula ibid. Iuramentum Teſtibus exhibendum 64. ſine corpore delicti ſpecialiter inquiri non poteſt pag. 65. Titulus Inquiſitionis apponendus 142.

Iudex, Iudicium, Ius,

In omni iudicio reperiri debent quatuor perſonę p. 1. De eſſentia Iuris in iudicio ſunt octo pag. 39. Quænam ſunt Iuris ſolemnitates 38. Quænam ſint præparatoria ad iudicium ibid. Quæ item ad rectè illud adminiſtrandum neceſſaria ibid. Iudex triplex, Ordinarius, Delegatus, Arbitrarius pag. 1. Iudices Ordinarij in Ordine Minorum qui ſint ibid. Iudicis munus non quilibet ſubire poteſt 4. Iudex quando recuſari poſſit 4. Iudex quomodo debet tranſmittere acta ad quem appellatũ eſt pag. 10. Iniuſtè torquens quomodo puniendus 101. Quam praxim ſeruare teneatur p. 120. A Iudice quando licitum ſit appellare p. 8. Iudex pœnas quando mutare poterit pag. 34. Iudex delegatus debet oſtendere litteras Commiſſionales, & quando pag. 233.

Notarius, Scriba, Actuarius, Secretarius.

Notarium, ſeu Actuarium creare poteſt, &

debet Prouincialis, & Iudex, à quo fidelitatis iuramentum exigendum, vt ſuis ſcriptis plenè credatur. pag.64. Ex conceſſione Pij V. in conſtit. debitum Paſtoralis officij, facta Ordini Prædicat. quod priùs à Iulio III. conceſſum fuerat 27. Februarij 1554. vt notauit Cherubinus in margine, §. 2. ad Bullam Pij, & hanc conceſſionem omnes communicantes participant. Paſſarell.pag.244. Rodriguez tom.3. q.8. art.1. & poſſunt creari tam pro ciuilibus, quàm pro criminalibus, à Generalibus, Prouincialibus, & Superioribus localibus, ex Caſtellin. de elect.cap.20. pag.444. Ad hoc munus deſtinari non poſſe baſtardos, niſi rehabilitatos, docet Peirinus tom.2.ad priuilegia Minimorum, conſtit.9. Pij V.n.8. vbi num.9. ait iuramentum fidelitatis eſſe de eſſentia talis officij, & tradit formulas inſtitutionis eorum, & iuramenti. Hęc in indice extra ſeriem addere viſum fuit, cum in margine, ſuo loco, authores citari non potuerint, eò quod impreſſio laborem eluſerat.

Patronus, Procurator, Defenſor, Aduocatus.

Patronus reo aſſignandus ad faciendas defenſiones, qui commiſſum munus renunciare non poteſt pag.120. Patronus in ſuo munere impediri, vel in alijs occupari non debet. 121. Poterit Patronus aliquando conſilium petere à perito ſæculari, vel Aduocato. pag.122. Patronus delictum publicans, & non probans, aut

Iudi-

Iudicem ſuſpectum allegans, quomodo puniendus, pag.124. Vnde articulos defenſorios Patronus elicere poterit, 125. Modeſtè proponat articluos defenſorios. ibid.

Pœna Punitiones.

Priuatio voti, actuum legitimorum, & officiorum Ordinis, quid importent. pag.17. Talionis, probationis caputium quid ſint. pag.20. Pœna non ieiunantium. Diuina officia non recitantium 21. Sacram Scripturam adulterantium. Confeſſionem, & communionem derelinquentium pag.22. Otioſorum ibid. Obſcænè loquentium. Sine habitu, chorda, & caputio dormientium ibid. Alios infamantium. Prælatos improperijs afficientium. Minantium, aut arma tenentium 23. Falſum deponentium. Contumacium. Proprietariorum. Ordinis ſecreta reuelantium, pag.24.

Libellos famoſos componentium. ibidem. Libros ſine licentia imprimentium. In ſuſpecto conſortio deprehenſorum. Actum carnalem ſollicitantium. Furtum committentium 25. Litteras impedientium. Prouincialibus, vel Guardianis rebellantium. Apoſtatarum. De Cardinalibus obloquentium p.26.

Nouitios malè recipientium, vel ad profeſſionem admittentium. A nouitijs aliquid recipientium, Camiſias, & linteamina ſine neceſſitate deferentium. Sæculares veſtes induentium.

tium. Sine neceſſitate equitantium. Orationi non vocantium. 27. Principium negotia ſine licentia agentium. Hoſpites, & infirmos ſine charitate tractantium. Confeſſiones ſine facultate auſcultantium, vel à reſeruatis abſoluentium. In morbum Gallicum ex delicto incidentium. Non reſidentium. 28. Fornicariorum. Sacrilegorum. Innominabile ſcelus patrantium. Gladio, vel baculo percutientium 24. Occidentium, aut mutilantium. Enormiter vulnerantium, vel venenum propinantium. Prælatum localem gladio vulnerantium, aut occidentium Prouincialem percutientium, aut ferientium. Generalem quoquo modo percutientium. Litteras falſificantium 30.

Mulieres intra clauſtra ad malum finem introducentium. Conſpiratorum - Ordinis diuiſionem tentantium, Ad ſæcularia tribunalia recurrentium. 31. Confeſſiones Sacramentales reuelantium. In grauiſſimam apoſtaſiam incidentium. Generali, vel eius Viſitatori, rebellantium. 32.

Subornatorum, Alchimiſtarum. Monetas adulterantium. De Summo Pontifice obloquentium. Malè promotorum. Clauſuram Monialium temerè ingredientium. 33. Simoniam committentium. pag. 34.

Pœnæ, vbi determinatæ non ſint, è Sacris Canonibus elici poſſunt. Pœnas mutare pote-

poterit Iudex, vbi ratio ſuaſerit, ibidem.

Probatio.

Semiplenam faciunt teſtes ſingulares p. 110. Plenam, duo conteſtes ibidem. Probatio euidentiſsima, euidens, minus euidens, quæ, ibid.

Procedere, Proceſſus.

Proceditur per inquiſitionem, Accuſationem, Denunciationem, Exceptionem. p.37. Summariè procedere, & ſine ſolemnitatibus iuris, quid ſit. 38. Proceſſus copia integrè Reo aſſignanda. pag. 122. Quando cum nominibus accuſatoris, & teſtium 123. Quando proceſsus originalis in aula curiæ à Patrono luſtrandus: ibid. capia proceſſus non completi, non eſt publicanda 125,

Recurſus, Vide appellatio.

Reus.

Quis appellari poſſit. p.115. Reus citandus, & ſuſpectus de fuga carcerandus, ibid. Quando conſtituendus. Ordine interrogandus: de ſocijs etiam in aliquo caſu 116. Reo impunitas ſine Generalis licentia, non promittenda ibid. Legitimè interrogatur reſpondere tenetur, & ad reſpondendum poteſt cogi. 117. Reus citatus, non comparens, vt contumax condemnari poteſt. ibid. Rei, & teſtes quo idiomate interrogandi ibid. Reus quando dicitur confeſſus ibid. etiam confeſſo dentur defenſiones. 118.

Digitized by Google

118. Spontè confeſſus puniatur mitiùs, ibid. Reus excommunicatus, antea abſoluendus, ibid.

Scripturæ.

Scripturæ iudiciales, quando tempore conſeruari debent à Iudice. pag.60.& 61.

Sententia.

Alia finalis, alia interlocutoria. p.129. Finalis citatis partibus feratur. ibid. Euacuato proceſſu defenſiuo, quid agendum circa accuſatorem ibid. Probato delicto puniatur Reus. ibid. Sententia ex actis pendeat, & ex Diffinitorio. 130.

Sententia iniuſta quæ, quæue pœna illam ferentis ibid. ſolemnitates iuris ſeruari poterunt ad libitum ibid. Scriptis ferenda eſt ſententia. ibid. Acceptare ſententiam non eſt neceſſarium 131. Iudex in ſententiando hanc praxim ſeruet ibid. In ſententijs delicta per extenſum recenſeantur ibid. Ne contra innocentem ſententiet, quid faciat Iudex. Pœna arbitraria quando imponi poſſit 132. Declaratoria ſententia quando facienda. ibid. Sententia ſacris Canonibus, & ſtatutis debet eſſe conformis. 38.

Teſtes.

Teſtium munus publicum eſt. p.87. Qui ad teſtificandum inhabiles ibid. Teſtis falſus quis dicatur, Varius, Diſcordans 88. & 89. Vacillans 90. Deponens in dubio ibid. De credulitate,

Digitized by Google

tate. ibid. Teſtes ſingulares quomodo, & quando probant 91. Teſtis inhabilis quomodo adiuuandus ibid. Teſtis omni exceptione maior. 92. Conteſtes ibid. Iurare debent, ac vocari 93. Eorum examen integrum deſcribendum. Interrogatoria ſuggeſtiua ibid. Quæ teſtis dicit pro Reo omnino notanda 94. Teſtis proteruus ad reſpondendum cogatur ibid. Teſtis mutus, ſurdus, pereginæ linguæ ibid. Teſtium nomina, cognomine, patriæ, ætas, &c. adnotanda in proceſſu ibid. Sæculares cum licentia ſui Superioris examinandi ibid. Grauiſſimæ perſonæ, etiam non iuratæ credendum 95. Quando ſub ſecreto commiſſum Teſtis aperire poſſit ibid. Teſtis ſui dicti ſcientiam reddat Teſtis ab accuſatore nominatus, examinandus eſt. Conſanguinei in conſanguineos quando examinari poterunt. ibid. Teſtis ſuam depoſitionem ſubſcribat 96. Ordine ſeruato examinetur, & admoneatur ibid. Teſtium repetitio quando eſt neceſſaria, & fieri debeat p. 125. Teſtes qua lingua examinandi p. 117. Teſtes etiam inhabiles in generali inquiſitione admittuntur p. 59.

Tortura.

Inſtrumentum ſubſidiarium. 98. Funis non datur niſi in atrociſſimis. Et quanto tempore durare debet. Quot vicibus adhiberi poſſit 99. Quoties funem quaſſari ſit licitum ibid. In grauioribus delictis arctatio, taxilli flagella adhiberi

beri poterunt. ibid. Sibilli, & taxilli ad quantum temporis applicandi. 100. Ignis nefando delicto adhibendus, ibid. Tortura ſine Diffinitorio dari non poteſt. ibid. Torquentis iniuſtè pœna 101. Propter quas cauſas Reus, & Teſtis torqueri poſſint. ibid. Tortura non infligitur, niſi prius conſtet de corpore delicti 102. Et vbi pœna imponenda torturam excederet. ibid. Conuictus non eſt torquendus, niſi in certis caſibus 103. Torquendo, Medicus, & peritus aſſiſtant ibid. Tortura quando replicari poteſt, ibid. Præſidia contra torquendorum maleficia. Ieiuni torqueantur. Decretum torturæ in ipſo torquendi actu imponendum 104. Quæ facit, & dicit tortus adamuſſim deſcribantur. Et Horologium adſit ibid. Ante torturam dentur defenſiones, ibid. Ratificatio poſt torturam. ibid. 105. Qui torqueri non debent. ibid. Teſtium tortura mitior ibid.

FINIS.

ROMÆ, Apud Io: Baptiſtam Buſſottum. 1686.

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ed by Google